UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th. 1007a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIORVM

TOMVS QVARTVS.

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. XLIV.

FERDINANDVS Dei et Apostolicæ sedis gratiâ Epus Paderbornensis
Coadjutor Monasterienſis, S.R.I. Princeps, Comes
Pyrmontanus, Theodoriano Bcæ Jesv Collegio
Paderbornæ donavit
Anno 1673 29 Decembr.

CONCILIORVM

TOMVS QVARTVS.

Ab anno CCCCXI. ad annum CCCCXXX.

PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA

M. DC. XLIV.

INDEX CONCILIORVM
QVÆ IN HOC TOMO IV. CONTINENTVR.

Pontifices.	*Anni Christi.*	*Concilia.*	
INNOCENTIVS P. I.	402	Concilium Mileuitanum I.	*pag.* 92
	403	Synodus ad Quercum.	94
		Concilium Africanum I.	96
	404	Concilium Africanum II.	97
	405	Concilium Africanum III.	97
		Synodus Toletana.	98
	407	Concilium Africanum IV.	98
	408	Concilium Africanum V. & VI.	99
	409	Concilium Africanum VII.	100
	410	Concilium Africanum VIII.	100
	411	Synodus Ptolemaidis.	101
		Collatio Carthaginensis.	101
	412	Concilium Cirtense.	343
	414	Conciliabulum Africanum Donatistarũ.	351
		Synodus Macedonica.	352
	415	Concilium Diospolitanum.	352
	416	Concilium Carthaginense.	357
		Concilium Mileuitanum II.	362
ZOSIMVS PAPA.	417		
	418	Concilium Africanum.	418
		Concilium Teleptense.	420
BONIFACIVS P. I.	418		
	419	Concilium Carthaginense VI.	443
		Concilium Carthaginense VII.	465
CÆLESTINVS P. I.	423		
	424	Concilium Africanum.	511
		Codex Canonum ecclesiæ Africanæ.	579
	427	Concilium contra Massalianos.	673
	430	Concilium Romanum.	674
		Concilium Alexandrinum.	675

INDEX EPISTOLARVM.

INNOCENTII *papæ I. vita.* pag. 1
Epistola I. Innocentii papæ I. ad Decentium episcopum Eugubinum. 5
Epistola II. Innocentii papæ I. ad Victricium episcopum Rothomagensem. 11
Epistola III. Innocentii papæ I. ad Exuperium episcopum Tolosanum. 18
Epistola IV. Innocentii papæ I. ad Felicem episcopum Nucerianum. 23
Epistola V. Innocentii papæ I. ad Maximum & Seuerum episcopos Brutiorum. 25
Epistola VI. Innocentii papæ I. ad Agapitum, Macedonium & Maurianum episcopos Apuliæ. 26
Epistola VII. Innocentii papæ I. ad Rufum, Gerontium, &c. episcopos Macedoniæ. 27
Epistola VIII. Innocentii papæ I. ad Florentium episcopum Tiburtinum. 28
Epistola IX. Innocentii papæ I. ad Probum. 28
Epistola X. Innocentii papæ I. ad Aurelium & Augustinum episcopos Africanos. 29
Epistola XI. Innocentii papæ I. ad Aurelium episcopum Carthaginensem. 29
Epistola XII. Innocentii papæ I. ad eumdem. 30
Epistola XIII. Innocentii papæ I. ad Iulianam nobilem feminam. 31
Epistola XIV. Innocentii papæ I. ad Bonifacium presbyterum. 32
Epistola XV. Innocentii papæ I. ad Alexandrum episcopum Antiochenum. 33
Epistola XVI. Innocentii papæ I. ad Maximianum episcopum. 34
Epistola XVII. Innocentii papæ I. ad Alexandrum episcopum Antiochenum. 35
Epistola XVIII. Innocentii papæ I. ad eumdem. 37
Epistola XIX. Innocentii papæ I. ad Acacium episcopum Beræensem. 39
Epistola XX. Innocentii papæ I. ad Laurentium episcopum Senensem. 40
Epistola XXI. Innocentii papæ I. ad Marcianum episcopum Nareſitanum. 41
Epistola XXII. Innocentii papæ I. ad episcopos Macedoniæ. 42
Epistola XXIII. Innocentii papæ I. ad Synodum Toletanam. 49
Eadem ex restitutione Iacobi Sirmondi. 53
Epistola XXIV. Innocentii papæ I. ad Concilium Carthaginense. 60
Epistola XXV. Innocentii papæ I. ad Concilium Mileuitanum. 65
Epistola XXVI. Innocentii papæ I. ad Aurelium, Alypium, &c. episcopos. 69
Epistola XXVII. Innocentii papæ I. ad Aurelium episcopum Carthaginensem. 72
Epistola sancti Ioannis Chrysostomi ad Innocentium papam. 73
Epistola XXVIII. Innocentii papæ I. ad S. Ioannem Chrysostomum. 79

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistola XXIX. Innocentii papæ I. ad Constantinopolitanos. 80
Epistola sancti Ioannis Chrysostomi ad Innocentium papam. 82
Epistola XXX. Innocentii papæ I. ad Arcadium imperatorem. 84
Epistola Arcadii imperatoris ad Innocentium. 86
Epistola XXXI. Innocentii papæ I. ad Theophilum episcopum Alexandrinum. 86
Sacra Honorii Augusti ad Arcadium imperatorem. 87
Epistola XXXII. Innocentii papæ I. ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum. 90
Epistola XXXIII. Innocentii papæ I. ad sanctum Hieronymum. 91
Epistola XXXIV. Innocentii papæ I. ad Aurelium. 92

ZOSIMI *papæ vita.* 389
Epistola I. Zosimi papæ ad Hesychium episcopum Salonitanum. 391
Epistola II. Zosimi papæ ad clerum Rauennatem. 393
Epistola III. Zosimi papæ ad episcopos Africanos. 394
Epistola IV. Zosimi papæ ad eosdem. 398
Libellus fidei Pelagii ad Innocentium. 402
Epistola V. Zosimi papæ ad episcopos Galliæ. 405
Epistola VI. Zosimi papæ ad episcopos Africæ, Galliæ & Hispaniæ. 408
Epistola VII. Zosimi papæ ad episcopos prouinciæ Viennensis & Narbonensis II. 410
Epistola VIII. Zosimi papæ ad Hilarium episcopum Narbonensem. 411
Epistola IX. Zosimi papæ ad Patroclum episcopum Arelatensem. 412
Epistola X. Zosimi papæ ad Concilium Carthaginense. 413
Epistola XI. Zosimi papæ ad Patroclum episcopum Arelatensem. 415
Epistola XII. Zosimi papæ ad Massilienses. 416
Epistola XIII. Zosimi papæ ad episcopos per Byzantium. 417
Decretum Zosimi papæ. 418

BONIFACII *papæ I. vita.* 421
Epistola I. Bonifacii papæ I. ad Honorium imperatorem. 424
Rescriptum Honorii imperatoris ad Bonifacium papam. 426
Epistola II. Bonifacii papæ I. ad episcopos Galliæ. 427
Epistola III. Bonifacii papæ I. ad Hilarium episcopum Narbonensem. 429
Decreta Bonifacii papæ I. 431

CÆLESTINI *papæ I. vita.* 469
Auctoritates pontificum de gratia & libero arbitrio. 470
Epistola I. Cælestini papæ I. ad episcopos Galliæ. 477
Epistola II. Cælestini papæ I. ad episcopos prouinciæ Viennensis & Narbonensis. 480
Epistola III. Cælestini papæ I. ad episcopos Apuliæ & Calabriæ. 485
Epistola IV. Cælestini papæ I. ad Cyrillum episcopum Alexandrinum. 487
Epistola V. Cælestini papæ I. ad Constantinopolitanos. 487

Epistola VI. Cælestini papæ I. ad Nestorium. 487
Epistola VII. Cælestini papæ I. ad Ioannem episcopum Antiochenum. 487
Epistola VIII. Cælestini papæ I. ad Synodum Ephesinam. 488
Epistola IX. Cælestini papæ I. ad Theodosium Augustum. 488
Epistola X. Cælestini papæ I. ad Cyrillum episcopum Alexandrinum. 489
Epistola XI. Cælestini papæ I. ad Synodum Ephesinam. 490
Epistola XII. Cælestini papæ I. ad Theodosium Augustum. 495
Epistola XIII. Cælestini papæ I. ad Maximianum episcopum Constantinopolitanum. 498
Epistola XIV. Cælestini papæ I. ad Constantinopolitanos. 500
Decreta Cælestini papæ I. 509
Epistola episcoporum Africæ ad episcopos Galliæ de Leporii libello. 667
Libellus emendationis Leporii. 669
Valentiniani III. constitutio. 672



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Anno Christi 402.

VITA, EPISTOLAE ET DECRETA INNOCENTII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.



INNOCENTIVS natione Albanensis, ex patre Innocentio, [b] sedit annis quindecim, mensibus duobus, diebus viginti vno. [c] Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudæis, & de paganis. Et multos Cataphrygas inuenit, quos in exilio monasterii relegauit. Hic inuenit [d] Pelagium & Cælestium hæreticos, & damnauit eos. Et hoc constituit, vt qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum, hoc est, [e] baptizari, quod Pelagius damnabat. Eodem tempore dedicauit basilicam sanctorum Geruasii & Protasii ex deuotione testamenti cuiusdam illustris feminæ Vestinæ, laborantibus presbyteris Vrsicino & Lopardo, ac diacono Libyano. Quæ femina suprascripta testamenti paginam sic ordinauit, vt basilica sanctorum martyrum, ex ornamentis & margaritis, venditis iustis existimationibus, constrüeretur. Et constructa est vsque ad perfectum. In quo loco beatissimus Innocentius ex delegatione illustris feminæ Vestinæ, titulum Romanum constituit. Et in * eadem domo obtulit patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 20.

* eodem dominico.

Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras 20. Coronas argenteas 12. penſantes ſingulas libras 14. Pharum cantharum vnum, penſans libras 22. Ceroſtrota argentea 4. penſantia ſingula libras 25. Turrim argenteam cum patena, & columbam deauratam, penſantem libras 30. Ad ornatum baptiſterii, ceruum argenteum, fundentem aquam, penſantem libras 15. Vas ad oleum chriſmatis argenteum, penſans libras quinque. Vas aliud ad oleum exorcizatum, penſans libras quinque. Patenas duas ad chriſma, penſantes ſingulas libras tres. Scyphum argenteum anaglyphum, penſantem libras decem. Scyphum alium argenteum, penſantem libras decem. Calices argenteos quinque, penſantes libras tres. Calices argenteos baptiſmi numero tres, penſantes ſingulos libras 2. Aquamaniles argenteos, penſantes libras 16. Phara canthara ærea 16. penſantia ſingula libras decem. Phara canthara ærea ceroſtrota in gremio baſilicæ numero 20. penſantia ſingula libras 40. Domos iuxta baſilicam Libyanam, præſtantes ſolidos octogintaquinque & tremiſſem. Balneum in eodem iuxta templum Mamuri, præſtans ſolidos 32. Domos in cliuum ſalutis balneatæ, præſtantes ſolidos ſeptem & tremiſſem. Poſſeſſionem Sarras in Cluſino territorio, præſtantem ſolidos 71. & tremiſſem. Poſſeſſionem Corbianam in territorio Cluſino, præſtantem ſolidos 79. Poſſeſſionem Fundanenſem in territorio Fundano cum adiacentibus attiguis 15. præſtantem ſolidos 181. & tremiſſem. Poſſeſſionem Figlinam in territorio Caſinate, præſtantem ſolidos 58. & tremiſſem. Poſſeſſionem Amandini, quam donauit * illuſtris femina Veſtina conſobrinæ ſuæ in territorio Veientano, præſtantem ſolidos 46. & tremiſſem. Poſſeſſionem Antonianam in territorio Clodiano, præſtantem ſolidos 62. Domos Emeriti in cliuo * Mamuri, inter vrbem Romam iuxta baſilicam, præſtantes ſolidos 62. Domos in cliuum Patricii * arbitrata. Domos iuxta baſilicam in vico longo, qui cognominatur ad lacum, præſtantes ſolidos 82. Domos ad cathedram lapideam Florianam, præſtantes ſolidos 58. Piſtrinum in vico longo, qui cognominatur Caſtoriani, præſtans ſolidos * 61. Balneum in vico longo, qui cognominatur Templum, præſtans ſolidos 40.

* illuſtri feminæ Veſtinæ,

* Mamortini,

* orbitata.

* 81.

* Siliquas * 3. * vncias * portæ Nomentanæ, præstans solidos 22. & tremissem. Hic constituit sabbato ieiunium celebrari, quia sabbato Dominus in sepulcro positus est, & discipuli ieiunarunt. Hic constituit basilicā sanctæ Agnetis martyris, a presbyteris Leopardo & Paulino, solicite ac digne gubernari & tegi & ornari. Et ex dispositione Vestinæ, tituli supradicti presbyteris est concessa potestas. Hic fecit ordinationes quatuor in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros triginta, diacones quindecim Episcopos per diuersa loca 54. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ, ad vrsum pileatum. 5. Kalendas * Iulii. * Augusti. Et cessauit episcopatus dies 22.

Locus obscurus.

NOTÆ.

[a] *Innocentius.*] Cum post obitum Anastasii sedes pontificia dies viginti & vnum vacasset, Innocentius Albanus creatus est Romanus Pontifex 15. Kalend. Iunii, anno Christi 402. Arcadii & Honorii 8. Cuius initio Martinus Turonensium Episcopus ex hac vita migrauit in cælum: Chrysostomus a Conciliabulo apud Quercum habito, opera & conatu Theophili relegatus, ab imperatore Arcadio vix reuocatus, secundo exulare iubetur, ideo quod contra ludos sæculares permissu Honorii imperatoris editos, rituque gentilitios in dedicatione statuæ argenteæ Eudoxiæ imperatricis declamasset. Hanc enim ob rem Eudoxia rursum acerrime irritata, per Theophilum Alexandrinum procurat, vt restitutus sedi, per imperatorem Arcadium denuo deponatur & relegetur; vtpote qui a Synodo depositus, synodali dumtaxat sententia, iuxta Canonem Antiocheni Conciliabuli duodecimum, restitui debuisset. Tertio anno exilii iussu Arcadii ad votum aduersariorum longius ablegatus, febri correptus, migrauit ad Dominum anno Christi 407. qui est Innocentii 6. Arcadius imperator, & Eudoxia imperatrix, aliive Chrysostomi persecutores, indignationem offensi Numinis experti, paucis mensibus post obitum Chrysostomi præmature e vita tolluntur. Quando contigit magna illa vrbis irruptio, indignatione Dei per Alaricum facta, Pontifex tamquam iustus Lot e Sodomis subtractus, occulta Dei prouidentia Rauennæ detinebatur, *ne vir beatissimus*, inquit Orosius lib. 7. c. 39. *peccatoris populi excidium videret.* Huius tempore in Africa celebrata est famosissima illa collatio inter Catholicos & Donatistas diu expetita, sæpe tentata, nunquam autem, resilientibus illis, effectu consummata, quam ad longum describit sanctus Augustinus in Breui. Pelagius & Vigilantius hæresiarchæ sub hoc Pontifice exorti, eiusdem iudicio iustam damnationis sententiam retulerunt. Filios parentibus fidelibus prognatos, non minore salutis necessitate baptizandos esse, quam ii

Innocentius quādo Pōtifex factus sit.

S. Martini obitus.

Chrysostomi persecutio.

Chrysostomus in exilio moritur.

Persecutores Chrysostomi a Deo puniūtur.

Gratia Dei Innocentius ab excidio vrbis liberatus fuit.

Collatio cū Donatistis habita.

Pelagii & Vigilantii hæreses exortæ.

qui infidelibus parentibus procreati sunt, contra dictum Pelagium recte quidem sustinuit, verum illud argumento eucharistiæ ab infantibus omnibus pari salutis necessitate sumendæ, non satis bene probauit. Vide notas epist. 25. infra.

Innocētius quamdiu sederit.

[b] *Sedit annis quindecim, mensibus duobus.*] Annis quindecim, mense vno & diebus decem pontificatum tenuisse, initium & finis eiusdem demonstrant. Anno 417. qui est Honorii 23. & Theodosii decimus, eum ex hac vita migrasse, ex vigesima sexta Innocentii, & quibusdam Zosimi epistolis, consulatu Honorii 11. & Constantii secundo consignatis, euidenter colligitur. Cum ergo præfati anno Christi 417. consules fuerint, natalis autem dies Innocentii 5. Kal. Augusti notatus esse reperiatur, ab exordio sedis hucusque computatione facta, prædictorum annorum mensium & dierum tempora inuenientur. Baron. ann. 417. num. 4.

Decretum Innocentii.

[c] *Hic constitutum de omni Ecclesia.*] Id est Decretum ad vniuersalem Ecclesiam pertinens: illudque esse puto, quod Gennadius de viris illustribus cap. 43. describit his verbis: *Innocentius vrbis Romanæ Episcopus, scripsit Decretum occidentalium Ecclesiarum & orientalium aduersus Pelagianos datum: quod postea successor eius Papa Zosimus Latinis promulgauit.* Cetera eius Decreta, de regulis monachorum, Iudæis atque Paganis desiderantur. Baron. num. 5.

Pelagii & Cælestii condemnatio.

[d] *Pelagium & Cælestium*, &c.] De qua condemnatione S. Prosper aduersus Collatorem, ex verbis Zosimi Papæ, hæc refert: *Constituimus in Pelagium & Cælestium per venerabilem Innocentium de beatissimi Apostoli sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei*, &c.

An & quomodo Pelagius infātulorū baptismū negarit?

[e] *Baptizari, quod Pelagius damnabat.*] Pelagius epistola sua ad Innocentium scripta, vt habet August. de peccato orig. cap. 17. conquestus est, se calumniose hac in re infamari. *Dicit*, inquit Augustinus prædicto loco, *se ab hominibus infamari, quod negaret paruulis baptismi sacramentum, & absque redemptione Christi aliquibus regna cælorum promittat.* Vnde quod hic dicitur, Pelagium baptismum infantulorum negasse, sic accipiendum est, quod si non verbis, reipsa tamen damnasse videri poterat, dum peccatum originale, cuius gratia baptismus necessarius est infantibus, negaret. Hoc est quod ibidem subdit S. Augustinus: *Sed non sic illis hæc obiiciuntur, vt posuit; nam neque paruulis negant baptismi sacramentum, neque absque redemptione Christi aliquibus regna cælorum promittunt. Itaque vnde se queritur infamari, eo modo proposuit, vt facile posset crimini obiecto, saluo suo dogmate, respondere. Obiicitur autem illis, quod non baptizatos paruulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri, & in eos transisse originale peccatum regeneratione purgandum.* Baron. an. 417. num. 5.

An ieiuniū sabbati Innocentius īstituerit?

[f] *Constituit sabbato ieiunium celebrari.*] Hæc sic intellige, non quod Innocentius auctoritate huius Decreti primus ieiunium sabbati instituerit, sed quod de his ad Decentium Episcopum Eugubinum rescripserit, qui datis ad eum literis causam huius ie-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iunii edoceri expetierat. Baron. ann. 417. num. 6. Vide notas Can. Apost. 65.

EPISTOLA I.

INNOCENTII PAPÆ I.

DECENTII CONSVLTATIONIBVS RESPONDENS, nonnullas Romanæ Ecclesiæ traditiones explicat quas obseruandas esse demonstrat.

I. *De pacis osculo dando post confecta mysteria.*
II. *De nominibus ante precem sacerdotis non recitandis.*
III. *Quod non debeant baptizati nisi ab Episcopo consignari.*
IV. *Quod rite omni sabbato ieiunetur.*
V. *De fermento, quod ciuitatis tantum presbyteris dirigatur.*
VI. *De energumenis baptizatis.*
VII. *De pœnitentibus.*
VIII. *De epistola sancti Iacobi Apostoli, in qua pro infirmis orari præcipitur.*

Innocentius Decentio Episcopo Eugubino salutem.

SI instituta ecclesiastica, vt sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent seruare Domini sacerdotes, nulla diuersitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum vnusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel ecclesiis aut teneri, aut celebrari videntur: ac fit scandalum populis: qui dum nesciunt traditiones antiquas, humana præsumptione corruptas, putant sibi aut Ecclesias non conuenire, aut ab Apostolis vel ab apostolicis viris contrarietatē inductam. Quis enim nesciat, aut non aduertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes? Aut legant, si in his prouinciis alius Apostolorum inuenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, opor-

Dist. 11. Quis enim nesciat.

tet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse, non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus studeant, caput institutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad vrbem venisse, ac nobiscum in Ecclesia conuenisse, & quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognouisse dubium non est. Quod sufficere ad informationem Ecclesiæ tuæ vel reformationem, (si prædecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt) satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. Quibus idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed vt maiori auctoritate vel tuos instituas, vel, si qui a Romanæ Ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas; vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius Ecclesiæ quam Romanæ existimant consuetudinem esse seruandam.

I.

De consecr. dist. 2. Pacem igitur.

Pacem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet, populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur.

II.

De consecr. dist. 1. De nominibus recitandis.

De nominibus vero recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, vt, cuius hostiam necdum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, vt inter sacra mysteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, vt ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

III.

De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio quã ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc autem pontificibus ſolis deberi, vt vel conſignent, vel paracletum Spiritum tradant, non ſolum conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, verum & illa lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit, Petrum & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum ſanctum. Act. 8.

[a] Nam presbyteris, ſeu extra Epiſcopum, ſeu præſente Epiſcopo baptizant, chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cum tradunt Spiritum paracletum. Verba vero dicere non poſſum, ne magis prodere videar, quam ad conſultationem reſpondere. De conſec. diſt. 4. presbyteris.

IV.

[b] Sabbato vero ieiunandum eſſe, ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem Dominicum, ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non ſolum in Paſcha celebramus, verum etiam per ſingulos circulos hebdomadarum, ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtique conſtat, Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtique non dubium eſt, intantum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari: quæ vtique forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. Quod ſi putant, ſemel atque vno ſabbato ieiunandum, ergo & Dominica, & ſexta feria ſemel in Paſcha erit vtique celebranda. Si autem Dominici diei & ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reparanda imago eſt, dementis eſt, bidui agere conſuetudinem ſabbato prætermiſſo, cum non diſparem habeat cauſam, a ſexta videlicet feria, in qua Dominus paſſus eſt, quando & ad inferos fuit, vt tertia die reſurgens, redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergo nos negamus ſexta feria ieiunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſequuti ſunt, induxerunt. qui die Dominico exhilarati. non ſolum De conſec. diſt. 3. Sabbato vero. Et in Decret. Iuo. lib. 2. Ioan. 20.

ipsum festiuissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.

V.

[c] De fermento vero, quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, [d] cum omnes Ecclesiæ nostræ intra ciuitatem sint constitutæ. Quarum presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum conuenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, vt se a nostra communione, maxime illa die, non iudicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia [e] nec longe portanda sunt sacramenta: nec nos per cœmeteria diuersa constitutis presbyteris destinamus, * & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant atque licentiam. * vt & al. sed

VI.

De his vero baptizatis, qui postea a dæmonio, vitio aliquo aut peccato interueniente, corripiuntur, quæsiuit dilectio tua, si a presbytero vel diacono possint aut debeant consignari: quod hoc nisi Episcopis præcipere non licet. Nam ei manus imponenda omnino non est, nisi Episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Vt autem fiat, Episcopi est imperare, vt manus ei vel a presbytero, vel a ceteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, vt longe constitutus energumenus ad Episcopum deducatur, cum, si talis casus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Episcopum, nec referri ad sua facile possit?

VII.

De consec. dist. 3. De pœnitentibus vero.

De pœnitentibus vero, qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac cum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem inciderit, atque vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

VIII.

VIII.

Sane quoniam de hoc, ſicuti de ceteris, conſulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cæleſtinus diaconus in epiſtola ſua, eſſe a tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt: *Si infirmus aliquis in vobis eſt, vocet presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit laborantem, & ſuſcitabit illum Dominus: & ſi peccata fecit, remittet ei.* Iacob. 5. Quod non eſt dubium, de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt: quo ab Epiſcopo confecto, non ſolum ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſſitate * inungendo. Ceterum illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcirco de presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Ceterum, ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit, aliquem a ſe viſitandum, & benedicere & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His ergo, frater cariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curauimus, vt Eccleſia tua Romanam conſuetudinem, a qua originem ducit, ſeruare valeat atque cuſtodire. Reliqua vero quæ ſcribi fas non erat, cum adfueris, interrogati, poterimus edicere. Erit autem Domini potentiæ, etiam id procurare, vt & tuam Eccleſiam, & clericos noſtros, qui ſub tuo pontificio diuinis famulantur officiis, bene inſtituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Data 14. Kalendas Aprilis, Theodoſio Auguſto ſepties, & Palladio viris clariſſimis conſulibus. Ann. Dom. 416. qui fuit Innocentii vltimus.

* ad vngendum.

Diſt. 95. Illud ſuperfluum.

NOTÆ.

[a] *Nam presbyteris.*] Non ſacramentalis, quæ adhibetur in confirmatione, ſed tantum ceremonialis vnctio ſacerdotibus conceſſa fuit. De qua vide notas in vitam Sylueſtri, & Can. 20. Concilii Toletani. Sacramẽtalis non ceremonialis vnctio chriſmatis ſacerdotibus illicita eſt.

[b] *Sabbato vero ieiunandum.*] Vide quæ diximus in notis ad Can. Apost. 65. supra.

Fermentum quid & quare.

[c] *De fermento.*] Quid sit fermentum, quibus nominibus appellatum, quis illius vsus, vide quæ diximus in notis ad vitam Melchiadis & Concilii Laodiceni, &c.

An extra vrbem titularis ecclesia fuerit?

[d] *Cum omnes Ecclesiæ intra ciuitatem sint constitutæ.*] De titulis tantum intelligit, ad quos, vt ait, fermentum mitti soleret: non quidem, quod non essent in suburbiis aliæ complures ecclesiæ, atque sanctorum memoriæ, sed quod nulla prorsus titularis esset, in qua populus colligi consueuerit. Cuius rei causa ait se non mittere fermentum ad presbyteros per diuersa cœmeteria constitutos, quod illi plebem sibi subditam, quam colligerent, non haberent: ac proinde nullus posset esse vsus fermenti, quod ob Catholicæ communicationis symbolum confectum esset. Quod itaque non ipse faceret Pontifex, vt ad presbyteros extra vrbem in cœmeteriis constitutos fermentum mitteret, significat id minus facere debere presbyteros titulares, vt ad positos extra mœnia fermentum mitterent. Hoc est quod subdit: *Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta.* Erant enim instituta, vt singuli fideles in suas ipsorum ecclesias, diuersis licet in locis positas, conuenientes, eo communicationis symbolo Catholici esse censerentur, ac proinde nequaquam absentibus impertienda erant, qui eo ipso quod cum ceteris præstituto die non conuenissent, se illis indignos reddiderant, neque facile, nisi legitime probata causa, vel non sine pœnitentia, in communicationem fidelium in posterum iuxta Canones admitti deberent. Vnde id quod Innocentius Decentio respondit, facile intelligi potest. Interrogabat Decentius, an exemplo Romani Pontificis, ad absentes fermentum mittentis, liceret etiam Episcopo ad rurales ecclesias idem fermentum mittere? Respondit Innocentius id exemplo Romanæ Ecclesiæ superflue quæri, cum illæ omnes Ecclesiæ, ad quas Papa fermentum mittit, intra vrbem sint constitutæ: foras efferri non permittat, quod sacramenta non sint longe portanda, ac proinde Romanæ Ecclesiæ exemplo, fermentum extra mœnia ab aliis Ecclesiis non recte mittatur.

Vsus fermenti.

Innocentii epistolæ interpretatio.

An & quomodo fermentum appelletur sacramentum.

[e] *Nec longe portanda sunt sacramenta.*] Fermentum hoc loco sacramenta appellat, ideo quod sit sacræ rei, Catholicæ nimirum vnionis signum sacerdotali benedictione consignatum, vt supradictis locis diximus. Per sacramentum hoc loco nequaquam eucharistiam intellexisse, satis superque sufficiet notissimum illud adducere, Romanam ac simul occidentalem omnem Ecclesiam, non nisi in azymo pane eucharistiam conficere consueuisse. Baron. ann. 313. num. 54. & 55.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EPISTOLA II.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD VICTRICIVM EPISCOPVM Rothomagensem.

I. *Quod extra conscientiam Metropolitani non ordinandus sit Episcopus.*
II. *Qui cingulum militiæ post baptismum accipiunt, clerici fieri non debent.*
III. *De causis clericorum ab Episcopis prouinciæ terminandis, vel ad sedem apostolicam referendis.*
IV. *Vt clericus vxorem, nisi virginem, non ducat.*
V. *Vt qui non virginem duxerit clericus non fiat.*
VI. *Vt clericus non ordinetur, qui secundam habuit vxorem.*
VII. *Vt alterius clericum nullus ordinet, neque ab alio eiectum recipiat.*
VIII. *Venientes a Nouatianis vel Montensibus quomodo suscipiendi.*
IX. *Quod sacerdotes & Leuitæ ab vxoribus suis abstinere debeant.*
X. *Monachi si clerici fiant, continentiæ propositum seruare debent.*
XI. *Vt curiales clerici non ordinentur.*
XII. *De virginibus sacris si nupserint, aut lapsæ fuerint.*
XIII. *De virginibus non velatis si neglecto proposito nubant.*

Innocentius Victricio Episcopo Rothomagensi.

ETSI tibi, frater carissime, pro merito & honore sacerdotii, quo plurimum polles, viuendi & docendi ecclesiasticæ regulæ nota sunt omnia, neque est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur: tamen quia Romanæ Ecclesiæ normam ad auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas annexas literis meis misi: per quas aduertant Ecclesiarum regionis vestræ populi, quibus rebus ac regulis Christianorum vita in sua cuiusque professione debeat contineri, qualisque seruetur in vrbis Romæ Ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & consacerdotes nostros, qui in illis regionibus propriis Ecclesiis præsident, regularem hunc librum, quasi didascalicum atque monitorem sedulo insinuare, vt & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid

adhuc desideratur, facile poterunt ex bona imitatione supplere. Incipiam igitur adiuuante sancto Apostolo Petro, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, vt quoniam plures sæpe emerserunt causæ, quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, vt de cetero solicitudo sit vnicuique sacerdoti in sua ecclesia curam huiusmodi habere, sicut prædicat Paulus Apostolus, talem Ecclesiam Deo exhibendã, *non habentem maculam aut rugam*, ne alicuius morbidæ ouis afflatu conscientia nostra contaminata violetur. Propter eos igitur, qui vel ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, & multa non præsumenda præsumunt, recte postulasti, vt in illis partibus istiusmodi quam tenet Ecclesia Romana forma seruetur. non quo noua præcepta aliqua imperentur, sed ea quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus obseruari cupiamus; quæ tamen [b] apostolica & Patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque ad Thessalonicenses Paulo monente: *State ac tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis, siue per verbum, siue per epistolam.* Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare, vt ab omni labe sæculi istius immunis ante Dei conspectum securus inueniaris. Cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur vsura pœnarum. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi cogimur præstare rationem, disciplina deifica populum erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta maiorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua præsumptione violarent, populi fauorem sequentes, & Dei iudicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino: *Videbas furem, & currebas cum eo:* hæc sunt quæ deinceps intuitu diuini iudicii omnem Catholicum Episcopum expedit custodire.

Hæc vsque ad caput 10. habentur supra n epist. Siricii Papæ.

Ephes. 5.

2. Thess. 2.

Psal. 49.

I.

Dist. 64. Extra conscientiam.

Primum, vt extra conscientiam Metropolitani Episcopum nullus audeat ordinare. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec vnus Episcopus ordinare præsumat Episcopum, ne furtiuum beneficium præstitum videatur. Hoc enim & in Synodo Nicæna constitutum est, atque definitum.

Can. 4.

II.

Item, si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

III.

Si quæ autem causæ vel contentiones inter clericos, tam superioris ordinis, quam etiam inferioris, fuerint exortæ, vt secundum Synodum Nicænam congregatis eiusdem prouinciæ Episcopis iurgium terminetur. Nec alicui liceat, sine præiudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri, relictis his sacerdotibus qui in eadem prouincia Dei Ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. Quod si quis forte præsumpserit, ab officio clericatus submotus, velut iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores causæ in medium fuerint deuolutæ, ad sedem apostolicam, sicut Synodus statuit, post episcopale iudicium referatur.

11. q. 1. Si quæ causæ. Can. 5. 3. q. 6. Non liceat.

IV.

Vt mulierem clericus non ducat vxorem, quia scriptum est, *Sacerdos vxorem virginem accipiat*, non viduam, nec eiectam. Vtique qui ad sacerdotium labore suo & vitæ probitate contendit, cauere debet ne hoc præiudicio impeditus peruenire non possit.

Leuit. 21.

V.

Vt si quis mulierem, licet laicus, duxit vxorem, siue ante baptismum, siue post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur excluſus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris consortium relaxatur.

Dist. 34. Si quis viduam.

VI.

Ne is qui secundam duxit vxorem clericus fiat, quia scriptum est: *Vnius vxoris virum:* & iterum: *Sacerdotes mei semel nubant:* & alibi: *Sacerdotes mei non nubent amplius.* Ac ne ab aliquibus existimetur, ante baptismum si forte quis accepit vxorem, & ea de sæculo recedente alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errata regula: quia in baptismo peccata remittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur. cum vtique vxor ex legis præcepto ducatur, in tantum vt & in paradiso cum parentes huma-

1. Tim. 3.

ni generis coniungerentur, ab ipso Domino sint benedicti, & Salomon dicit: *A Deo præparabitur viro vxor.* Quam formam etiam sacerdotes omnes seruare vsus ipse demonstrat Ecclesiæ. Satis enim absurdum est, aliquem credere vxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari: cum benedictio quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habentur.

Prou. 19.

Dist. 34. Quod si non.

VII.

Vt de aliena Ecclesia clericum ordinare nullus vsurpet, nisi eius Episcopus precibus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam Synodus statuit Nicæna, vt abiectum ab altero clericum altera Ecclesia non recipiat.

Dist. 71. De aliena.

Can. 16. & 17.

VIII.

Vt venientes a Nouatianis vel Montensibus, per manus tantum impositionem suscipiantur: quia quamuis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati: præter eos, si qui forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hi si resipiscentes & ruinam suam cogitantes redire voluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.

IX.

Præterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omnino debet, vt sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus vtique propter sobolis successionem vxorius vsus fuerat relaxatus; quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi sacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis diuinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus

Dist. 31. Tenere debet.

Leuit. 11. 44. & 20.

Luc. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paulus ad Corinthios scribit dicens: *Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi*; & hoc vtique laicis præcepit: multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Quod si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri posse se credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Sed fortasse licere hoc credit, quia scriptum est: *Vnius vxoris virum.* Non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait: *Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego.* Quod apertius declarat, sic dicens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt: vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.* 1. Cor. 7. Tit. 1. 1. Tim. 3. 1. Cor. 7. Rom. 8.

X.

De monachis, qui diu morantes in monasteriis postea ad clericatus ordinem peruenerint, non debere eos a priore proposito deuiare. Aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diu seruauit, id in meliore gradu positus amittere non debet: aut si corruptus, postea baptizatus, in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit: quia nec benedici cum sponsa potest iam corruptus. Quæ forma seruatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, vt quisquis corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponderet se vxorem omnino non ducere. 16. q. 1. De monachis.

XI.

Præterea frequenter quidam e fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt: quibus postea maior tristitia, cum de reuocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia de adscito nascitur. Constat enim eos in ipsis muniis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum vel munerum apparatibus aut præesse, aut interesse. Sit certe in exemplum solicitudo & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus, imperatore præsente, cum pro his sæpius rogaremus. quam ipse nobiscum positus cognouisti. quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam iam in sacerdo- Dist. 51. Præterea frequenter.

tio constituti, ingens molestia vt redderētur imminebat.

XII.

27. qu. 1. Quæ Christo spiritaliter. Item quæ Christo spiritaliter nupserunt, & velari a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de sæculo recesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcumque viuente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi vnus ex eis fuerit defunctus: quanto & illa magis tenenda est, quæ ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigrauit?

XIII.

27. qu. 1. Hæ vero quæ nondum. Hæ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper manere promiserant, licet velatæ non sint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum a Deo tenebatur. Nam si inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerit virgo, solui sine vindicta non debet? 1. *Tim.* 5. Nam si Apostolus Paulus quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto magis virgines, quæ prioris promissionis fidem frangere sunt visæ?

Hæc itaque regula, frater carissime, si plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei sacerdotibus obseruata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuiendi: manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur, veritas spiritali feruore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animæ concordabit: implebitur & dictum Apostoli, *Philip.* 2. *vt vnanimes, vnum sentientes permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes,* non hominibus sed Deo nostro saluatori placentes, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Datum 15. Kalendas Martias, Honorio Augusto VI. & Aristæneto viris clarissimis consulibus.

NOTÆ.

Quo tempore quave occasione [a] *Epistola.*] Hanc decretalem epistolam Innocentius anno pontificatus sui tertio, qui est Christi 404. Victricio Rothomagensi Episcopo,

ſcopo, normam eccleſiaſticæ diſciplinæ ab apoſtolica ſede expetenti ſcripſit. Eſt autem Victricius, qui teſte Paulino epiſt. 26. tempore Iuliani militans, ideo quod pro Chriſto cingulum militiæ abieciſſet, multis tormentis affectus & capitis pœna damnatus, carnifice, qui ad eum cædendum miſſus fuerat, cæcitate percuſſo, ipſe vinculis ſolutus liber euaſit, & poſt Rothomagenſis epiſcopus factus Morinorum & Neruiorum gentes indomitas verbi prædicatione ad fidem Chriſti perduxit, & demum confeſſor in pace quieuit. Vnde conſtat pios & doctrina ſpectatos ſanctiſſimos epiſcopos, quantumuis ad informandam plebem eccleſiaſticis inſtitutis ipſi ſibi ſufficere videri poſſent, ex fonte tamen originario aquas haurire ſolitos eſſe, quod nimirum ſcirent maioris roboris & auctoritatis eſſe id quod ab apoſtolica ſede petitum conſtaret. Idem epiſtola ſequente S. Exuperius epiſcopus Toloſanus aliiſve temporibus alii: vt appareat ſanctos quoſque Dei amicitia coniunctos, gratiaque miraculorum pollentes, ad ſedis apoſtolicæ doctrinam, tamquam ad diuinum ſemper in Petro loquens oraculum, conuenire ſolitos eſſe: illud firmum ſolidumque exiſtimantes, quod tantæ ſedis auctoritate comprobatum intelligerent. Nouatores huius temporis, hanc epiſtolam Innocentii ſuggillant, ideo quod lapſam virginem ſacram, non prius ad pœnitentiam recipiendam eſſe decernat, quam vir ille, cui ſe titulo nuptiarum coniunxerat, defunctus ſit: inique enim conſtitutum eſſe iudicabant, pœnitentiam lapſæ in obitum adulteri differre. Sed nihil æquius atque ſanctius valuit Decreto Romani pontificis definiri, quam vt reiiciatur prætenſa lapſæ virginis pœnitentia, quæ titulo nuptiarum cum adultero, tamquam cum legitimo viro, ad mortem vſque cohabitare delegit, quæque non prius, quam poſt mortem adulteri, ab eo ſeparari voluit. Cum itaque iuſtiſſimum ſit, ne in eccleſia abſoluantur ii qui in peccato perſeuerare volunt, hanc de repudianda eius pœnitentia Conſtitutionem pontificis, hæretici noſtri temporis immerito reprehendunt. Vide Baron. ann. 404. num. 130. & 131. Bellar. lib. 4. de Rom. pont. c. 10.

hæc epiſtola ſit ſcripta. Victricius quis?

Romanæ eccleſiæ auctoritas quæ & quãta?

Hæretici hãc epiſtolã quare calũnientur?

Calumnia hæreticorũ diluitur.

[b] *Apoſtolica & patrum traditione.*] Inſinuat hæc duodecim capitula quæ ſequuntur non eſſe noua aliqua præcepta, ſed quæ apoſtolica & patrum traditione conſtituta, & ex ipſis Apoſtolorum Canonibus tamquam primæuis fontibus deriuata eſſent. Et recte quidem. Nam quæ capitulo primo continentur, conſtituta ſunt Canone 1. Apoſtolorum. Qua de cauſa cum coniunctione &, dixit capite 1. *Hoc enim & Synodus Nicæna conſtituit*, vt ſignificaret præter traditionem Apoſtolorum etiam hoc in Nicæno Concilio conſtitutum eſſe, vt ſcilicet congruat, cum præcedentibus, quibus dixerat non imperari his capitulis aliqua noua præcepta, ſed quæ apoſtolica & patrum traditione eſſent conſtituta. Capitulum ſecundum ex traditione apoſtolica quæ eſt in Canone Apoſtolorum 60. manauit. Sæcularis enim militia clericis eſt interdicta. Capitulum tertium Innocentii ex Canone Apoſtolorum 35. & 38. Innocentii 4. 5. & 6. ex Canone Apoſtolorum 17. & 18. Innocentii cap. 7. ex Canon.

12. 34. & 36. Innocentii cap. 8. ex Canone 47. & sequentibus; Innocentii 9. ex Ap. 6. cap. 10. ex 17. cap. 11. ex 81. cap. 12. ex 48. sumpta sunt.

EPISTOLA III.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD EXVPERIVM EPISCOPVM TOLOSANVM.

I. *De incontinentia sacerdotum vel Leuitarum.*
II. *De iis qui in extremo vitæ pœnitentiam & communionem petunt.*
III. *Quod fidelibus administrationes & iudicia exercere liceat.*
IV. *Quod viri cum adulteris vxoribus non conueniant.*
V. *Quod qui preces vel criminales dictant, habeantur immunes.*
VI. *Adulteros esse, qui diuortio interueniente aliud ineunt coniugium.*
VII. *Qui libri in Canone recipiantur.*

Innocentius episcopus Exuperio episcopo Tolosano.

CONSVLENTI tibi, frater carissime, quid de proposita specie vnaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ quæ sunt visa respondi, quid sequendum vel docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum secuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quam vsurpatione præsumpta quæ sibi viderentur de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid, quam omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus ad proposita respondere compellor. Eoque fit vt aliquid semper addiscat, qui postulatur vt doceat. Proponam igitur singula, subiiciamque responsum.

I.

Dist. 82. Proposuisti.

Proposuisti quid de his obseruari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in officio presbyterii positos incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricii episcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes in officiis talibus positi omni

honore eccleſiaſtico priuentur, nec admittantur accedere ad miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis auctoritas iam inde ab initio cuſtodita, quod in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos ſibi vindicent diuina myſteria: neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt: *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* Quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem propterea vxorius vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. quanto magis hi ſacerdotes & Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium, ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel a ſacrificiis diuinis, vel a baptiſmatis officio vacent? Nam ſi beatus Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribit, dicens: *Abſtinete vos ad tempus vt vacetis orationi*: & hoc vtique laicis præcepit: multo magis ſacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Qui ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcientia, quove merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum?* Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt: *Vnius vxoris virum.* Non de permanente in concupiſcentia generandi hoc dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit qui ait: *Vellem autem omnes ſic eſſe ſicut & ego.* Quod & apertius declarat, dicens: *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Et habentem filios, non generantem, dixit. Sed ea plane diſpar & diuerſa ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Siricio ad prouincias commeauit, non probabitur peruenisſe, his ignorationis venia remittetur, ita vt de cetero penitus incipiant abſtinere. Et ita gradus ſuos, in quibus inuenti fuerint, ſic retententur, vt eis non liceat ad potiora conſcendere. quibus in beneficio eſſe debet, quod hunc ipſum locum quem retinent non

1. Paral. 24.

Diſt. 31. Eos ad ſactifi-cia.

Leuit. 11. & 20.

1. Cor. 7.

Tit. 1.

1. Tim. 3.

1. Cor. 7.

Rom. 8.

amittunt. Si qui autem sciſſe formam viuendi miſſam a Siricio detegentur, neque ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe illi ſunt modis omnibus ſubmouendi: quia poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

II.

Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſeruatio prior durior, poſterior interueniente miſericordia inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de recõciliatione ſecuros non reuocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſteaquam Dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, iam terrore depulſo communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis veniam aſperitatem & duritiam ſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis pœnitentes, miſerante Saluatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur.

III.

23. qu. 4. Quæſitum eſt etiam. Quæſitum eſt etiam ſuper his qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt, & aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem ſententiam protulerunt. De his nihil legimus a maioribus definitum. Meminerant enim a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei eſſe miniſtrum vindicem in huiuſmodi datum. Quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo ita vt hactenus ſeruatum eſt ſic habemus, ne aut diſciplinam euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in ratione reddenda geſta ſua omnia ſeruabuntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV.

Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant, cum contra vxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam: viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur: virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui vtique submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par sit causa, interdum, probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit. 32. qu. 5. Christiana religio.

V.

Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, vtique post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicuius, vel sanguinem de reatu: quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, vt causa cognita vindicentur. Quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio, pro negotii qualitate profertur, & dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis. 23. qu. 4. Illud etiam sciscitari.

VI.

De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interuenientе repudio alii se matrimonio copularunt: quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel vxore viuente, quamuis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum vt etiam hæ personæ, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur; secundum illud quod legimus in euangelio: *Qui dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur: similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Et ideo tales omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi si incentores illiciti consortii fuisse detegantur. Matth. 19.

VII.

Qui vero libri recipiantur in canone ſanctarum ſcripturarum, breuis adnexus oſtendit. Hæc ſunt ergo quæ deſiderata moneri voce voluiſti. Moyſis libri 5. id eſt Geneſis, Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomii: & Ieſu Naue vnus, Iudicum vnus. Regnorum libri 4. ſimul & Ruth. Prophetarum libri 16. Salomonis libri 5. Pſalterium. Hiſtoriarum, Iob liber vnus, Tobiæ vnus, Eſther vnus, Iudith vnus, Machabæorum duo, Eſdræ duo, Paralipomenon duo. Item noui Teſtamenti, Euangeliorum libri 4. Apoſtoli Pauli epiſtolæ 14. Epiſtolæ Ioannis 3. Epiſtolæ Petri duæ: Epiſtola Iudæ, Epiſtola Iacobi, Actus Apoſtolorum, Apocalypſis Ioannis. Cetera autem, quæ vel ſub nomine Matthiæ, ſiue Iacobi minoris, vel ſub nomine Petri & Ioannis, quæ a quodam Leucio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreæ, quæ a Xenocharide & Leonida philoſophis; vel ſub nomine Thomæ, & ſi qua ſunt alia, non ſolum repudianda, verum etiam noueris eſſe damnanda. Datum 10. Kalendas Martias, Stilicone II. & Anthemio viris clariſſimis conſulibus.

NOTÆ.

Exuperius quis.

[a] *Ad Exuperium.*] Exuperius is eſt, quem Auſonius Burdigalenſem dicit, & inter eius temporis claros oratores adnumerat. Poſt præfecturam Hiſpaniarum, auctore Auſonio, ad portum tranquillitatis ſeceſſit: in eccleſia Burdigalenſi presbyterium meruiſſe, ex Paulini epiſtola vigeſima, ad Amantium ſcripta, intelligi poteſt. Qualis quantuſve extiterit egregia vitæ ſanctitate conſpicuus, ex ſancto Hieronymo audi, dum hæc de ſeipſo ſcribit epiſt. 4. ad Ruſticum. *S. Exuperius Toloſæ epiſcopus, viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiuniis fame torquetur aliena, omnemque ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro, qui auaritiam eiecit e templo: qui abſque funiculo & increpatione cathedras vendentium columbas, id eſt, dona ſancti Spiritus, menſaſque ſubuertit Mammonæ, & nummulariorum æra diſperſit, vt domus Dei domus vocetur orationis, & non latronum ſpelunca*, &c. Epiſtola 2. *Non poſſum*, inquit, *abſque lacrymis Toloſæ mentionem facere, quæ vt huc vſque non rueret, ſancti epiſcopi Exuperii merita præſtiterunt. Hic diuini ſpiritus afflatu venturum Galliæ excidium, Toloſamque barbaris paulo poſt dedendam præneſcens, magna celeritate omnem ſubſtantiam in pauperes erogauit: cumque eius liberalitati maximæ Gallia nimis anguſta videretur, Siſinnium monachum, integerrimis vitæ moribus præditum, in orientem cum ingenti*

pecunia ablegauit, vt monachis Palæstinæ & Ægypti subsidia vitæ ministraret. Hac occasione S. Hieronymus ex Sisinnio cognoscens qualis quantusque esset vir eximius Exuperius, ob eius egregiam sanctitatem eidem libros in Zachariam prophetam, quos elucubrabat, dedicandos existimauit. Hæc ex Hieron. præfat. in 3. Amos, & 1. Zachar. Baron. ann. 405. num. 62. & 406. num. 35.

Hæc epistola qua occasione scripta.

Hæc Innocentii epistola ad Exuperium, sicut præcedens ad Victricium Rothomagensem episcopum, responsoria est ad eorum literas, quibus aduersus nouam hæresim Vigilantii in Gallia emergentem pugnaturi, primum apostolicam sedem consulendam esse putarunt: ea nimirum ex causa, quod scirent absque aliqua dubitatione in vniuersa ecclesia catholica obseruandum esse quod ab apostolica sede seruatum & custoditum esse nosceretur, quodque ad castra hæreticorum & schismaticorum transirent, qui se ab eiusdem communione seiungerent, & Decreta illius obseruare nollent. Vnde licet vterque sanctissimus & doctissimus Galliarum episcopus, optime nosset ea quæ Romanum Pontificem rogabant, tamen quod certo scirent ipsam apostolicam sedem esse turrim Dauid, in qua sunt *mille clypei & omnis armatura fortium*, ab ipso præcipuo catholicæ ecclesiæ vertice sibi arma comparanda duxerunt, quorum vel vno ictu reptantem ventre bestiam conficerent. Omnes enim nefas esse intelligebant, apostolicæ sedis Decretis obniti, adeoque recentia Romani Pontificis decreta, fidem & ecclesiasticam disciplinam a maioribus & veteribus traditionibus acceptam, in Gallia sartam tectamque conseruabant. Baron. ann. 406. num. 47.

EPISTOLA IV.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD FELICEM NVCERIANVM EPISCOPVM.

I. *Si quis volens, partem sui corporis amputauerit, clericus esse non potest: nolens autem, potest.*
II. *Quod bigami ad clerum admitti non possint.*
III. *Qui de laicis ad clerum non debeant promoueri.*
IV. *Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic aperte concubina prohibetur.*
V. *De temporibus in clero immorandi.*

Innocentius Felici episcopo Nuceriano.

MIRARI non possumus, dilectionem tuam sequi institutа maiorum, omniaque, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, vt consulta videlicet sedes apostolica, ex ipsis rebus dubiis, certum aliquid faciendum pronuntiet. Quod & nos libenter accipimus, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dilectionem tuam memorem Canonum approbamus. Scripsisti ergo, quod feruore fidei quo polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaueris ecclesias Dei, vel nouas quasque construxeris: sed in his clericos, quos constituas non habere: aliquos vero * mutilos, aliquos bigamos esse. Ad quod stupuimus, prudentem virum de his voluisse consulere quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus, sed in aliis forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

* mancos, *vel* murcos.

I.

Dist. 55. Qui partem. Can. 1. Conc. Nicæni.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibiipsi volens abscidit, hunc ad clerum Canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos Canones præcipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abiici. In illis enim voluntas * iudicata est, quæ sibi ausa fuerit ferrum iniicere, quod scilicet & alii id facere * dubitari non possit: in istis vero casus veniam meruit.

* vindicata.

* dubitare non possunt.

II.

1. *Tim.* 3. *Tit.* 1.

De bigamis autem nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli, vnius vxoris virum, ad sacerdotium siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non poterit: quia in lege

Leuit. 21.

cautum est, non viduam, non abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

III.

Dist. 51. Designata sunt.

De laicis vero religio tua consuluit, quos Canones ordinare prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, vt de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, * & non fieri possunt: sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est, propter

for. * sed fieri

pter tribulationem, quæ sæpe de his ecclesiæ prouenit.

IV.

Laici vero, qui habentes vxores, baptizati sunt, ac sic se instituerunt, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt hæserint, & si non concubinam, non pellicem nouerint, si in bonis operibus vigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi. Dist. 33. Laici qui habentes.

V.

Ita sane, vt in eos tempora a maioribus constituta, seruentur. Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat: quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, vt ad sacerdotium posthac, emensis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa diffinitione monstratum est, qui debeant admitti, quive reprobari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare velimus, tales inuenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scandalum, nec erubescere videamur.

EPISTOLA V.

INNOCENTII PAPÆ I.

Vt hi, qui in presbyterio filios genuerunt, ab officio remoueantur.

* Brutios. *Innocentius Maximo & Seuero episcopo per * Britios.*

ECCLESIASTICORVM Canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri hæc a pontifice, satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosis viris & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus huiusmodi, qualem querelam detulerit, libelli eius series annexa declarat. Qui zelo fidei & disciplinæ ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere noti- Dist. 81. Maximilianus.

tiam. Et ideo, fratres cariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto, eos, qui talia perpetraſſe dicuntur, iubebitis in medio collocari: diſcuſſiſque obiectionibus quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuicti fuerint, a ſacerdotali remoueantur officio: quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt: atque alieni efficiantur a miniſterio, quod viuendo illicite polluerunt. Miramur autem hæc eorum diſſimulare epiſcopos, vt aut conniuere, aut neſcire eſſe illicita iudicentur.

EPISTOLA VI.

INNOCENTII PAPÆ I.

Quod pœnitentium nullus ad clerum poſſit admitti.

Innocentius Agapito, Macedonio, & Mauriano epiſcopis Apulis.

MVLTA in prouincia contra Canones eccleſiaſticos Decretaque maiorum vſurpari a plurimis, & relationes diuerſorum, & ſuggeſtiones fidiſſimæ retulerunt: quæ quidem poſſent facile reſecari, ſi epiſcopi in his non inuenirentur auctores. Qui dum aut amicis aut obſequentibus gratiam præſtare nituntur, religionem violant, ordineſque corrumpunt. Ac ſic euenit, vt indigni quique honores ſuſcipiant eccleſiaſticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur: ſicuti in nunc dato nobis libello monſtratum eſt, Modeſtum quemdam, multis criminibus inuolutum, propter quæ etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad epiſcopatus apicem eum tendere: cum Canones apud Nicæam conſtituti, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres cariſſimi, perſpecto tenore libelli, eum iubete præſentari: ac ſi vere conſtiterit talem, qualem libellus affirmat, non ſolum ab epiſcopatus ambitione, ſed etiam a clericatus remoueatur officio.

Diſt. 50. Canones apud Nicæam. *Can.* 10. *Conc. Nic.*

EPISTOLA VII.
INNOCENTII PAPÆ I.

De Bubalio & Tauriano damnatis a prouincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractare curauit.

Innocentius Rufo, Gerontio, Sophronio, Flauiano, Macedonio, Prosdotio & Oristeo episcopis per Macedoniam constitutis.

MORA coepiscoporum nostrorum Maximiani & Eumenii, vel potius importunitas temporum fecit, vt vos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed, vt possum, paucioribus verbis tantorum malorum imitabor compendium, & strictim quæ in volumine literarum vestrarum conspexerim, retractabo. Graue non oportuit videri piissimis mentibus vestris, cuiuscumque retractari iudicium: quia veritas exagitata sæpius, magis splendescit in luce: & pernicies reuocata in iudicium, grauius & sine * pœnitentia condemnatur. Nam fructus diuinus est, iustitiam sæpius recensèri, fratres carissimi. Verum illud video mouisse animos vestros, quod in multis Bubalius sæpe fallaciis deprehensus, obiecerit exemplaria fictarum quasi a nobis literarum, cum pro consuetudine hominis nihil, quod proferret, iam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne iam de tali negotio murmur, & conuicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores literas, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum sententia designata est, vt dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac causa, de cetero repetatis. Hanc autem paginulam nostram solicitius, credentibus sibi episcopis relegendam mittite, vt sciant plenissime, quid sit de Bubalio & Tauriano, ceterisque pronuntiatum, vt seruent, qui digni admonitione sunt, cauere a talibus, ne * talibus socientur.

35.q.9. Graue non.

* illius, qui primo iudicauit, pœnitétia

* talia sortiantur.

EPISTOLA VIII.
INNOCENTII PAPÆ I.

De inuasione parochiæ alterius, vel de terminis minime transferendis.

Innocentius Florentio episcopo Tiburtinensi.

NON semel, sed aliquoties clamat scriptura diuina, transferri non oportere terminos, a patribus constitutos: quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter inuadat: quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Vrsus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam siue Felicientem parochiam, ad suam diœcesim a maioribus pertinentem, inuasisse te, atque illic diuina celebrasse mysteria, inconsulto eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leuiter te culpam incurrisse cognoscas. Vnde si declinare cupis tantæ vsurpationis inuidiam, nostris literis admonitum te conuenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis iustitiæ suffragari, integris omnibus, & in pristino statu manentibus, post dies venerabiles Paschæ adesse debebis, vt memoratis possis intentionibus respondere: partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat, inquiramus.

EPISTOLA IX.
INNOCENTII PAPÆ I.

De eo, cuius de captiuitate reuersa est vxor, vt eam recipiat: altera, quam duxerat, repudiata.

Innocentius Probo.

CONTVRBATIO procellæ Barbaricæ, facultati *legis intulit casum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium & Vrsam, captiuitatis incursus fecerat næuum, nisi sancta religionis statuta prouiderent. Cum enim in captiuitate prædicta Vrsa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fortunius memoratus iniisse cognoscitur. Sed, fauore Domini, reuersa Vrsa nos adiit,

*legum

34. qu. 1. & 2. Cum in captiuitate. Et in Decr. Iuo. lib. 6.

& nullo diffitente, vxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re, domine fili merito illustris, statuimus, fide catholica suffragante, illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum: conuentumque secundæ mulieris, priore superstite, nec diuortio eiecta, nullo pacto posse esse legitimum.

EPISTOLA X.

INNOCENTII PAPÆ I.

Familiariter salutat sanctos Dei sacerdotes, Aurelium Carthaginensem & Augustinum Hipponensem.

Innocentius Aurelio & Augustino episcopis.

ACCEPTISSIMI mihi germani compresbyteri illo recursus vacuus officio vestro esse non debuit. Percaros enim salutare carissimos, naturale quodammodo videtur & consequens. Gaudere igitur in Domino vestram germanitatem, amantissimi, cupimus, & pro nobis paria ad Deum vota rependere precamur: quia (vt bene nostis) communibus & alternis plus agimus orationibus, quam singularibus aut priuatis.

EPISTOLA XI.

INNOCENTII PAPÆ I.

De ratione paschali ad eumdem Aurelium.

Innocentius Aurelio.

CARITATIS nostræ officium nullo interuallo dirimitur, etiam si charta nullos apices ferat. Viuit enim spiritualis gratia alternis in cordibus, & amorem nostrum confouet sacerdotalis ipsa societas. Cur ergo indignum est vnitatem ecclesiæ * custodiri? Idemque omnes pariter & sentiamus & pronuntiemus, frater carissime. Has ergo literas de ratione paschali alterius (dico futuri) anni præscripsi. Nam cum ante diem vndecimum Kalendarum Aprilium pene luna 16. colligatur, (nam quidpiam minus est) itemque cum in ante diem quartum Kalendarum earumdem veniat 23. existimaui 11. Ka-

* custodire.

lendarum memoratarum die, festa paschalia celebranda: quoniam in vigesimatertia luna, nullum Pascha vnquam, ante hoc Pascha, factum esse cognoscimus. Sententiæ meæ expositi atque edixi tenorem. Iam prudentiæ tuæ erit, consors mihi frater, cum vnanimis & consacerdotibus nostris hanc ipsam rem in Synodo religiosissima tractare, vt si nihil dispositioni nostræ resultat, nobis plenissime aperteque rescribas, quo deliberatam paschalem diem, iam literis ante (vt moris est) seruandam, suo tempore præscribamus. Compresbyterum autem Archidamum, quamuis nouerim, quod libentissime ac more suscipias consueto, tamen ex abundanti postulo, vt eum inter tuos habere digneris.

EPISTOLA XII.

INNOCENTII PAPÆ I.

Vt nullus contra ordinationem Canonum fiat episcopus, ad eumdem.

Dilectissimo fratri Aurelio, Innocentius.

QVA indignitate, qua molestia male tractetur ecclesia, præcipueque episcopus, relegam vel audiam, & tua fraternitas bene nouit, & ego idonea tanto dolori verba inuenire non possum, dum facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur. Ecce facta est querela publica, quæ fecit semper vt communis omnibus tremenda sit reuerentia. Sic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaria Christi, respuuntur: sic prætereunter promouentur, quasi nefas sit, ad primatum per ordinem peruenire. Nam cum inuoluti mundanis nexibus, actibus vel moribus, abrupte adsciscuntur ad tanti collegium sacerdotii, & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti, qui præter ordinem irrumpunt potius quam eliguntur. Quam enim miserum est, eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit: eum summum fieri sacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obsecutus fuerit sacerdoti? Relege præfectorum literas, & vide, quæ vel falso, vel pro certo sublimium potestatum annotentur

Dist. 61. Miserum est enim.

scriptis. Perdimus profecto nosipsi, nos inquam, sanctimoniæ reuerentiam, qui, quasi viliſſimum aliquid, ſummos efficimus ſacerdotes, vt iam incipiat, quaſi noxium aliquid publicis interlocutionibus condemnari. Frater cariſſime, hæc velim cuncta, recitanda per omnes Africanas eccleſias, ſcripta dirigas, & iſtis connectas quas adiunximus literas præfectorum, vt conſilium de his quæ inique laudantur, iudiciumque, ſi quid tale probari poterit, fiat, vt præterita mala, ſi doceantur admiſſa, digna ſeueritate coerceantur: & decetero caueatur, ne eccleſiæ ſanctitas, per noſtram fatigata negligentiam, perdat priuilegia quæ eſt per viros venerabiles conſecuta. Deus te incolumem cuſtodiat. Data 4. Nonas Iunii, Iulio quarto & Palladio viris clariſſimis conſulibus.

NOTA.

[a] *Epiſtola.*] Cum magna eſſet penuria clericorum in Africa, vt ſupra diximus, fiebat, quod in Africa ab epiſcopis quibuſdam immeriti ordinarentur. Pontifex his occurrens, apud primatem totius Africæ Aurelium, hac de re merito conqueſtus fuit, eoque facto curam ſuam erga omnes eccleſias oſtendit, cum & erga tranſmarinas eccleſias paſtorali ſolicitudine vigilaret. In alterius conſulum nomine, dum alius quam Theodoſius Palladii collega ponitur, hæc epiſtola emendanda eſt. Baron. ann. 416. num. 30.

Occaſio ſcriptæ epiſtolæ.

Epiſtola hæc mendoſa eſt.

[a] EPISTOLA XIII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD IVLIANAM NOBILEM FEMINAM.

SINGVLARE membrum eccleſiæ, tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & a nobis reuerentiſſime coli, ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis, multo nobiliorem eccleſiæ deuotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione, præceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore iactaris. Summæ virtutis eſt, viciſſe gloriam carnis: & magnæ eſt Chriſti gratiæ, nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia merito illuſtris. Certa igitur exiſtens, dilectiſſima, huius vitæ (quæcumque ſunt) ſpatia æternis diuiniſque officiis illuſtrare contende, vt qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſæcula clariorem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOTA.

Pelagius huic epistolæ scribēdæ occasionem dedit.

[a] *Epistola.*] Occasionem huic epistolæ scribendæ dedit Pelagius, qui vt virus suum disseminaret, viduis & nobilibus blanditus est. Ad Demetriadem scripserat teste Augustino epistolam virulentissimam qua ait: *Spiritales vero diuitias nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda, in his merito ceteris præferenda es, quæ nisi ex te & in te esse possunt.* Hæc Pelagius. Cum itaque Innocentio pontifici vulgata illa Pelagii ad Demetriadem epistola innotuisset, parato antidoto occurrit, effecitque vt sancta familia ab irrepente clanculo hæresiarcha custodita, atque in omnibus illæsa seruata fuerit. Ille docebat: *spiritales diuitias nemo tibi præter te conferre poterit: ex te sunt,* &c. Innocentius vt lupum sub ouina pelle insilientem conficeret, verborum antithesi eum oppugnans ait: *Magnæ est Christi gratiæ nobilitatem moribus superasse.* Et propter hanc fidei doctrinam sanctus Hieron. ad Demetriadem scribens, ait: *Illud te pro caritatis affectu prænonendum puto, vt S. Innocentii, qui apostolicæ cathedræ & supradicti viri successor & filius est, teneas fidem, nec peregrinam (quamuis tibi prudens & callida videaris) doctrinam recipias,* &c. Vide Baron. anno 413. num. 24. & 25.

[a] EPISTOLA XIV.

INNOCENTII PAPÆ I.

De Antiochena ecclesia.

Innocentius Bonifacio presbytero.

ECCLESIA Antiochena, quam priusquam ad vrbem perueniret Romam beatus apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, velut germana ecclesiæ Romanæ diu ab eodem alienam esse non passa est. Nam missis legatis, ita pacem postulauit & meruit, vt & Euagrianos suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione, quam acceperant a Memorato, susciperet: & Ioannis sanctæ memoriæ vel clericos vel laicos in vnum colligeret atque congregaret, * promittens ipsius ciuitatis episcopus, frater meus Alexander, etiam si quis forte vel a nobis, vel aliunde, posterioris ordinationis ad eosdem venerit, se sine controuersia recepturum, ac nomen episcopi Memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noueris tradidisse manus, frater carissime, & eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra, quæ requisierant sanitatem, ab vnitate corporis haberentur aliena. Omnia vero,

* *for.* promittente ipsius ciuitatis episcopo fratre meo Alexandro.

vero, quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus, harum scilicet portitor literarum, dilectioni tuæ poterit enarrare, vt & gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire consueuerunt.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Bonifacius legatione fungebatur apud Theodosium Constantinopoli: eratque Romanæ ecclesiæ presbyter, qui post Innocentium & Zosimum factus est Romanæ ecclesiæ pontifex. Hac epistola illi nuntiat, qua occasione Alexander Antiochenus episcopus in catholicam communionem ecclesiæ receptus fuerit: si nimirum primo ab Euagrio Paulini successore ordinatos ipse cum ordinibus & honoribus reciperet: ac præterea nomen Ioannis episcopi Constantinopolitani, e tabulis sacris expunctum cum honore, vt par erat, restitueret. De quibus plura sequente epist. 17. Baron. anno 408. num. 33. & 34.

Bonifacius quis?

Qua conditione Alexander Antiochenus episcopus ecclesiæ cõmunioni restitutus sit?

EPISTOLA XV.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD ALEXANDRVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

De pace.

Innocentius Alexandro episcopo.

QVAM grata mihi, quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater carissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ conscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene sentit, ecclesiam. Nosque, vt facitis, & alloquamini (peto) crebrius literis, & frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim, vt confido, Dominus, totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo literarum colloquio recompensare.

EPISTOLA XVI.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD MAXIMIANVM.

De Attico episcopo Constantinopolitano.

Innocentius Maximiano episcopo.

MIRAMVR, prudentiam tuam scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ vrbis a nobis, & prosecutione propria, & dato libello, qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas vllas saltem epistolas ad nos, vel ad vestram Synodum vtique pertulisti. Idque non petenti tribuendum existimes, quod vides deprecantibus, discussa ratione, concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, iam esse detersas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (vt prædixi) Atticus, missis aliquibus suorum, vel dicere voluit vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochenæ ecclesiæ frater & coepiscopus noster Alexander, digna legatione & prosecutus est, & probauit. Quibus omnibus vtique interesse dignatus, cognouisti, quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum antehac de causa beatissimi Ioannis quondam episcopi nostri discusserim, vt quæ illi in omnibus satis euidenter ostenderint, vniuersa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, vtique fidem fecimus, & magno tramite omnibus eamdem postulaturis ostendimus, si modo quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complesse, aliquando monstrauerint, communionemque, vt isti, legatione solenniter destinata, sibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergo & professionem Memorati de completis omnibus conditionibus, quas diuersis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, vt recte & petenti, & probanti se eamdem mereri, reddamus, frater carissime. Nam de omnibus pleniſſimas ad sanctam nostrorum fratrum Synodum dudum literas percepisti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOTA.

[a] *Epistola ad Maximianum de Attico.*] Cum Maximianus episcopus Macedoniæ, is ad quem inter alios S. Chrysostomus exulans perscripsit, cuiusve alibi in epistolis suis Innocentius honeste meminit, vir pacis & concordiæ studiosissimus, apud Innocentium papam literis egisset, vt communicatorias literas Attico Constantinopolitano episcopo daret: redditis ad eum his literis significat, se non prius id facturum, quam Atticus cum Theophilo Alexandrino, Ioannem Chrysostomum viuentem & defunctum hostili odio prosecutus, nomen sanctissimi confessoris in catalogum episcoporum Constantinopolitanæ ecclesiæ retulisset, adeoque easdem conditiones adimplesset, quas Alexander Antiochenus episcopus implere iussus erat. Ex quibus intelligis, lector, Romanum pontificem non solere eos, qui vel communione suspensi sunt, vel omnino excommunicati, ad communionem ecclesiæ recipere, nisi emendatis ante erroribus illis, quorum causa communione interdici meruerant. Baron. ann. 408. num. 40. & 41.

Maximianus episcopus Macedoniæ.

Argumentum epistolæ.

[a] EPISTOLA XVII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD ALEXANDRVM ANTIOCHENVM Episcopum.

Alexandrum commendat, quod omnes ad ecclesiæ vnitatem reduxerit. Helpidium & Pappum suas recuperasse ecclesias lætatur, summaque animi alacritate ecclesiam Antiochenam ad apostolicam communionem recipit.

APOSTOLICI fauoris gratia, magno pacis vsque ad nos decore resplenduit: tantumque lucis gaudiorumque infulsit fidelibus, vt dicentes Deo maximas laudes, maiores debere nos fateamur. Plusque a Deo iucundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognouimus, vt in omnibus Dominum laudaremus: successumque ipsum ideo præstitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute, pacis amator existens, eam requisitam inueneris, & repertam summa caritate tenueris, cum erga omnes, tum præcipue circa illos, qui quondam Paulini atque Euagrii episcoporum censiti fuerant nomine, * habeam summam votorum meorum, quod antiqui næui purgatio, tuis temporibus tuisque meritis prorogatur. Quo-

* *for.* habeo

rum etiam illos eiusdem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperant, censui bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum * duxit tuæ fore dignationi, si meo consilio in ciuitate vestra clericatus ordinem ducere censerentur, statui propter beneuolentiam tuam, promissaque Memorati, vt inter ceteros sacerdotes ministrosque qui in ciuitate sunt, annumerentur, frater carissime. Libenter præterea de episcopis Helpidio atque * Papo cognoui, quod sine quæstione suas ecclesias recuperauerint, & multum in gestis (vt subscripta testantur) solicitus inquisiui, vtrum omnibus esset conditionibus satisfactum in causa beati & vere Deo digni sacerdotis Ioannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens Domino, communionem ecclesiæ vestræ ita recepi, vt præ me feram, apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse ceteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, vt nullo de cetero titillamento, vel leui cuiusquam contentionis pudore pulsetur. Scripta autem * Attici episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus, ne per vestram iniuriam ille, qui olim a nobis suspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen satis abunde quæ in actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in eius persona debeat custodiri, vt si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogauerit esse communem, præstetur * seni fauore vestro nostroque iudicio, communionis atque literarum a nobis gratia prorogata. Subscripserunt episcopi * Italiæ 24.

* dixit

* Pappo

* Acacii

* sane

* 20. Italiæ.

NOTA.

Alexander Antiochenus schisma eiusdem ecclesiæ sustulit, & nomen sancti Chrysostomi in sacras tabulas retulit.

[a] *Epistola ad Alexandrum.*] Alexander post Porphyrium illum scelestum Flauiani in Antiochena sede successorem, anno Christi 408. defunctum, communi omnium consensu episcopus Antiochenus eligitur: postulatam Romanæ ecclesiæ communionem impetrauit sub duabus conditionibus: quarum altera est, si Antiochenam ecclesiam a tempore Iuliani apostatæ huc vsque per 46. annos schismate diuisam, vno vinculo communicationis in vnum coniungeret, eosque qui ab Euagrio Paulini successore ordinati erant, cum ordinibus & honoribus reciperet: altera est, si nomen Ioannis episcopi Constantinopolitani a Porphyrio Flauiani successore e sacris tabulis expunctum, cum honore, vt par erat, restitueret, idque ex

epistola ad Bonifacium scripta euidentius constat. Cum itaque hoc tempore Alexander episcopus prædictas conditiones adimplesset, idque per literas Innocentio pontifici significasset, Innocentius hanc ob rem plurimum gauisus, has literas gratulatorias eidem rescripsit. Baron. ann. 408. num. 35. & præcedentibus quibusdam.

EPISTOLA XVIII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD ALEXANDRVM EPISCOPVM.

I. *Quod prima sedes beati Petri apud Antiochiam esse memoretur.*
II. *Quod non oportet secundum constituta imperatorum, duos esse metropolitanos episcopos.*
III. *Quod Arianorum clerici non sunt recipiendi in suis officiis, quamuis eorum baptismum, qui catholicus constat, confirmet ecclesia.*

Innocentius Alexandro episcopo.

I.

ET onus & honor nobis a tua fraternitate impositus, necessarii tractatus causas induxit, quo literis vel commonitorio vestro, vt dat sancti Spiritus gratia, respondere possimus. Reuoluentes itaque auctoritatem Nicænæ Synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem sacerdotum, quæ censuit de Antiochena ecclesia, cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super diœcesim suam prædictam ecclesiam, non super aliquam prouinciam, recognoscimus constitutam. Vnde aduertimus, non tam pro ciuitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod prima primi apostoli sedes esse monstretur, vbi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conuentum apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæ- Act. 11.
que vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet? Itaque arbitramur, frater carissime, vt sicut metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic & ceteros, non sine permissu conscientiaque tua, sinas episcopos procreari. In quibus hunc modum recte seruabis, vt longe positos, literis datis, ordinari censeas ab his qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas peruenire.

Quorum enim te maxima expectat cura, præcipue tuum debent mereri iudicium.

II.

Nam quod sciscitaris, vtrum diuisis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari: non vere visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresque aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator. Ergo secundum pristinum prouinciarum morem, metropolitanos episcopos conuenit nominari. Cyprios sane asseris, olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos Canones in ordinandis sibi episcopis, & vsque adhuc habere præsumptum, vt suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, vt curent, iuxta Canonum fidem, fidem catholicam sapere, atque vnum cum ceteris sentire prouinciis, vt appareat sancti Spiritus gratia ipsos quoque, vt omnes ecclesias, gubernari.

Nic. Conc. Can. 4. & 9.

III.

Arianos præterea, ceteraque huiusmodi pestes, quia eorum laicos conuersos ad Dominum, sub imagine pœnitentiæ ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur, clericos eorum cum sacerdotii aut ministerii cuiuspiam suscipi debere dignitate: quoniam quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod vtique in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate illisque mysteriis arbitramur: quoniam cum a catholica fide eorum auctores descisserent, perfectionem spiritus quam acceperant, amiserunt. Nec dare eius plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quam per fidem, dixerim, perdiderunt. Quomodo fieri potest, vt eorum profanos sacerdotes, dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, vt dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Grauitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel per Synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat peruenire, vt ea quæ

1. q. 1. Arianos præterea ceteros.

1. q. Qui perfectionem.

ipse tam necessario percontatus es, & nos tam elimate respondimus, communi omnium consensu studioque seruentur.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Ex hac epistola hæretici nostri temporis calumniantur Innocentium, quasi docuerit valorem & efficaciam baptismi, aliorumve sacramentorum, a bonitate ministri dependere: ideo quod infra dicat, ratum quidem esse Arianorum baptismum, sed non conferri per eos Spiritum sanctum: quia se ab ecclesia separauerunt. Verum suo modo nugantur. Innocentius enim eo loco de hæreticis loquitur, qui a ministris eadem hæresi pollutis baptizantur vel ordinantur. Qui licet vere sacramentum baptismi vel ordinationis recipiant, non tamen recipiunt gratiam Spiritus sancti, quæ in hæreticis esse nequit. Et in ordinatione ab hæreticis ordinati non modo gratiam non recipiunt, sed neque ius legitime exercendi ordines consequuntur. Nam id ius ordinator per hæresim perdidit, nec tribuere potuit, quod ipse non habet. Ita Glossa 1. q. 1. Can. Arianos. Bellarm. lib. 4. de Roman. pont. cap. 10. Hæreticorum calumnia diruitur.

EPISTOLA XIX.

INNOCENTII PAPÆ I.

[a] AD ACACIVM BEROEÆ EPISCOPVM.

De sancto Ioanne Chrysostomo Constantinopolitano episcopo.

ADGAVDERE literis fraternitatem tuam de receptis Paulini vel Euagrii episcoporum clericis populisque, & de restitutis Helpidio atque * Papo coepiscopis percensuimus, & vel sero receptæ pacis gratiam te fouere, postposita omni contentione, peruidimus. Vnde has ad præstantissimum fratrem & coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus vnanimitati, videlicet vt si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio, tam de nomine sancti Ioannis mirandi episcopi, quam de omnibus eiusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias literas, frater carissime: modo, vt omnia quæ * his actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum ore proprio, vt communicantem conuenit, fatearis. Vt enim nobis hæc vnanimitatis caritatisque causa venerabilis est, sic inhæret solicita, ne quid obliquum aut succisiuum in quoquam residere cognoscat.

* Pappo

* hic, al. de his

NOTA.

Acacius Beroœnsis episcopus.

[a] *Ad Acacium.*] Hic est ille Acacius Beroœensis episcopus, de sancto Chrysostomo pessime meritus; qui quod deinceps Innocentio in omnibus paruisset, apud Atticum Constantinopolitanũ, nomen Chrysostomi ann. 412. in diptycha referri impetrasset, post obitum Theophili in catholicæ ecclesiæ communionem sæpe expetitam recipi promeruit. Sed infelix, oborta postea hæresi Nestoriana, aduersus Cyrillum & alios orthodoxos fortiter dimicans, labem abolitam, quam ex persecutione in Ioannem agitata fœde contraxerat, duplo auxit. Baron. ann. prædicto num. 37. & 38.

EPISTOLA XX.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD LAVRENTIVM EPISCOPVM SENIENSEM.

Photini hæresis sectatores omni diligentia expelli præcipit.

Innocentius Laurentio episcopo Senensi.

DIV mirati sumus, dilectionis tuæ literis lectis, hæreticos Photini venena sectantes, in territorio dilectionis tuæ non solum esse, sed & publice sibi conuenticula in aliquorum possessionibus præparare, cum de toto pene orbe nusquam tam multi, quam apud vos, delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ auctor Marcus, dudum de vrbe pulsus, temeritatis tantæ ductus est audacia, vt primum sibi inter eos vendicet locum. Sed ne vlterius debacchandi habeant facultatem, & animas simplicium ac rusticanorum secum in gehennam, cui destinati sunt, trahant, actum est aduersus eos a defensoribus ecclesiæ nostræ, quod eos possint expellere, vt qui Christum Deum ex patris substantia ante sæcula negant genitum, hi cum Iudæis, qui eius deitatem negauerunt, & nunc vsque negant, participium habeant damnationis. Tuum est, frater carissime, quæ præcepta sunt, non segnius agere, ne plebem tibi creditam dissimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

EPI-

EPISTOLA XXI.
INNOCENTII PAPÆ I.

* NAXITANVM. AD MARTIANVM EPISCOPVM * NARESITANVM.

De suscipiendis clericis, quos Bonosus, antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur.

* Naxitano. *Innocentius Martiano episcopo * Naresitano.*

SVPERIORI tempore, si tamen recte recordor, memini me tam ad dilectionem tuam quam ad fratres & coepiscopos nostros, Rufum & ceteros huiusmodi, literas de clericis * Naresiensibus transmisisse, his videlicet, qui se ante damnationem Bonosi asserebant, ab eodem tam presbyteros quam diaconos ordinatos, vt si relicto atque damnato eius errore, vellent ecclesiæ copulari, libenter reciperentur: ne forte qui essent digni recuperandæ salutis, in eodem errore deperirent. Verum nunc in Rauennati vrbe mihi constituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, * Germanio, qui asserit se esse presbyterum, atque * Lupentinus, qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa, dolores proprios exprimere gestiuerunt, se quidem ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parochiis retinere, sed tuam communionem non potuisse se mereri, ea videlicet ratione, quia Rusticius quidam nomine, iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non leui impedimento fit, dum aut illi dolent huiusmodi hominem in ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quamuis de eadem re plenius literæ meæ contineant, quas superius memoraui, tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, vt si vere constat, aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse vel nunc velle reuerti, eos recipiendos esse censemus, maxime cum memorati asserant, se intantum anteriori tempore ordinatos, vt sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Sirmiensis vrbis, nec non & fratrem nostrum Nicetam, aliosque nonnullos fuisse præsentes cum honoribus, quos se habere commemorant, faterentur.

* Naxensibus

* Germanius, *al.* Germanus,

* Lupentius.

Vnde (frater cariſſime) ſi eorum aſſertio fidem recipit veri, ſuſcipiendos eſſe ambigere non debes, quos tamdiu eccleſias ſibi creditas paſſus es retinere.

EPISTOLA XXII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD EPISCOPOS MACEDONIÆ.

I. *Vt ſi ſacerdos, vel quilibet ex clero, viduam vxorem duxerit, vel eiectam, ſuum perdat officium.*

II. *Vt ſi quis catechumenus habuerit vxorem, & defuncta ea poſt baptiſmum acceperit alteram, clericus eſſe non poſſit.*

III. *Quod non admittantur clerici ab hæreticis ordinati.*

IV. *Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri.*

V. *Quod hi qui a Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret eccleſiæ.*

VI. *Quod in eccleſia peccatum populi multum ſoleat remanere.*

VII. *Quod ſurreptum fuerit apoſtolicæ ſedi, & ſuam in melius ſententiam commutarit, quando damnationem Photini reſcidit.*

Innocentius Rufo, Euſebio, Euſtathio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerontio, Ioanni, Polychronio, Sophronio, Flauiano, Hilario, Macedonio, Calicrati, Zoſimo, Profuto, Nicetæ, Hermogeni, Vincentio, Aſiologo, Terentiano, Herodiano, & Martiano, & ceteris epiſcopis Macedonibus, & diaconibus, in Domino ſalutem.

MAGNA me gratulatio habuit, cum poſt tot diſcrimina totius (vt ita dixerim) mundi, Vitalis archidiaconus veſtrarum portitor literarum, ex illis partibus ad nos vſque directus aduenit. Quem cum vidiſſemus, illico (vt oportebat) percontati de veſtro ſtatu ſumus. Verum vbi reperimus, vos ex ſententia degere, Domino Deo noſtro vberes gratias retulimus, quod vos famulos ſuos, ſuiſque altaribus ſeruientes, & in aduerſis tuetur, & in proſperis gubernare dignatur. Qui cum tradidiſſet epiſtolas, eas præcepi illico recenſeri, in quibus multa poſita eſſe peruidi, quæ ſtuporem mentibus noſtris inducerent, facerentque nos non modicum dubitare, vtrum aliter putaremus, an ita illa eſſent poſita, quemadmodum perſonabant. Quæ cum ſæpius repeti feciſſem, aduerti, ſedi apoſtolicæ, ad quam relatio, quaſi ad caput eccleſiarum, miſſa cur-

rebat, aliquam fieri iniuriam, cuius adhuc in ambiguum sententia duceretur. Vnde, de quibus iamdudum scripsisse me memini, nunc iterare formam argumentis euidentioribus relationis vestræ geminata percontatio cōpellit.

I.

Eos qui viduas accepisse suggeruntur vxores, non solum clericos effectos agnoui, verum etiam vsque ad infulas summi sacerdotii peruenisse: quod contra legis esse præcepta, nullus ignorat. [b] Nam cum Moses legislator clamitet: *Sacerdos vxorem virginem accipiat:* ac ne in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum, addidit: *Non viduam, neque eiectam*: contra quod præceptum, diuina auctoritate subnixum, nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra. Quæ (vt ipsi fatemini) ex ignorantia, & vt verecundius dicam, non ex apostolica traditione & ratione integra constituta est. Nos autem, omnesque per orientem occidentemque ecclesias, nouerit vestra dilectio, hæc penitus non admittere, nec ad vltimum ecclesiastici ordinis locum tales assumere, & si reperti fuerint, submouere. *Leuit. 21.*

II.

Deinde ponitur, non dici oportere bigamum, eum qui catechumenus habuerit atque amiserit vxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ nouo homini copulata sit: quia illud coniugium, per baptismi sacramentum, cum ceteris criminibus sit ablutum. Quod cum de vna vtique dicitur, certe si tres habuerit, in vetere positus homine, vxores, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima: virginis æque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videat contra apostoli esse præceptum, qui ait: *Vnius vxoris virum oportere fieri sacerdotem?* Sed obiicitur, quod in baptismo totum, quidquid in vetere homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi, cum pace vestra loquor, crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa quæ secundum legis præcepta ac Dei instituta complentur? Vxorem ducere, crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa, qui vt crimina committerent, in paradiso, cum ipse eos iungeret, benedixit. Si vero non est crimen, quia quod *Dist. 26. Deinde opponit non.* *1. Tim. 3. Tit. 1.*

Deus iunxit, nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit: *Etenim a Deo præparatur viro vxor*: quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortio, quia ex ea susceptí sunt, quæ ante baptismum fuit vxor? Eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismum assumitur. Ipse Dominus cum interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: *Quod ergo Deus iunxit, homo non separet*. Ac ne de his locutus esse credatur, qui post baptismum sortiuntur, meminerint hoc & a Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quæro, & solicitus quæro, si vna eademque sit vxor eius, qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esset catechumenus, susceperit, ac postea alios, cum fidelis: vtrum sint appellandi fratres, an non habeant postea, defuncto patre, erciscundæ hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire atque iudicare absurdum est, quæ (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit? Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit; quæro, si hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium, orationibus atque eleemosynis vacantem, per reuelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse. Numquid per baptismum hæc illi * ablata sunt, propter quæ baptismus ei videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene gestum fuerit, & secundum legis præcepta custoditum, non potest agenti deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum. Et quod peccatum non est, solui inter peccata, credi omnino non debet.

Prou. 19.

28. quæst. 1. Numquid non erunt. & in Decr. Iuo. lib. 6.

Matth. 19.

Act. 10.

* ablata

Eritque integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen vxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

III.

Ventum est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorem exigit disputationem. Cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impositionem habere caput, vbi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, vt possit recipere sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta, sine cicatrice esse non poterit: atque vbi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. *Nam si* (vt legitur) *quod tetigerit immundus, immundum erit:* quomodo id ei tribuetur, quod munditia ac puritas consueuit accipere? Sed econtrario asseritur, eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse: nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est. Certe qui quod non habuit dare non potuit, damnationem vtique, quam habuit, per prauam manus impositionem dedit: & qui particeps effectus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, inuenire non possum.

1. quæst. 1. Ventum est ad tertiam.

Num. 19.

1. quæst. 1. Qui perfectionem sancti.

1. quæst. 1. Arianos præterea.

IV.

At dicitur vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioso fuerat iniectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. Nullus sit pœnitentiæ locus, quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consueuit. Nostræ vero lex est ecclesiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sint, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem, in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

1. quæst. 1. Ventum est ad tertiam.

1. quæst. 1. Homini qui simul. Cum ergo de.

V.

At vero hi qui a catholica fide ad hæresim transierunt, quos non aliter oportet nisi per pœnitentiam suscipi, apud vos non solum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur. Sed Anisii quondam fratris nostri, aliorumque consacerdotum summa deliberatio hæc fuit, vt

1. quæst. 1. Quod pro necessitate.

quos [c] Bonosus ordinauerat, ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre scandalum, ordinati reciperentur.

1. quæst. 1. Quod pro necessitate. Vicimus (vt opinor) ambigua. Iam ergo, quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse: ac fuisse regulas veteres, quas ab apostolis vel apostolicis viris traditas ecclesia Romana custodit, custodiendasq; mandat his qui eam audire consueuerunt. Sed

2. quæst. 1. Quod pro necessitate. necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio inuenit, cessante necessitate, debet vtique cessare pariter quod vrgebat: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Sed Canones apud Nicæam constituti, de Nouatianis fieri permiserunt. Prius ille Canon, a patribus institutus, ponendus est, vt possimus aduertere, vel

Can. 8. Nicænæ Synodi. quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit vel præceptum. De his, inquit, qui nominant seipsos catharos, id est, mundos, & aliquando veniunt ad catholicam ecclesiam, placuit sanctæ & magnæ Synodo, vt accepta manus impositione, sic maneant in clero. Possum vero dicere, de solis hoc Nouatianis esse præceptum, nec ad aliarum hæresum clericos pertinere. Nam si vtique de omnibus ita definirent, addidissent, a Nouatianis, aliisque hæreticis reuertentes, debere in suum ordinem recipi. Quod ita esse, etiam illud maxime, quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmare, a quibus venientes, etiam baptizari præcipiunt. Numquidnam, cum de Paulianistis iubent, omnes qui ab hæreticis reuertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse præceptum, ratio ipsa demonstrat. Denique,

Act. 9. baptizatos rite ab euangelista Philippo, Petrus & Ioannes sola manus impositione consummant. Illos vero, quos

Act. 19. apostolus Paulus Ioannis baptismate baptizatos reperit, interrogauitque an Spiritum sanctum accepissent, fatentibus se, ne illud quidem nomen audisse; iussit eos baptizari. Videtis ergo, rite baptizatos, illo dono iterari non posse: & aliter, sola aqua lotos, baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, necessarium peruideri. Ita & de Nouatianis tantum iussum esse, lucida manifestatione perlegitur. Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus hæresibus, ratio manifesta declarat: quia Paulianistæ

1. q. 1. Paulianistæ in nomine.

in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti minime baptizabant: & Nouatiani iisdem tremendis venerandisque nominibus baptizant: nec apud istos de vnitate potestatis diuinæ, hoc est, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quæstio aliquando mota est: & ideo omnibus segregatis, hæc sola electa est, cui istud crederent concedendum, quia nihil in Patris & Filii & Spiritus sancti sacramento peccarent. Si quis vero de catholica ad hæresim transiens, aut fidelis, ab apostasia reuertēs, & resipiscens redire voluerit; numquid eadem ratione poterit ad clerum admitti, cuius commissum non, nisi longa pœnitentia, poterit aboleri? nec post pœnitentiam clericum fieri ipsi Canones sua auctoritate permittunt. Vnde constat, qui de catholica ad Bonosum transierunt damnatum, atque se passi sunt, aut cupierunt, ab eodem ordinari; non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui commune omnium ecclesiarum iudicium deserentes, suam peculiariter in Bonoso vanitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos constat vim passos, atque inuitos, attractos, repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit: si non post ordinationem Bonosi interfuit, cum conficeret sacramenta, si communioni eius participatus non est, si statim discedens de eius pessimo Conciliabulo, ad ecclesiam rediit, iste talis potest habere excusationis aliquem colorem. Ceterum alii qui vel post annum vel mensem ad ecclesiam redierunt, intelligimus eos qui in catholica nouerant se, propter vitia sua, non posse suscipere ordinationem, idcirco ad illum perrexisse, qui passim & sine vlla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem, in ecclesia catholica inuenire locum, de quo antea desperauerant. Nunc illud quod superest, interrogo: qui post mensem aut eo amplius rediit, cum se presbyterum a Bonoso confideret ordinatum, si non sacramenta confecit, si non populis distribuit, si non Missas secundum consuetudinem compleuit, quid de his censeatis, quæso, promatis apertius. Ad summam certe, qui nihil a Bonoso acceperunt, rei sunt vsurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacramentorum sibi vendicauerunt auctoritatem, atque id se putauerunt esse,

1. q. 1. Constat multos vim.

quod de his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.

VI.

1. quæſt. 7. Quoties a populis.

Peruideat ergo dilectio veſtra, hactenus talia tranſiſſe, & aduertite, quod (vt dicitis) neceſſitas imperauit in pace iam eccleſias conſtitutas, non poſſe præſumere: ſed vt ſæpe accidit, quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſolet tranſire, priora dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima ſolicitudine præcauendum.

VII.

35. q. 9. Veniam nunc ad maximum.

Veniam nunc ad maximum quaſi quoddam thema Photinum, & quod mihi anxium eſt ac difficillimum, maiorum meorum reuoluam ſententias. Fuerat de illo quoquo pacto (vt etiam ipſi commeminiſtis) aliquid vtique grauius conſtitutum. Verum quoniam id per rumorem falſum, vt aſſeritis, ſubreptum huic ſedi & elicitum per inſidias demonſtratis, quia res ad ſalutem rediit, veniam nos hanc intantum, vobis annitentibus, poſt condemnationem more apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris aſſertionibus, vobiſque tam bonis, tam caris non dare conſenſum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione, fratres cariſſimi, & ſententia ac poſtulatione, epiſcopum Photinum habetote licitum ita conſtituere, vt deprecamini, & noſtram in melius conuerſam ſententiam, labore vel teſtimonio veſtro, compotes voti ſuſcipite, atque Euſtathium, a me ſæpiſſime comprobatum, nolite expectare, vt diaconii gratia expolietur. Solicitos enim vos pro ſalute, libenter audio: contra caput etiam ſi faciendum ſit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiſcum porrigo: cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios apoſtolica eſt declarata benignitas, vt in vno ſpiritu ductam ac reductam ſententiam, boni ſemper indifferenter ſequantur. Nam fateor, hæc me primum res bene habet erga Euſtathium diaconum, quod nec contra fidem vnquam quidquam locutus ſit, nec loquentem admiſerit, nec ad mortem crimen aliquod commiſiſſe, vel iactatum vnquam vel fictum de eo recognouerim. Et qui in his ſaluus eſt, ſi quo pacto conuerſationes amabiles non habet,

haben-

habendus est, vt minus pro tempore dilectus, non vt inimicus existimatus, diabolo in perpetuum mancipandus. Cognosco illum, inter illas simultates ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diuersa sensisse, & hinc cum res ac calamitates ipsæ emendatæ sint, adhuc Dizoniani & Cyriaci subdiaconorum non potuisse apud vos commendationem reuiuiscere. Compescite, quæso, ab illo prædictisque, quorumcumque videtis animos ac non iustas æmulationes, vt ipse apud nos integer, apud vos, cum suis reparatus, mereatur pacem, non fictam perudens caritatem. Omnibus igitur vobis ac singulatim occurrat caritas, & vinculis, quæ nullis modis a Christo soluuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexa, lætetur in Domino. Datum Idibus Decembris, Constantio viro clarissimo consule.

NOTÆ.

Locus epistolæ explicatur.

[a] *Epistola ad episcopos.*] Hæc est illa epistola quam Innocentius reddidit ad Synodum Macedoniæ prouincialem, ex qua pro confirmatione rerum gestarum, missa est legatio ad Innocentium papam, per Vitalem archidiaconum. De qua Synodo infra.

[b] *Nam cum Moses legislator clamet.*] His verbis non vult dicere Innocentius nos legibus Iudaicis teneri, sed vult argumentari a simili, vel potius a minori ad maius, hoc modo: Tenebantur sacerdotes veteris testamenti, non ducere vxorem viduam: ergo multo magis conuenit, vt in sacerdotibus nouæ legis ecclesia requirat, ne propter excellentiam sacerdotii Christiani, viduarum mariti fuerint. Bellarm. lib. 4. de Romanis pont. cap. 10.

[c] *Bonosus ordinauerat.*] De Bonoso eiusque hæresi vide notas Concil. Capuani supra.

[a] EPISTOLA XXIII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD SYNODVM IN TOLETANA CIVITATE constitutam.

I. *De Hispanorum reprehensione, qui inordinate constituũt clericos.*
II. *Vt causidici, vel curiales, vel sæculari militiæ dediti, ad clerum non admittantur.*
III. *Vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.*
IV. *De commemoratione Nicæni Concilii, in quo supradicta prohibentur.*
V. *Quales eligendi sunt in ordine clericorum.*
VI. *De eo qui ante baptismum vxorem habuit, & post baptismum etiam, vt clericus non fiat.*

Innocentius vniuersis episcopis in Toletana Synodo constitutis, dulcissimis fratribus, in Domino salutem.

I.

SÆPE me & nimium cum teneret cura solicitum, super dissensionis schismate ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius in dies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ consuetudinis vitio, Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbationes quamplurimas ecclesiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, vt propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

II.

Dist. 51. Aliquantos ex.

Quantos enim ex eis, qui post acceptam baptismi gratiam, in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse comperimus; e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur? Quantos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt, seuera necessario præcepta sunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt? Quantos, qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii peruenisse: quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum, oportuerat peruenisse? Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispanienſibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi, saltem nunc, finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinationibus suis deponantur.

III.

Post hæc, si quis aduersus formas Canonum, vel ad ec-

cleſiaſticum ordinem, vel ad ipſum ſacerdotium venire tentauerit, vna cum ordinatoribus ſuis, ipſo in quo inuenti fuerint ordine & honore priuentur. Et quamuis dilectioni veſtræ, fratres cariſſimi, regulæ Nicænæ ſint cognitæ, ſecundum quas ordines eſſe faciendos per ſententiam decernitis: tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus eſt prouiſa, inſerendam putaui, vt ſecundum eam ordinationes in poſterum celebrandas eſſe ſciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum, quæ ſunt prohibita, digerantur.

IV.

Ne quiſpiam, qui poſt baptiſmum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui cauſas poſt acceptum baptiſmum egerint, aut qui poſt acceptã Dei gratiam adminiſtrauerint, neque de curialibus aliquem ad eccleſiaſticum ordinem venire poſſe, qui poſt baptiſmum vel coronati fuerint, vel ſacerdotium (quod dicitur) ſuſtinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de curialibus eſt cauendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a ſuis curiis, quod frequenter videmus accidere, poſcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus cuſtodiri.

Nicænæ Synodi Can. 11. vel 12. Et in epiſt. Innocentii ad Victricium Rothomagenſem, cap. 11.

V.

Quales vero eligendi ſunt in ordine clericorum, euidens forma declarat, id eſt, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio ſociati, vel ſi maiores ſunt, cum fuerint Dei gratiam conſecuti, ſtatim ſe eccleſiaſticis ordinibus mancipauerint. Et ſi vxores habuerint, quærendum, ſi vxorem virginem habuerint: quia ſcriptum eſt in veteri teſtamento: *Vxorem virginem accipiat ſacerdos.* Et alibi: *Sacerdotes mei ſemel nubant.* Neque qui duas vxores habuerit, quia Paulus apoſtolus ait: *Vnius vxoris virum.*

Supra in Decr. Siricii ad Humerium Tarraconenſ. cap. 9.

Leuit. 21.

1. *Tim.* 3. *Tit.* 1.

VI.

Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defenſione praui erroris opponunt & aſſerunt, quod ante baptiſmum omnia dimittuntur, non intelligentes huiuſmodi, quod ſola in baptiſmo peccata dimittuntur, non vxorum numerus aboletur. Nam ſi *a Deo*, vt ſcriptum eſt, *præparatur viro vxor*, & *quod Deus iunxit, homo non ſeparet*, & ipſi auctores generis humani in origine a Deo bene-

Supra in epiſt. Innocentii ad Rufum & Euſebium &c. cap. 2.

Prou. 19.

Matth. 19.

dicuntur; quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti? Quod si secundum illos, qui ita credunt, verum est: ergo omnis iustitia, quæ a catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum aufertur. Nullus ergo contra apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat, vnius vxoris virum, siue ante baptisma esse nominatum, siue post baptismum. Si enim vxor ante baptismum accepta, non ducitur in numerum; nec filii ex eadem suscepti, inter filios poterunt nominari. Quod quam absurdum sit atque alienum, prudentia vestra melius æstimabit. Vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit, nedum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, ex eo rupisse legem & regulas euertisse iudicentur: sed ea tenenda sunt, quæ diuinarum scripturarum series continet, & a sacerdotibus vtili ratione sunt constituta. Bene valeatis, fratres carissimi.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Hæc est illa Innocentii epistola, quam de factis perperam ordinationibus in Hispania ad Synodum Toletanam scripsit. Ad primum Toletanum Concilium sub Anastasio celebratum referri non posse, ibidem ostendimus. Lector ea consulat quæ in notis eiusdem Concilii Toletani primi diximus.

ADMONITIO AD LECTOREM de sequenti epistola.

Sequentis epistolæ pars iam antea edita fuit titulo Innocentii ad episcopos Synodi Toletanæ. In veteribus autem libris, non Toletanæ scriptum est, sed Tolosanæ: atque hoc etiam modo citari hæc epistola solet in antiquis collectionibus. Qua de re etsi ambigi non iniuria possit, merito tamen illam, cum mutila præsertim hactenus fuerit, integram hoc loco reponendam esse censuimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EADEM EPISTOLA XXIII.
INNOCENTII PAPÆ I.
AD EPISCOPOS SYNODI TOLOSANÆ,

Ex restitutione Iacobi Sirmondi societatis Iesu.

De dissensione, corruptaque disciplina ecclesiarum Hispaniæ.

I. *Quod episcopi nonnulli ab aliis ob receptos ab hæresi conuersos perperam dissideant.*
II. *De episcopis a Rufino & Minicio in alienis ecclesiis contra Canones ordinatis.*
III. *Vt Ioannis episcopi causa examinetur, aliorumque qui communionis consortium refugiebãt.*
IV. *De vitiosis multorum ordinationibus, ita dissimulari quæ hactenus vsurpata sunt, vt in posterum prohibeantur.*
V. *Vt Gregorii Emeritensis episcopi querela discutiatur.*
VI. *Quosnam ad clericatus ordinem admittere liceat: qualesque eligendi sint. Et quod bigamum faciat etiam illa quæ ante baptismum vxor fuit.*

Innocentius vniuersis episcopis in Tolosana Synodo constitutis, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

SÆPE me & nimia cum teneret cura solicitum super dissensione & schismate ecclesiarum, quod per Hispanias latius in dies serpere, & citatiore gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non posset emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam fratres nostri coepiscopus Hilarius & Elpidius presbyter, partim vnitatis amore permoti, partim qua laborat prouincia pernicie, vt oportuit, excitati, ad sedem apostolicam commearunt, & in ipso sinu fidei violatam intra prouinciam pacem, disciplinæ rationem esse confusam, & multa contra Canones patrum, contempto ordine, regulisque neglectis, in vsurpatione ecclesiarum fuisse commissa, nec concordiam, in qua fidei nostræ stabilitas tota consistit, posse retineri, cum dolore & gemitu prosecuti sunt: quæ in confessu presbyterii actorum confectione retinentur, & possunt vobis lectione monstrari.

I.

Iam primum, quod ad ipsam fidem attinet, quod Bæ-

tici vel Carthaginenſes epiſcopi propter Galliciorum communionem a pace omnium diſſederunt, orta diſſenſio eſt : quæ non ſolum non minuitur, verum etiam per dies ſingulos ſtudio contentionis augetur, cum obtinendi propoſito vnuſquiſque quod voluit, æternum orbem mali, & circulum quemdam de tali animoſitate fecerunt, cum vtique bono cuique in rebus talibus vinci melius ſit, quam malo more prauum propoſitum quod ſemel placuit obtinere. Nam quæ alia cauſa & ſuperioribus temporibus illius Luciferi præter pertinaciam fuit, quæ eum retraxit a concordia illorum, qui Arianorum hæreſim prudenti conuerſione damnauerant? Eodem ſtudio poſt Priſcilliani deteſtabilem ſectam omnium merito deteſtatione damnatam, receptos in catholicam fidem eos qui conſilio ſaniore conuerſi ſunt, ægerrime aliquos tuliſſe cognouimus. quibus factum vtile, & ipſam eccleſiarum pacem diſplicuiſſe detegitur. Nam cum vnitatis propoſito atque concordiæ, ipſi quoque Symphoſius atque Dictinius damnantes prauam hæreſim ſint recepti, vt perſonis talibus amputatis extingueretur penitus innata diſſenſio, inuenti ſunt quibus recte facta ipſa correctio diſpliceret. Et nunc eccleſiæ diſſident, quæ non modica a ſe animoſitate diſſimulant. Quod ſi ſaniore conſilio a ſacerdotibus fuiſſet cuſtodita correctio, & ſtatus catholicæ fidei integer permaneret, & nullum ſcandalum concordiam rebus omnibus vtilem corrupiſſet. Quæro enim, quare doluerint Symphoſium atque Dictinium, alioſque qui deteſtabilem hæreſim damnauerunt, receptos in fidem catholicam tunc fuiſſe? Num quid nam aliquid de honoribus amiſerint quos habebant? Quod ſi quos hoc pungit aut ſtimulat, legant Petrum apoſtolum poſt lacrymas hoc fuiſſe quod fuerat. conſiderent Thomã poſt dubitationem illam nihil de prioribus meritis amiſiſſe. denique Dauid prophetam egregium poſt manifeſtam confeſſionem ſuam prophetiæ ſuæ meritis non fuiſſe priuatum. Quod ſi emendatio conuerſionis & errores ipſos amputat, & retinet dignitates; quæ malum ratio eſt, viam recti, & iter quod dirigat ad ſalutem, propoſito pertinaciæ nolle retinere? Quare incumbendum eſt dilectioni veſtræ, & bonis ſacerdotibus adnitendum, quatenus præ-

eunte doctrina in vnitatem catholicæ fidei omnes qui dispersi sunt congregentur,& esse inexpugnabile vnum corpus incipiat, quod si separetur in partes, ad omnes patebit lacerationis iniurias, & ex sese pestem patietur internam, quando secum compago ipsa confligit. Sed hæc generaliter de vnitatis reformatione omnes, tamquam singulis scripta sint, accipiant sacerdotes. Dehinc in partes animum super omnibus dilectio vestra quæ proponentur intendat.

II.

Non enim latere potuit, quod [f] Rufinus atque Minicius episcopi in alienis ecclesiis, contra Nicænos Canones, episcopos vsurpauerunt ordinare. Hæc ne quis sibi audeat vendicare, saltem nunc a nobis est salubriter prouidendum, ne improba vsurpatione dissimulatio in deterius conualescat, & fiat de consuetudine regula, quæ non veniat ab ipsa quæ literis mandata est disciplina. Qua in re Hilari fratris & consacerdotis nostri querela primitus audiatur, qui asseruit Rufinum contra ecclesiarum pacem omni oppugnatione fuisse versatum, & dudum in Concilio Toletano erroris sui veniam postulasse, & nunc, cum metropolitano episcopo ordinandi sacerdotis pontificium deberetur, contra populi voluntatem, & disciplinæ rationem, episcopum locis abditis ordinasse, ecclesias scandalis miscuisse. Dehinc Tarraconensium episcoporum est causa tractanda, qui pari modo Minicium in Gerundensi ecclesia episcopum ordinasse conquesti sunt; & iuxta Nicænos Canones ferenda est de tali vsurpatione sententia. Illorum etiam episcoporum, qui a Rufino vel a Minicio contra regulas ordinati sunt, habeatur plena discussio; vt quia perperam facti sunt, intelligant id quod vitioso initio adepti sunt se diutius obtinere non posse.

III.

[g] De Ioanne quoque episcopo, cuius in Synodo Toletana super receptis Symphosio atque Dictinio per legatos consensus accessit, & cui probabilis visa illa correctio, examinentur quæ postea sunt secuta; & prorsus super omnibus, quorum in dubium venit de cessatione communio, plena inquisitio vestigetur: vt secundum

Decretum Synodi Toletanæ, vel communionis consortio propter abolendam suspicionem schismatis misceantur, vel si qui fuerint deprehensi qui abnuant concordiam & constituta placitorum, a communione catholicæ fidei per dilectionis vestræ sententias abdicentur: vt iam non internum malum, quod tacitum non desinit serpere, sed schismaticorum manifesta professio contagioque vitetur.

IV.

Nam [7] de ordinationibus, quas prauæ consuetudinis vitio Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus ne perturbationes quamplurimis ecclesiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, vt propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta sunt in dubium non vocemus, sed Dei potius iudicio dimittamus. Quantos enim ex his qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciã susceperunt, adscitos ad sacerdotium esse comperimus, e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur? Quantos ex aliqua militia, qui cum potestatibus obedirent, seuera necessario præcepta sunt executi? Quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt? Quantos quivoluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii peruenisse: quorum omnium neminem ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenire? Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispanienſibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittẽda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, vt si qui post hæc aduersus formas Canonum, vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotiũ venire tentauerint, vna cum creatoribus suis ipso, in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur.

V.

Gregorii etiam Emeritensis episcopi, qui [8] in locum

Pa-

Patruini venerabilis recordationis est ordinatus, querela, si qua est, audiatur: & si contra meritum suum passus est iniuriam, in inuidos honoris alterius vindicetur: ne posthac in quemquam bonorum spiritus factionis insurgat.

VI.

Et quamuis dilectioni vestræ, fratres carissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas ordinationes faciendas esse, per sententiam decernitis: tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est prouisa, inserendam putaui, vt secundum hanc ordinationes in posterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum quæ sunt prohibita digeruntur. Ne quispiam qui post baptismum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti: neque qui causas post acceptum baptismum egerint; aut qui post acceptam Dei gratiam administrauerint: neque de curialibus aliquem venire ad ecclesiasticum ordinem posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium quod dicitur sustinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nã & hoc de curialibus est cauendum, ne iidem qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, reposcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus custodiri. Quales vero eligendi sint in ordine clericorum, euidens forma declarat. Id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & electorum officio sociati: vel si maiores sint, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipauerint. Et si vxores habuerint, quærendum si vxorem virginem acceperint: quia scriptum est in veteri testamento: *Vxorem virginem accipiat sacerdos.* & alibi: *Sacerdotes mei semel nubant.* Neque qui duas vxores habuerit, quia Paulus apostolus ait: *Vnius vxoris virum.* Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione praui erroris opponunt & asserunt, quod ante baptismum vxor accepta non debeat imputari, quia in baptismo omnia dimittuntur. Non intelligentes huiusmodi, quod sola in baptismo peccata dimittuntur, nec vxorum numerus aboletur. Nam si *a Deo*, vt scriptum est, *præparatur viro vxor, & quod Deus coniunxit, homo non separet,*

Leuit. 21.

1. *Tim.* 3. *Tit.* 1.

Prou. 19. *Matth.* 19.

& ipsi auctores generis humani in origine a Domino benedicuntur, quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti? Quod si secundum illos qui ita credunt verum est, ergo omnis iustitia, quæ a catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum auferetur. Nullus ergo contra apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat: sed fideliter intelligat, vnius vxoris virum, siue ante baptismum, siue post baptismum, esse nominatum. Si enim vxor ante baptismum accepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem susceptiinter filios poterunt numerari. Quod quam absurdum sit, atque alienum, prudentia vestra melius æstimabit. Vnde nemini liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit: ne dum remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, & corrupisse legem, & regulas euertisse iudicentur. Sed ea tenenda sunt, quæ & diuinarum scripturarum series continet, & a sacerdotibus vtili ratione sunt instituta. *Et alia manu.* Bene valete, fratres carissimi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[1] *Ad episcopos Synodi Toloſanæ.*] Etsi ambigui esse tituli epistolam monuimus, dubium tamen non videtur, quin scripta sit ad episcopos Hispaniæ, post Synodum quidem Toletanam, sed de rebus in ea gestis, vel postea consecutis. idque vt mihi persuadeam ducor argumento non leui, quod cap. 6. exponetur. Quare antiquam inscriptionem epistolæ restituendam censeo, vt *in Toletana Synodo* legatur.

Cap. 1. [2] *Propter Galliciorum communionem.*] In Synodo Toletana Symphosius & Dictinius cum aliis, vt Idacius in chronico refert, e Gallæcia episcopis, damnata Priscilliani hæresi, recepti fuerant in communionem, retentis honoribus quos habebant. Quod non probantes Bætici & Carthaginenses, a ceteris episcopis, qui eos receperant, desciuerunt. Dari ergo vult operam pontifex, vt qui desciuerunt ad communem pacem reuocentur.

[3] *Illius Luciferi.*] Calaritani apud Sardos episcopi, qui schismatis in ecclesia auctor fuit, cum episcopos in Synodo Ariminensi lapsos, quamuis resipiscentes, recipi nollet, ab iisque se qui eos receperant segregaret. Sulpitius Seuerus: *Lucifer intantum eos qui Arimini fuerant condemnauit, vt se etiam ab eorum communione secreuerit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent.*

[4] *Numquid nam aliquid.*] Lege, *Nam quod non aliquid*, ex codice Bonæuallis.

[5] *Rufinus atque Minicius.*] Synodus Nicæna Can. 4. episcopum ab episcopis prouinciæ cum metropolitani auctoritate fieri iubet. Contra hunc Canonem commiserant Rufinus & Minicius; quorum vterque sine conscientia metropolitani, alter etiam in aliena prouincia, episcopos ordinarant. Quare & in vsurpatores animaduerti oportere ait, & ab his temere ordinatos honore carere quem adepti sunt, iuxta Canonem 6. Synodi eiusdem, quo cautum est, eum qui præter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus, episcopum esse non debere. Cap. 2.

[6] *De Ioanne episcopo.*] Ioannes hic Synodo Toletanæ, redeuntes ab hæresi recipienti, per vicarios consenserat: postea subduxisse se, & contra sententiam suam venisse ferebatur. In hunc ergo, atque in alios, qui a communionis consortio cessasse videbantur, plenius inquiri, deprehensosque, si ad concordiam redire abnuant, excommunicari iubet. Cap. 3.

[7] *De ordinationibus.*] De iis qui praua consuetudine in Hispania ex diuersis generibus hominum, quos Canones a cleri gradibus excludunt, creati hactenus fuerant episcopi, sic indulget, vt pœna vitiose deinceps ordinatis ordinantibusque proposita, in posterum abstineri præcipiat. Cap. 4.

[8] *In locum Patruini.*] Discrepant inter se rerum Hispanicarum scriptores, cuius sedis episcopus fuerit Patruinus, qui Concilio primo Toletano præfuit. Alii enim Toletanum antistitem fuisse coniiciunt, alii Bracarensem, alii neutram illorum sententiam satis firmam ducunt. Ex hoc loco apparet, quod in mentem illis non venerat, Emeritensem episcopum fuisse, cui iam defuncto Gregorius hoc tempore successerat. Cap. 5.

[9] *Per sententiam decernitis.*] Manifestum est alludi ad Decretum Synodi Toletanæ, quod in eius actis primo loco positum est his verbis: *Patruinus episcopus dixit: Si placet, communi consilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit obseruandum. Mihi autem placet constituta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse seruanda, nec ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placet.* Quæ cum ita sint, liquet profecto, Innocentium hoc loco alloqui episcopos qui Toletano Concilio adfuerant, ac proinde Synodo Toletanæ inscribi epistolam debere, vt dictum est. Cap. 6.

Epistola Concilii Carthaginensis ad Innocentium papam, sic incipiens: *Cum ex more*, &c. extat infra post dictum Concilium.

Ex l. epist. S. August. epist. 91.

EPISTOLA XXIV.

INNOCENTII PAPÆ I.

Rescriptum ad Concilium Carthaginense.

Innocentius Aurelio, & omnibus sanctis episcopis vel ceteris, qui in Concilio Carthaginensis ecclesiæ adfuerunt, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

*INQVIRENDO de his rebus, quas omni cum solicitudine decet a sacerdotibus, maxime a vero iustoque & catholico tractari Concilio, antiquæ traditionis exempla seruantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, vestræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbastis esse iudicium, scientes quid apostolicæ sedi (cum omnes, hoc loco positi, ipsum sequi desideremus apostolum) debeatur, a quo ipse episcopatus & tota auctoritas nominis huius emersit. Quem sequentes, tam mala iam damnare nouimus, quam probare laudanda: vel id vero, quod patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censetis esse calcanda: quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia: vt quidquid, quamuis de disiunctis remotisque prouinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis notitiam perueniret, vt tota huius auctoritate (iusta quæ fuerit) pronuntiatio firmaretur: indeque sumerent ceteræ ecclesiæ (velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manarent) quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur, carissimi fratres, quod per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, literas ad nos destinastis: & cum pro illis curam geritis, quibus præsidetis, ecclesiis, solicitudinem vestram pro omnium vtilitate monstratis: & per cunctas totius orbis ecclesias, quod omnibus prosit, decernendum esse vna deposcitis: vt suis constabilita regulis eccle-

* In requirendis his

sia, ex hoc quod illos caueat, pronuntiationis iustæ firmata Decretalibus pauere non possit, qui peruersis instructi, imo destructi verborum argutiis, sub imagine catholicæ fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, (vt hominum recte sentientium in deteriorem partem corda corrumpant) totam veri dogmatis quærunt euertere disciplinam. Sanandum ergo celerius, ne longius execrandus animis morbus inserpat. Vt si medicus (cum viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem) magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interuentu, desperatus, euadat. Vel cum putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta, vel cetera, quibus illud possit, quod natum fuerat, vulnus obduci. Ac, si id manens, sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrum seruet & intactum. Præcidendum ergo id est, quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepsit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis pene visceribus huius mali non exhaurienda post sentina confidat. Nam quid nos post hæc rectum de eorum mentibus æstimemus, qui sibi se putant deberi, quod boni sunt, nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur? Sed iam isti, qui tales sunt, nullam Dei gratiam consequuntur: quia sine illo tantum assequi se posse confidunt, quantum vix illi, qui ab illo postulant & accipiunt, promerentur. Quid enim tam iniquum esse potest, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quam huic te negare debere, quidquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debere, quod natus es? Ergo eris tibi in prouidendo præstantior, quam potest is esse, qui te, vt esses, effecit? Et cum te putes ei debere, quod viuis, quomodo te non putas illi debere, quod (quotidianam eius consequendo gratiam) taliter viuis? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra in totum possibilitate perfectos, quomodo non adiutorium in nos, cum tales a nobis etiam esse possumus, prouocamus? Qui enim adiutorium Dei negat, vellem interrogare quid dicat: Nos non mereri, an illum hoc non posse præstare, an nihil esse, propter quod vnusquisque hoc debeat postulare? Posse hoc Deũ,

Istud allegatur infra 5. cap. primæ Decr. adscriptæ Cælestino papæ.

opera ista testantur: & adiutorio quotidiano nos egere, negare non possumus. Hoc enim, seu bene viuimus, precamur, vt melius sanctiusque viuamus: seu praue sentientes, a bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam, eius auxilio plus egemus. Nam quid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitrium (cum nasceremur) accepimus, vltra iam a Domino nihil quæramus: id est, auctoris nostri obliti, eius potentiam, vt nos ostendamus liberos, abiuremus: quasi iam amplius, quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit: nescientes, quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solum facere possit auxilium. Nam si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui digne hoc non quæreret, si cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum vir beatus, & iam electus a Domino, nihil egeret, tamen ita Deum deprecatur postulans: *Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus:* nos nobis liberum arbitrium, ille Deum postulat adiutorem: quod nati sumus, posse sufficere nobis, dicimus: ille Deum, ne derelinquatur, exorat: Non (rogo) manifeste discimus quid oremus, cum ille tantopere beatus (vt supra diximus) vir, ne despiciatur exoptat? Illi enim necesse est ista arguant, qui illa confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius, accusetur, qui cum sciat tantum in sua natura esse adiutorem sibi Deum, & assiduum adiutorem, nec illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterii hoc & prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnum scit, vt assidue diceret: ita necessarium confessus est, vt doceret: quemadmodum Pelagius Cælestiusque seposita omni responsione psalmorum, talique abdicata doctrina, suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adiutorium Dei nec debere quærere, nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur? Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis inconsultius vtitur bonis, cadens, in

Psal. 26.

Verba hæc Innocentii refricantur

præuaricationis profunda demersus est: & nihil, quemadmodum exinde surgere posset, inuenit: suaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ suæ iacuisset oppressus, nisi eum postea Christi, per suam gratiam, releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit: & eius confirmans statum, quo rectius stabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegauit. Nam quamuis hominem redemisset a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa seruauit, quotidiana præstans illi remedia: quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ, quod dicat, adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholicæ fidei, & Dei beneficiis profitetur ingratum. Nec nostra communione sunt digni, quam, prædicando taliter, polluerunt. Sic enim sua sponte, dum sequuntur illa quæ dicunt, longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisque precibus nihil agamus, nisi quemadmodum Dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possumus ista iactantes? Quis, rogo, tantus illorum pectora error obcæcat, vt si ipsi nullam Dei gratiam sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de aliis considerent, quid quotidie singulis gratia diuina largiatur? Sunt quidem isti omnes cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, vt se auxilio credant reuocari ab erroribus posse diuino. Negantes enim Dei adiutorium, non aliis, sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui auellendi sunt longius, & ab ecclesiæ procul remouendi visceribus, ne diutius multa occupans, insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate versati, necesse est multos in hanc suæ prauitatem mentis inducant, decipiantque innocentes, vel potius imprudentes, qui fidem catholicam non sequuntur. Putabunt enim eos recte sentire, quos adhuc vident

in cap. 4. Decr. primæ adscriptæ Celestino papæ.

in eccleſia perdurare. Separetur ergo a ſano corpore vulnus inſanum, remotoque morbi ſæuientis afflatu, cautius, quæ ſunt ſincera, perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quam vos ſequi & tenere, hac in illos pronuntiatione cognouimus, & vna vobiſcum pari aſſenſione ſeruamus. Qui ſi tamen aliquando in ſe Dei adiutorium, quod hucuſque negauerunt, prouocauerint, & opus ſibi eius auxilium eſſe cognouerint, vt de hac labe (in qua ſui cordis incuruatione corruerant) liberentur, & quaſi in lucem de fœda tracti caligine, (remotis abdicatiſque omnibus, quibus totus, ne verum aſpiceret, fœdabatur & caligabat aſpectus) damnent hæc, quæ hucuſque ſenſerunt: & aliquando animum rectis diſputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris ſe ſanandos conſiliis tribuant atque ſubmittant: quod ſi fecerint, erit in poteſtate pontificum, iſtis aliquatenus ſubuenire, & talibus aliquam curam præſtare vulneribus, quam ſolet lapſis (cum reſipuerint) eccleſia non negare: vt a ſuis remoti præcipitiis, intra ouile Domini redigantur: ne foris poſiti, & tanto præſidio a fide munitionis excluſi, periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obſiſtere, hac, qua illos in ſe irritauerant, doctrinæ peruerſitate non poſſunt. Sed ſatis veſtris monitis, & ſic ſatis abundantibus noſtræ legis exemplis probatur eſſe reſponſum. Nec quidquam ſupereſſe duximus, quod dicamus, cum nihil prætermiſſum a vobis, nihil conſtet eſſe ſuppreſſum, quo illi refutati & penitus cognoſcantur eſſe conuicti. Ideoque a nobis teſtimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio eſt, & ſatis conſtat, vt doctiſſimos ſacerdotes cuncta dixiſſe. Nec decet credere, vos aliquid, quod ad cauſam poſſit proficere, præteriſſe. *Et alia manu.* Bene valete, fratres.

Epistola Concilii Mileuitani ad Innocentium papam, sic incipiens: *Quia te Dominus gratia,* &c. subditur infra eidem Concilio.

[a]EPISTOLA XXV.

INNOCENTII PAPÆ I.

RESCRIPTVM AD MILEVITANVM CONCILIVM.

Concilii acta aduersus Pelagium & Cælestium confirmans, illos eorumque sectatores anathemate notat.

Innocentius Siluano seni, Valentino, & ceteris qui in Mileuitana Synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

INTER ceteras ecclesiæ Romanæ curas, & apostolicæ sedis occupationes, quibus diuersorum consulta fideli ac medica disceptatione tractamus, frater & coepiscopus noster Iulius dilectionis vestræ literas, quas ex Mileuitano Concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam Synodi querelæ parilis scripta subiungens. Nimirum exultat ecclesia, tantam solicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, vt non solum neminem ex his patiantur errare, sed si quas ouium magis obscœnæ delectationis herba seduxit, ac si in errore permanserint, aut segregari penitus velint, aut illicite vel inlicenter dudum petita vitantes, custodiæ pristinæ circumspectione tutari: in vtraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales, simili ceteræ ducantur exemplo, vel spernendo redeuntes, luporum morsibus videantur ingestæ. Prudens admodum & catholicæ fidei plena consultationis voluntas. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam vt durum arbitror, conniuentiam præbere peccantibus: ita impium iudico, manum negare conuersis. Diligenter ergo & congrue apostolici consulitis honoris arcana: honoris (inquam) illius, quem præter illa quæ sunt extrinsecus, solicitudo manet omnium ecclesiarum, super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia: antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper orbe mecum nostis esse seruatam. Verum hæc missa facio. Neque enim hoc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione

91. inter epist. D. August.

firmastis, scientes quod per omnes prouincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent. Præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cum inuentores malorum ad duplicis relationem Synodi, sententiæ nostræ statutis viderint ab ecclesiastica communione seiunctos. Gemino igitur bono caritas vestra fungetur. Nam & Canonum potiemini gratia seruatorum, & beneficio vestro totus orbis * tutabitur. Quis enim catholicorum virorum cum aduersariis Christi velit vlterius miscere sermonem? Quis saltem ipsam lucem vitæ communione partiri? Nouæ hæreseos nimirum fugiantur auctores. Quid enim acerbius in Dominum fingere potuerunt, quam cum adiutoria diuina cassarent, causamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere: Quo mihi opus Deo? Merito in hos dicat hymnidicus: *Ecce homines, qui non posuerunt Deum adiutorem sibi.* Negantes ergo auxiliū Dei, inquiunt hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina; qua priuatus, necesse est, diaboli laqueis irretitus, occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata, sola tantummodo libertate contendat. O prauissimarum mentium peruersa doctrina! aduerte tandem, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, vt dum indulgentius frenis eius vtitur, in præuaricationem præsumptione conciderit. Neque ex hac potuit erui, nisi prouidentia ei regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset aduentus. Audiat Dauid dicentem: *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* Et, *Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.* Quæ incassum dixerit, si tantum in eius erat positum voluntate, quod a Domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cumque in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ non nisi adiutorium Dei legamus esse nectendum, eamque nihil posse cælestibus præsidiis destitutam: quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter (vt asseritis) defendentes, sibimet, imo (quod est

24. quæst. 1. Quoties ratio fidei.

Psal. 51.

Psal. 123. Psal. 126.

* vectui.

dignius dolore communi) plurimis Pelagius Cæleſtiuſque perſuadent? Multifariis equidem ad deſtruendum tale magiſterium vti poſſemus exemplis, niſi ſciremus & ſanctitatem veſtram ad plenum ſcripturas omnes callere diuinas, præſertim cum veſtra relatio tantis ac talibus teſtimoniis ſit referta, vt his ſolis valeat præſens dogma reſcindi, opuſque non eſſe reconditis, cum his (quæ facile vobis occurrentia poſuiſtis) nec audeant obuiare, nec poſſint. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam neceſſe eſt, etiam reſtituta nobis ſtatus priſtini libertate, quæramus: quippe qui nec alias diaboli machinas, niſi eadem iuuante, poſſumus vitare. [b] Illud vero, quod eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmiis, abſque baptiſmatis gratia, poſſe donari, perfatuum eſt. [c] *Niſi enim manducauerint carnem filii hominis, & biberint ſanguinem eius, non habebunt vitam in ſemetipſis.* Ioan. 6. Qui autem hanc in eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cum prædicant, hos habere, quod in eos creditur non niſi baptiſmate cõferendum. Si ergo nihil volunt officere, non renaſci: fateantur neceſſe eſt, nec regenerationis ſacra fluenta prodeſſe. Verum vt ſuperfluorum hominum praua doctrina celeri veritatis poſſit ratione diſcindi, proclamat Dominus in euangelio, dicens: *Sinite infantes, & nolite eos prohibere venire ad me: talium eſt enim regnum cælorum.* Matth. 19. Quare Pelagium Cæleſtiumque, id eſt, inuentores vocum nouarum, quæ (ſicut dixit Apoſtolus) ædificationis nihilum, 1. Tim. 1. ſed magis vaniſſimas conſueuerunt parare quæſtiones, eccleſiaſtica communione priuari, apoſtolici vigoris auctoritate cenſemus, donec reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur, ſecundum ipſius voluntatem: eoſque interim Dominico ouili non recipi, quoad ipſi peruerſæ viæ quem ſecuti ſunt tramitem deſerere voluerint. Abſcindendi ſunt enim qui nos conturbant, & volunt conuertere euangelium Chriſti. Simul autem præcipimus, vt quicumque id pertinacia ſimili defenſare nituntur, par eos vindicta conſtringat: *non ſolum enim qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus:* Rom. 1. quia non multum intereſſe arbitror, inter committentis animum, & conſentientis fauorem. Addo & amplius: Plerumque dedi-

ſcit errare, cui nemo conſentit. Hæc igitur, fratres cariſſimi, in ſupradictos maneat fixa ſententia: abſint atriis Domini: careant dumtaxat cuſtodia paſtorali, ne duarum ouium dira contagia ſerpant forſitan per vulgus incautum, rapacique lupus corde lætetur intra ouile Dominicum tantas ouium fuſas cateruas, dum a cuſtodibus diſſimulanter habetur vulnus duarum. Proſpiciendum eſt ergo, ne permittendo lupos, mercenarii magis videamur eſſe quam paſtores. Iubemus ſane, quia Chriſtus Dominus noſter propria voce ſignauit, *nolle ſe mortem morientis, ſed tantum, vt reuertatur & viuat:* vt ſi vnquam ad ſanum (depoſito praui dogmatis errore) reſipuerint, damnauerintque ea, quorum ſe ipſi præuaricatione damnarunt, eis medicinam ſolitam, id eſt, receptaculum ſuum, ab eccleſia non negari: ne, dum eos redeuntes forſitan prohibemus, vere extra ouile remanentes, expectantis hoſtis rapidis faucibus glutiantur, quas in ſemetipſos ſpiculis malæ diſputationis armarunt. Bene valete fratres. Datum ſexto Kalendas Februarii, Honorio & Conſtantio viris clariſſimis conſulibus.

Ezech. 33.

NOTÆ.

[a] *Epiſtola.*] Hæc epiſtola, ob conſularem notam ad finem adiectam, a cenſore quodam non catholico, velut ſuppoſititia reiicitur, auctoritate Mariani Scoti & Onuphrii, qui anno Chriſti 416. Theodoſio videlicet & Palladio conſulibus, Innocentium obiiſſe ſcribunt. Sed cum Marcellini comitis, cuius maior auctoritas eſt, teſtimonio conſtet, Zoſimum papam Innocentio ſubrogatum, anno Chriſti 417. eodem quo Honorius 12. & Conſtantius 11. conſulatum agebant, iniqui cenſoris calumniam ſuſtinenter detectam opinor.

[b] *Illud vero quod,* &c.] Hinc conſtat Innocentii I. ſententia (quæ ſexcentos circiter annos viguit in eccleſia, quamque S. Auguſtinus ſectatus eſt) euchariſtiam etiam infantibus neceſſariam fuiſſe. Verum cum præceptum de euchariſtia ſumenda eos, qui eamdem ſumere non poſſunt, non obliget: impotentes autem ad ſumendum cenſeantur ii, qui eam reuerenter ſumere nequeunt, eccleſia multorum ſæculorum vſu, & Concilii Tridentini (ſeſſ. 21. cap. & Can. 4.) Decreto informata recte decreuit, euchariſtiæ ſumptionem infantibus non ſolum non eſſe neceſſariam, ſed ne quidem decere, vt iiſdem ea communicetur & diſtribuatur.

[c] *Niſi enim manducauerint,* &c.] Per hæc verba viri quidam non vulgariter docti exiſtimarunt Innocentium hunc locum S. Ioannis euangeliſtæ, non de euchariſtiæ, ſed de baptiſmi ſumptione inter-

pretari. Decepti sunt, quod vim argumenti, quo pontifex vtitur, non fuerunt assecuti. Ille enim vt Pelagium (qui docebat baptismum infantulis patre fideli prognatis, ideoque originale peccatum non contrahentibus, necessariũ non esse) conuinceret, hac ratiocinatione hic vtitur: Quibus necessaria est eucharistiæ sumptio, iisdem baptismi sumptio magis est necessaria: siquidem ad sanctissimam eucharistiam reuerenter sumendam, nemo, nisi ante rite & legitime baptizatus admittatur: at infantulis omnibus est necessaria eucharistiæ sumptio, ergo infantulis omnibus etiam est necessaria susceptio baptismi. Minorem, quam ille tunc temporis sustinebat, probabat per prædicta verba S. Ioannis, iuxta eam expositionem accepta, quæ praxi ecclesiæ nunc repugnat.

Epistola familiaris quinque episcoporum ad supradictum papam, quæ sic incipit: *De Conciliis duobus prouinciæ*, extat infra post Concilium Mileuitanum.

[a]EPISTOLA XXVI.

96. Inter epist. D. Augustini.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD AVRELIVM, ALYPIVM, AVGVSTINVM, EVODIVM, POSSIDIVM, EPISCOPOS.

De Pelagio hæretico.

Innocentius Aurelio, Alypio, Augustino, Euodio, Possidio, episcopis, salutem.

FRATERNITATIS vestræ literas, plenas fidei, totoque religionis catholicæ vigore firmatas, a duobus missas Conciliis, per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, pergrato suscepimus animo, quod earum tenor, omnisque contextio in consideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione, qui contra sentiunt, integra ratione consistit, vt & illis omnem tollere possit errorem, & idoneo dato cuiuis nostræ legis exemplo, quem sequi debeant, dignum possint præbere doctorem. Sed de his iam satis, vt opinor, supra diximus, cum vestris relationibus respondentes, rescripsimus, quid vel de illorum perfidia, vel de vestra sententia sentiremus. Sed subinde contra eos subuenit & suppeditat quod dicatur: nec potest aliquando esse quod vincat, cum tam miserum impiumque sit, quod nostræ virtute fidei & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atque contempsit, inimica damnabilique cor suum disputatione

confundens, credit nihil esse, quod a Deo accipiat, nec aliquid superesse, quod petat ad sanandum se, qui sibi hoc abstulit, vlterius quid reliquit? Si ergo sunt aliqui, quos in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit, (quod huic se dogmati dedant atque coniungant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod oberrans longius, & penitus approbatur aduersum) infecti illorum & monitis, & verbis, vt laberentur, inducti: quatenus ad rectum viæ tramitem redeant, festinabunt, ne diutius mentem obsidens, velut eorum sensus vastus error inuadat. Nam si Pelagius, quocumque restitit loco, eorum animos (qui facile vel simpliciter crederent disputanti) hac affirmatione decepit, (seu hac illi in vrbe sint, quod nescientes, nec manifestare possumus, nec negare, cum etsi sunt, lateant: nec aliquando audeant vel illum prædicantem ista defendere, vel talia aliquo nostrorum præsente iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi possit agnosci, siue in quouis terrarum loco degant) Dei nostri misericordia gratiaque credimus quod facile corrigantur, audita eius damnatione, qui fuerit pertinax, & resistens huius dogmatis auctor inuentus.

Nec interest, vbi isti fuerint, dum, vbicumque inueniri potuerint, sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest, eum esse purgatum, quamuis ad nos (a nescio quibus laicis) sint gesta perlata, quibus ille & auditum se crederet, & absolutum. Quæ, vtrum vera sint, dubitamus, quod sub nulla illius Concilii prosecutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re literas, apud quos istius rei iste præstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere, hoc magis credimus, quod egisset, quod multo verius esse poterat, vt illos cogeret epistolis suis, quid iudicauerant, indicare. Verum cum sint aliqua in ipsis posita gestis, quæ obiecta partim ille vitando suppressit, partim, multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumētis, quam vera ratione (vt ad tempus videri poterat) purgauit, alia negando, alia falsa interpretatione vertendo. Sed vtinam (quod magis optandum est) etiam ille se ad veram catholicæ fidei viam, ab illo sui tramitis errore conuertat, vt

cupiat velitque purgari, considerans quotidianam Dei gratiam, adiutoriumque cognoscens, vt videatur vere, & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus; non gestorum indicio, sed ad catholicam fidem corde conuerso. Vnde non possumus illorum nec approbare nec culpare iudicium, cum nesciamus, vtrum vera sint gesta: aut si vera sunt, illum constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. Qui si confidit, nouitque, non nostra dignum esse damnatione, quod dicat: aut iam hoc totum se refutasse, quod dixerat: non a nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare, vt possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro iudicio, quibusuis acceptis literis, cum sciat damnandum se esse, committet? Quod si accersendus esset, ab his melius fieret, qui magis proximi, & non longo terrarum spatio videntur esse disiuncti. Sed non deerit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ sensérat, ac datis literis, erroris sui, vt regressum ad nos decet, veniam postulare, fratres carissimi.

Librum sane, qui eius esse diceretur, nobis a vestra caritate transmissum, euoluimus: in quo multa blasphemia, nihil quod placeret, nihil quod non penitus displiceret, a quouis damnandum atque calcandum, cuius similia (nisi qui ista scripserat) nemo alter in mentem reciperet, atque sentiret. Nam hoc loco de lege latius disputare, velut coram posito repugnanteque Pelagio, necessarium esse non duximus, cum vobiscum, totam rem scientibus, parique nobiscum assensione gaudentibus, colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum his, quos harum constat rerum prudentes esse, tractamus. Nam de naturæ possibilitate, de libero arbitrio, & de omni Dei gratia, & quotidiana gratia, cui non sit recte sentienti vberrimum disputare? Anathematizet ergo ista quæ sensit, vt illi, qui eius sermonibus fuerint præceptisque collapsi, quid tandem habeat fides vera cognoscant. Facilius enim reuocari poterunt, cum ista a suo senserint auctore damnari. Quod si ille pertinaciter in hac voluerit impietate persistere, agendum est, quatenus vel his possit subueniri, quos non suus, sed huius magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat, cu-

ius iſte talem non admittit nec poſtulat curam. Deus vos cuſtodiat incolumes, fratres cariſſimi. Data 6. Kalendas Februarii.

NOTA.

Occaſio ſcriptæ epiſtolæ.

[a] *Epiſtola* XXVI.] Cum quinque epiſcopi Africani priuatis & familiaribus literis, ne verenda patris ſui retegere viderentur, Innocentium de occultis quibuſdam rumoribus, de ipſo ſparſis, quaſi nimirum Pelagianæ hæreſeos fautor eſſet & protector, ipſumque Pelagium in communionem catholicam recepiſſet, certiorem reddidiſſent, vt omnem ſuſpicionem e cordibus Africanorum eximeret publicis publicas, priuatis priuatas epiſtolas reddidit, quibus, quid de Pelagio & Palæſtino Concilio ſentiret, reſcripſit. Vide Baron. anno 416. num. 12. & 14.

EPISTOLA XXVII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD AVRELIVM CARTHAGINENSEM EPISCOPVM.

Eum familiariter ſalutat.

Innocentius Aurelio epiſcopo Carthaginenſi.

IN familiaribus ſcriptis dilectio vera conſiſtit. Etenim * firmius caritatis officia melius ſe orſa mercantur. Quã- * ius firmius obrem per fratrem noſtrum Iulium epiſtolæ extrinſecus miſſæ reſpondere geſtiui, ne apud me forſitan remaneret peculiaris negatæ ſalutationis offenſa, frater cariſſime. Supradictum igitur fratrem noſtrum tuæ dilectioni reſtituo, cum apoſtolicæ ſedis * ad relationem duplicis Sy- *dignum ad nodi iudicatis. Supereſt, vt oratus a nobis Dominus, præſtare dignetur, quatenus omnis eccleſiæ ſuæ macula, continuis laboribus noſtris poſſit abſtergi. Dominus cuſtodiat te incolumem, frater cariſſime. Data 6. Kalendas Februarii.

EPI-

EPISTOLA S. IOANNIS CHRYSOSTOMI AD INNOCENTIVM PAPAM.

Rogat pontificem vt ſuos perſecutores cenſuræ eccleſiaſticæ ſubiiciat, ſe vero iuſtum iudicium ſubire paratum, inſontem iudicet, & eccleſiæ ſuæ reſtituat.

Innocentio epiſcopo Romæ, domino meo reuerendiſſimo, pientiſſimoque, [a] *Ioannes in Domino ſalutem.*

ETIAM antequam redditæ ſunt literæ noſtræ, opinor pietatem veſtram audiuiſſe, quidnam hic patrare auſa fuerit iniquitas. Ea enim rerum eſt magnitudo & grauitas, vt nulla ferme orbis pars relicta ſit, quæ triſtem hanc tragœdiam non audierit. Quandoquidem fama vſque ad fines terræ perlata, plurima vbique lamenta & eiulatus excitauit. Verum quia non ſatis eſt plangere, ſed opus etiam vt cura geratur, & ſpectetur qua ratione, & quo conſilio grauiſſima illa eccleſiæ tempeſtas ſedetur. Proinde neceſſarium eſſe duximus, vt perſuadeatur Demetrio, Panſophio, Pappo, & Eugonio, dominis meis maxime venerabilibus, piiſque epiſcopis, relictis negotiis propriis, pelago ſe committere: ſuſceptaque longinqua peregrinatione hac, ad veſtram properare caritatem, de omnibus vos manifeſte docentes, quo quantocius rebus ſuccurratur. Miſimus autem cum eis venerabiles dilectoſque diaconum Paulum & Cyriacum, qui & ipſi, quæ facta ſunt, caritati veſtræ exponent: & nos quoque paucis, in epiſtolæ forma docebimus. Theophilus ille, qui Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopatum regendum ſuſcepit, cum a pientiſſimo rege, cui aduerſus illum quædam nuntiata erant, iuſſus eſſet venire ſolus, collecta multitudine epiſcoporum non paucorum, huc venit: quo præludio, quaſi declarare volebat, ſe ad bellum & ad aciem pergere. cumque in magnam, diuinoque cultui deditam vrbem Conſtantinopolim ingreſſus eſſet, iuxta conſuetudinem & conſtitutionem hactenus obſeruatam, non intrauit ad eccleſiam, neque ad nos acceſſit, neque participem ſe fecit, vel ſermonis, vel precum, vel communio-

nis: sed egressus e naui, & prætercursis ecclesiæ vestibulis, alicubi extra vrbem diuersatus est, tametsi nos plurimum obsecraremus & ipsum, & eos qui cum ipso erant, vt apud nos diuerterent. Erant enim diuersoria, & omnia alia quæ oportebat, bene instructa. At neque illi, neque ipse nobis morem gerebant. Vnde nos ea videntes valde consternabamur animo: & quamuis iniustarum illarum inimicitiarum causam nullam inuenire possemus, nihilo minus tamen officium eis, quod illi nobis debebant, impendimus. Nam iterum atque iterum eum obsecrauimus, vt se nobis coniungeret, ac diceret cuius gratia, statim ab initio tantum excitaret bellum, tantamque vrbem seditiosam faceret. Verum, cum ille causam dicere nollet, neque vrgerent accusatores eius: vocauit nos rex pientissimus, & iussit vt iremus ad locum in quo ille agebat, reique summam ab eo audiremus. Nam insidias, & cædes, & alia plurima causabantur. Nos autem scientes leges patrum, viroque honorem habentes, habentes etiam super hac re eius literas: Oportere in quibusque prouinciis sua negotia tractari, transmontanosque ad nostra iudicia non trahendos; fortiter detrectauimus, ne causam susciperemus iudicandam. Porro ille sicut & prius nobis obluctari cœpit, & multa auctoritate vocato archidiacono meo, quasi iam ecclesia viduata esset, ac episcopum non haberet, clerum omnem sibi per illum adiunxit: factæque sunt ecclesiæ seditiosæ, & e singulis ecclesiis adducebantur clerici, & instruebantur, vt nos accusarent, & libellos aduersus nos producerent. Post hæc vocauit & nos ad iudicium, nondum dilutis quæ aduersum se erant causis, id quod contra omnes Canones & leges est. Porro nos scientes, quod non ad iudicium, sed ad hostem & inimicum perrecturi essemus, (id quod satis declarant, quæ prius ac postea sunt facta) misimus ad eum episcopos, Demetrium episcopum Pisinatium, Eleusium Apamiæ, Lupinum Apiariæ: presbyteros autem, Germanum & Seuerum, qui congrua lenitate responderent, ac dicerent: Non vitare nos iudicium, sed inimicum apertum, & hostem manifestũ. Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecit, & seipsum abstraxit ab ecclesiæ precibus & communione, & insu-

per accusatores subornauit, clerum ad se traxit, ecclesiam desolauit : quomodo idoneus censeri possit huiusmodi, vt in iudicis thronum conscendat sibi minime congruentem ? Neque enim congruum est, vt hi qui in Ægypto sunt, iudicent eos qui in Thracia, & præsertim ille qui ipse reus est, inimicus & hostis. At ille nihil horum reueritus, magno studio anhelabat, vt perficeret ea quæ mente conceperat. Cum autem contestaremur paratos nos ad diluendum crimina, & ad innocentiam, sicut & innocentes sumus, declarandam, coram centum, vel mille episcopis ; non assensit : sed licet absentes essemus, & ad Synodū appellaremus, & iudicium inquireremus, & non auditorium, sed manifestas inimicitias fugeremus ; ipse tamen accusatores suscepit, meos excommunicauit, & de illis, qui nondum se de suis purgauerant criminibus, libellos collegit : quæ omnia legibus & Canonibus prohibita sunt. Et quid opus est multum dicere? non destitit omnia facere & tractare, donec nos vi, & potentia e ciuitate & ecclesia eiiceret, etiam in prouecta vespera, & vniuerso populo nos attrahente. Tractus igitur vi & abductus a magistratu ciuitatis, in media ciuitate, & in nauim coniectus per noctem nauigaui, eo quod ad Synodum & iustum iudicium prouocaram. Quis hæc sine lacrymis, etiamsi cor lapideum habeat, audiret? Verum sicut prius dixi, ea, quæ perperam fiunt, non solum deploranda, sed & corrigenda sunt : & ideo caritatem vestram obsecro, vt prouocetur ad condolendum, faciendumque omnia, quo mala hæc sistantur. Neq; enim hic facinorum illius finis ; sed ad priora adiecit & alia. Nam postquam eos qui ecclesiam inuaserant pientissimus rex eiecit, & multi episcopi qui aderant cognoscentes iniquitatem, & fugientes insidias illorum, quasi incendium depascens omnia, in suas regiones concesserunt, nosque iterum in vrbem & in ecclesiam, a qua eiecti eramus, vocati sumus, inducentibus nos episcopis supra triginta, & notario a rege pientissimo in hoc misso ; ille statim aufugit, eo quod ingressi mox obsecramus Christianissimum regem, vt Concilium cogeret, quo facta hæc iustificarentur. Male conscius enim sibi erat, & reprehensionem pertimescens ; & idcirco cum regis literæ in omnia loca mit-

terentur, & vndequaque omnes congregarentur, occulte, mediaque nocte, & ipse & sui conscensa naui elapsi sunt. Porro, vtpote conscientiæ nostræ fidentes, non propterea destitimus, sed eadem iterum a Christiano rege rogauimus. Qui & pro sua pietate, missis ad illum nuntiis, eum & omnes qui cum eo erant ex Ægypto vocauit, vt rationem factorum redderent: neque sufficere putarent ad defensionem, quæ attentarant ex vna parte absentibus nobis, tam iniuste contra tot ac tantos Canones. Atqui regis literis ille non obtemperauit, sed domi mansit, prætexens seditionem populi, & intempestiuam festinationem: tametsi etiam illic erant qui ei reluctabantur: & populus quoque ante literas conuiciis eum innumeris abluerat. Verum hæc nos exacte prosequi nolumus, summatim nefarios illius conatus ostendentes. Itaque nos non quieuimus, sed in hoc incubuimus, orantes regem, vt haberetur iudicium, in quo agere, & respondere liceret. Dicebamus enim nos paratos ad ostendendum nos non esse reos, sed illos legum extremos transgressores. Erant autem relicti hic Syri, qui cum eo adfuerant, & communiter omnia fecerant: ad quos etiam accessimus, ad dandam rationem parati: atque super ea re sæpe eos interpellauimus, obsecrantes, vt dignentur nobis libellos & commentarios accusationum dare, vel genus criminum, vel accusatores ipsos significare. Verum nihil horum obtinuimus: iterumque ex ecclesia eiecti sumus. Quod si quæ tunc contigerunt, & omnem excedunt tragœdiam, enarrare vellem; quis sermo ea explicaret? quæ auris sine horrore perciperet? Cum autem illa, quæ dixi, prætenderemus, ipso magna sabbato collecta manus militum, ad vesperam diei in ecclesias ingressa, clerum omnem, qui nobiscum erat, vi eiecit, & armis gradum vndique muniuit. Mulieres quoque, quæ per illud tempus se exuerant, vt baptizarentur, metu grauiorum insidiarum nudæ aufugerunt. Neque enim concedebatur vt se velarent, sicut mulieres honestas decet. Multæ etiam acceptis vulneribus eiiciebantur, & sanguine implebantur natatoria, & sancto cruore rubescebant fluenta. Neque hic rerum finis erat: nam & sanctuaria ingressi sunt milites, quorum aliquos scimus nullis ini-

tiatos mysteriis, & viderũt omnia quæ intus erant. Quin & sanctissimus Christi sanguis, sicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militum vestes effusus est: fiebantque quasi in Barbarica captiuitate omnia. Vulgus enim in solitudinem fugabatur, populus omnis extra ciuitatem versabatur, erantque in tanto festo vacuæ ecclesiæ, & plures quam quadraginta episcopi, qui nobis communicarant, cum populo & clero sine causa fugabantur. Et ob prodigiosa flagitia, vbique per fora, per domos, per solitudines, per omnes ciuitatis partes, omnia lamentis, eiulatibus, fontibus lacrymarum, & id genus calamitatibus plena erant: & in tanto tumultu & trepidatione ac planctu erant omnia, vt non modo qui affligebantur, sed & qui nihil tale patiebantur; & non solum qui nostræ fidei erant, sed & hæretici, & Iudæi, & gentiles, quasi ciuitate capta, nobiscum dolebant. Talia ausi sunt præter sententiam pientissimi regis nocte profunda, episcopis hæc instruentibus, & vbique militãtibus, nec erubescentibus, quod essent duces militum, & pro diaconis satellites præeuntes haberent. Facto autem die, omnis ciuitas extra muros sub arbores, & in nemora emigrauit, ibi festum diem celebrans, quasi oues dispersæ. Liceat vobis ex his & cetera omnia pensare: nam omnia quæ facta sunt, sermone complecti, vt dixi, impossibile est. Est autem & hoc perquammolestum, quod talia tantaque mala nullum adhuc finem accipiant: neque spes est, quod statim finiantur: sed augentur in dies magis ac magis, nosq; multis ridiculi facti sumus: imo ridet nullus, etiam valde peruersus, lugent autem omnes propter extremam & inauditam hanc malitiam, malorum facile colophonem. Quid si quis dicet de turbationibus etiam in aliis ecclesiis postea excitatis? Non enim hic cessauit hoc malum, sed vsque ad orientem peruenit. Nam sicut a capite, quod malis humoribus plenum, & reliqua membra corrumpuntur: ita nunc quoque tumultus, qui in hac magna ciuitate cœperunt, quasi ex fonte in omnia loca effluunt, & clerici vbique in episcopos insurgunt, & episcopi ab episcopis, & populi a populis scissi sunt, & alii propediem scindentur, & expectatur vbique malorum partus, orbisque totius subuersio. Igitur domini maxime

venerandi & pii, cum hæc ita se habere didiceritis, studium vestrum, & magnam diligentiam adhibete, quo retundatur hæc, quæ in ecclesias irrupit, iniquitas. Quippe si mos hic inualuerit, & fas erit cuiuis in alienam parochiam irrumpere, idque ex tantis interuallis, & eiicere quos voluerit, & auctoritate propria quæque pro libidine sua facere; scitote quod breui transibunt omnia & totus orbis premetur bello non indicto, omnibus ab omnibus eiectis, & omnes eiicientibus. Quapropter ne confusio hæc omnem quæ sub cælo est nationem inuadat, obsecro vt scribatis quod hæc tam inique facta, & absentibus nobis, & non declinantibus iudicium, non habeant robur, sicut neque sua natura habent: illi autem qui inique egerunt, pœnæ ecclesiasticarum legum subiaceant: nobis vero, qui nec conuicti, nec redarguti, nec habiti vt rei, literis vestris & caritate vestra, aliorumque omnium, quorum scilicet & antea societate fruebamur, frui concedite. Si autem aduersarii nostri, qui ita inique egerunt, adhuc fingunt crimina quædam, propter quæ nos iniuste eiecerunt, non datis nobis neque commentariis, neque libellis, neque manifestatis accusatoribus; agemus & tuebimur etiam nos libenter causam, monstrabimusque illos ipsos, non nos, reos esse eorum quæ nobis impungunt, sicut & plane innoxii sumus: & contra, quæ ab ipsis facta, contra omnem sunt honestatem, contra omnes leges, contra omnes ecclesiasticos Canones. Et quid dico Canones ecclesiasticos? Neque in gentilium iudiciis, neque in barbarorum tribunalibus talia attentata sunt vnquam. Neque Scythæ, neque Sauromatæ, vnquam iudicarunt, iudicium dandum vni parti, absente ea quæ accusatur, & vitante non iudicium, sed inimicitias, & inuocante multa millia iudicum, & protestante coram toto orbe declaraturam se non esse ream, depulsuramque crimina, & ostensuram suam innocentiam. Hæc igitur omnia cum ita se habere intellexeritis a Dominis meis pientissimis fratribus nostris episcopis, obsecro vt præstetis id quod petent officii. Quo non solum nobis gratificabimini, sed & ecclesiarum vniuersitati, mercedemque accepturi estis a Deo, qui nihil non propter ecclesiarum pacem fa-

cere dignatur. Semper vale, & ora pro me, domine digniſſime & ſanctiſſime.

NOTA.

[a] *Ioannes.*] Ioannes Chryſoſtomus epiſcopus Conſtantinopolitanus, per factionem Theophili Alexandrini epiſcopi, inſtigante imperatrice Eudoxia, in exilium pulſus, & paulo poſt, ob populi ſeditionem, reuocatus, ac rurſum, non multo poſt, per eamdem factionem eiectus; Innocentium papam, legatis & literis miſſis, appellauit, vt pro ſua auctoritate, ſe inimicorum factione oppreſſum, tueretur, & eccleſiarum perturbationi proſpiceret. per eoſdem etiam legatos ſcripſere quadraginta epiſcopi qui Ioanni communicabant, & clerus Conſtantinopolitanus. Innocentius rei indignitate vehementer commotus, Synodo Romæ habita, communionem quidem vtriuſque partis admiſit, ſed Theophili iudicium irritum eſſe decreuit, & Synodum orientalium & occidentalium, miſſis legatis, fieri oportere cenſuit. Legati inſcio imperatore, & imperatrice agente, male accepti, & vexati, cum nec mandatorum exponendorum facultas eis permiſſa fuiſſet, Romam reuerterunt. Interim Ioannes per diuerſa loca raptatus moritur. Quibus omnibus Innocentius plurimum indignatus, imperatori & imperatrici ſacris interdicit: Theophilum excommunicat, & deponit: Vrſacium, qui viuenti Chryſoſtomo ſubſtitutus fuerat, etiam defunctum, exautoratum, e numero epiſcoporum excludit: Atticum ſuſpendit, & donec eius cauſa cognoſcatur, Proclo Cyrici epiſcopo eccleſiam Conſtantinopolitanam regendam committit. Poſt vero, cum Arcadius, & in Ioannis calumniatores vindicaſſet, & abſolutionem pro ſe atq; vxore efflagitaſſet, Innocentius reſcripſit. Confirmato animo accedite ad Dominica ſymbola, iubete Ioannis nomen ſacris tabellis inſcribi. Quæ enim aduerſus Ioannem geſta ſunt, nos auctoritate freti S. Petri eximii apoſtolorum principis, diſcuſſis cauſis docebimus ex animo ſanguinario proceſſiſſe. Sed de hac tota cauſa, vide Socr. lib. 6. Sozom. lib. 8. Palladium & Gregorium Alexandrinum in vita Chryſoſtomi; præter Nicephorum lib. 13. Baron. anno 404. num. 20. & ſequentibus.

EPISTOLA XXVIII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD S. IOANNEM CHRYSOSTOMVM.

Ioannem Chryſoſtomum a Iua eccleſia exulantem conſolatur.

TAMETSI innocentem bona omnia expectare, & a Deo miſericordiam petere conueniat: tamen nos quoque, qui tolerantiæ malorum ſuaſores ſumus, literas

Verſa e Græco Nicephoro Callisto l. 13. c. 32. Sozomen. lib. 6. c. 16.

haſce, pro eo atque decuit, cum Cyriaco diacono ad te dedimus, ne aduerſariorum iniuria plus poſſit quam bona conſcientia, dum in ſpe cum illa luctatur. Non enim opus eſt doceri te tot populorum doctorem & paſtorem, optimos quoſque ſæpe atque adeo ſemper probari, an in vigore patientiæ perſiſtant, neque alicui dolorum labori cedant. Et eſt profecto res ſtabilis & firma, conſcientia bona in malis, quæ iniuſte accidunt, omnibus: quæ niſi quis patientia vincat, indiciũ de ſe malæ ſuſpicionis præbet. Omnia namque ſuſtinere debet, qui Deo primum, deinde ſuæ quoque confidit conſcientiæ: quandoquidem bonus atque honeſtus vir exerceri ad patientiam maxime poteſt, vinci autem non poteſt. Nam mentem eius diuinæ cuſtodiunt ſcripturæ. Abundant autem exemplis lectiones ſacræ quas populo tradimus: & omnes prope ſanctos variis modis & continenter malis afflictos eſſe cum fide atteſtantur; quippe qui tamquam in aliquo iudicio explorati, tandem ſic ad coronam patientiæ peruenere. Conſoletur igitur caritatem tuam, frater reuerendiſſime, conſcientia tua, quæ in tribulationibus ſolatium virtutis obtinet. Inſpiciente namque ipſo Chriſto Domino, in portu pacis petra conſtabit conſcientia.

EPISTOLA XXIX.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD CLERVM ET POPVLVM CONSTANTINOPOLITANVM.

Commendat cleri & populi Conſtantinopolitani conſtantiam in ærumnis perferendis, quæ ei ob Ioannis Chryſoſtomi exilium euenerant.

Innocentius epiſcopus, presbyteris & diaconis, totique clero & populo eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quæ ſub Ioanne epiſcopo eſt, fratribus dilectis, ſalutem.

Ex Græco Nicephori lib. 13. c. 32. Sozomen. lib. 8. c. 6.

EX literis dilectionis veſtræ, quas per Germanum presbyterum & Caſſianum diaconum ad nos dediſtis, ſcenam malorum, quam ob oculos poſuiſtis, anxia ſolicitudine cognoui; & quibus ærumnis maliſque fides laboret, repetita ſæpius lectione perſpexi. Cui rei ſola patientiæ conſo-

consolatio medetur. Dabit enim breui Deus noster afflictionibus tantis finem, quas sustinuisse proderit. Sed enim hanc ipsam necessariam consolationem, in initio epistolæ dilectionis vestræ positam, consilium propositumque vestrum laudantes, intelleximus, multa patientiæ testimonia complectentem. Consolationem namque nostram, quam ad vos scribere debuimus, literis ipsi vestris præoccupastis. Eam siquidem laborantibus Dominus noster præbere patientiam solet, vt in ipsis tribulationibus seipsos Christi serui solentur; secum ipsi reputantes, eadem antea sanctis, quæ ipsi patiuntur, accidisse. Sed & nos ex ipsis literis vestris afferre vobis solatium possumus. Non enim ab eo, vt vobis condoleamus, alieni sumus: siquidem & nos in vobis affligimur. Quis namque ferre possit, quæ ab illis designantur, quos maxime conueniebat pacificæ tranquillitatis & concordiæ studiosos esse? Nunc insolito more sedibus ecclesiarum suarum innocentes eiiciuntur episcopi. Quod sane primus frater & collega noster, episcopus vester Ioannes, per iniuriam est passus, causa indicta, & crimine neque obiecto neque audito. Quæ vero hæc prohibita ratio est, vt iudicii specimen non seruetur, aut de causa non quæratur? In locum viuentium episcoporum alii subrogantur, quasi qui ab eiusmodi delictis prorumpunt, a quopiam iudicari possint recte quidquam vel dicere vel facere posse? Nunquam sane patres nostros talia ausos fuisse, sed potius vetuisse cognouimus, ne cui in locum viuentis per consecrationem alium substituendi sit potestas. Minime enim consecratio siue electio reproba honorem adimere episcopo potest: quandoquidem neque episcopus ille esse potest, qui inique substituitur: quoniam hæc contra Canonum obseruationem sunt. Canonibus porro obsequendum esse scribimus, qui Nicææ sunt decreti: quos solos consectari decet ecclesiam catholicam, & iuxta eos iudicare. Si in aliis a quopiam proferuntur, a Nicænis Canonibus dissonantes, & hæreticos auctores referentes, ii a catholicis episcopis reiiciuntur. Hæreticorum namque inuenta catholicis Canonibus non sunt annectenda. Semper enim illi per contraria nefaria decreta, patrum Nicænorum Concilium minuere intendunt.

Quapropter non ſolum hoc dicimus, iſtos ſequendum non eſſe, verum etiam cum hæreticis & ſchiſmaticis ſeu diſſidioſis dogmatibus condemnandum : quemadmodum antea in Sardicenſi Concilio ab epiſcopis, qui nos præceſſerunt, factum eſt. Nam quæ ſic perperam inducuntur, magis damnare conuenit, quam vt quæ directe contra Canones ſtatuuntur, aliquam habeant, fratres reuerendiſſimi, firmitatem. Ceterum quid contra iſtos in præſentia agendum? Synodali cognitione peropus eſt, quam dudum etiam cogendam eſſe cenſuimus. Sola enim illa talium procellarum motus ſopire poteſt: quam vt obtineamus, vtile nunc fuerit medicinam & opem hanc ad voluntatem magni Dei & Chriſti eius Domini noſtri referre. Omnia quæ diaboli inuidia ad fidelium explorationem ſunt perturbata, pacabuntur. Stabilitate fidei nihil non ſperare a Domino debemus. Nos quidem multum deliberamus & diſpicimus, quomodo vniuerſalis Synodus congregetur, vt de voluntate Dei turbulenti iſti motus compeſcantur. Itaque interea ſuſtineamus, & patientiæ muro circumuallati, omnia auxilio Dei noſtri reſtitutum iri ſperemus. Quæcumque vero vos ſuſtinuiſſe ſcripſiſtis, ea quoque omnia antea, quamuis diuerſis maxime temporibus, a collegis veſtris epiſcopis, Demetrio, Eulyſio & Palladio, qui Romam venerunt, & nobiſcum fuerunt, percunctatione accurata cognouimus.

EPISTOLA
S. IOANNIS CHRYSOSTOMI
AD INNOCENTIVM PAPAM.

Pontificis ſummam ſolicitudinem in eccleſiæ perturbationibus ſedandis laudat, eique de paterna erga ſe beneuolentia gratias agit.

Innocentio epiſcopo Romæ, Ioannes in Domino ſalutem.

Scripta anno 406. cum foret in exilio.

CORPVS quidem noſtrum vno eodemque loco tenetur, & ſtabilitum eſt: animus autem caritatis ala in vniuerſo orbe circumuolitat. Proinde licet tanta

itineris intercapedine separati simus, a pietate tamen vestra non absumus, sed quotidie vobis præsentes sumus. Animi enim oculis videmus vestram illam fortitudinem, & sinceram affectionem, constantiamque non mutabilem, & quod vos consolari nos plurimum & perpetuo cupiatis. Quanto enim fluctus extolluntur sublimius, & plures latent scopuli, vehementioresque venti sunt & tempestates, tanto & vigilantia vestra augetur. Neque vos tanta viæ prolixitas, neque tantum temporis interuallum, neque causarum difficultas segniores reddidit: sed perseueranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maxime vigiles sunt, quando eleuari fluctus, & mare intumescere, & multas aquas in nauim inundare, grauissimamque interdiu noctem ingruere vident. Eapropter & gratias vobis habemus multas, & desideramus quidem ad vos dare crebras literas, id quod nobis maximo foret solatio. Verum quia solitudo huius loci in tantum vos a nobis separat, neque facile ad vos peruenire valent hi qui nobiscum agunt, vel etiam qui in vicino habitant, tum quod in extremis finibus locus ille situs est, tum quod latrones vias illas vndique obsident; precamur vt diuturnum silentium nostrum efficiat, quod magis nobis condoleatis, quam quod nos reos putetis negligentiæ. Neque enim contemptus in causa est, quod tacuimus. Nunc enim multo tempore venerabilem, & dilectum Ioannem presbyterum, Paulumque diaconum in hoc tenuimus, vt scriberemus. Perpetuas enim vobis gratias agimus, quod paternam erga nos beneuolentiam declarasti. Nam quantum in vestra pietate situm fuit, iam res omnes sedatæ & emendatæ, & sublata omnia scandala fuissent, gauderentque ecclesiæ tranquilla & sincera pace: & essent plane secunda omnia, neque contemptæ leges, neque violatæ patrum constitutiones forent. At illi in suis impiis operibus pergunt, & quasi antea nihil attentarint, ita priora malefacta recentibus vincere certant. Nolo autem omnia, quæ interim gesta sunt sigillatim recensere, quandoquidem non solum epistolæ, sed & historiæ modum transcenderet narratio. Ceterum vestram oro vigilantiam, quod licet illi omnia tumultibus impleuerint, laborauerintque morbis incurabilibus,

& pœnitentiæ non capacibus: si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neque e cœtu abiiciantur, considerata tanti operis magnitudine. Certamen enim illud ferme totius orbis est. Ecclesiæ vsque ad genua humiliatæ sunt, populi dispersi, clerus diuexatus, episcopi exules, constitutiones patrum violatæ. Et idcirco iterum atque iterum, & sæpius vestram oro diligentiam, vt quanto maior est tempestas, tanto maius adhibeatur studium. Expecto quidem futurum, vt aliquanto amplius corrigantur. Quod si minus fiet, vos vestram coronam paratam apud misericordem Deum habebitis: & hi qui iniuria afficiuntur, consolationem ex incremento caritatis vestræ non minorem accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exilio versamur, expositi pesti, fami, bello, continuis obsidionibus, solitudini indicibili, quotidianæ morti, & Isauricis gladiis: & non mediocriter nos consolantur solida vestra fides & caritas, quæ se in me tam tenui & simplice oblectant. Hic noster murus, hæc securitas: hic portus absque fluctibus, hic multorum bonorum thesaurus, hæc lætitiæ mirificæque voluptatis causa est. Et si in desolatiorem, quam ille est, locum iterum abigemur, non paruam hinc habentes nostrarum afflictionum consolationem, abimus.

EPISTOLA XXX.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD ARCADIVM IMPERATOREM.

Excommunicat persecutores S. Ioannis Chrysostomi.

Ex Niceph. lib. 13. c. 34. scripta post Chrysostomi in exilio mortem, anno 407.

VOx sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, o imperator, sicuti quondam Abel iusti contra parricidam Cain: & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modo admisisti, sed etiam pacis tempore persecutionem magnam aduersus Deum & ecclesiam eius concitasti. Eiecisti e throno suo, re non iudicata, magnum totius orbis doctorẽ, & vna cum eo Christum persecutus es. Neque de illo ita queror, (sortem enim seu hereditatem cum sanctis apostolis in Dei & seruatoris nostri Iesu Christi regno consecutus est) quamuis intolerabilis ia-

ctura ea sit: sed affligor propterea, quod primum de animarum vestrarum salute, deinde de eis qui sapientissima, spirituali & diuina doctrina & institutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, sum solicitus. Non enim ecclesia tantum Constantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, sed & orbis sub sole totus ad orbitatem redactus est, viro tam diuino amisso, persuasione vnius mulieris, fabulam hanc & spectaculum exhibentis. Verum excipiet illa & præsentem hic pœnam & futurum sempiternum supplicium non post multos hosce dies ei adueniens. Tametsi enim beatus Ioannes vitam reliquit, fide seruata & fluctuantibus confirmatis: in æterna tamen sæcula sempiternarum deliciarum & immortalis vitæ hereditatem est consecutus. Noua autem Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris seu seductionis nouacula totondit, execrationem ex multorum ore sibiipsi induxit, graue, & quod gestari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni apostoli Petri creditus est, segrego te & illam a perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri. Episcopum etiam omnem aut clericum ordinis sanctæ Dei ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora, qua præsentes vinculi mei legeritis literas, dignitate sua excidisse decerno. Quod si, vt homines potētes, quemquam ad id vi adegeritis, & Canones vobis a seruatore per sanctos apostolos traditos transgressi fueritis, scitote non paruum id vobis peccatum fore in horrenda illa iudicii die, cum neminem huius vitæ honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Ioanne in thronum episcopalem produxistis, etiam post obitum exauctoramus, vna cum omnibus qui consulto cum eo communicarunt episcopis: cuius etiam nomen sacro episcoporum albo non inscribatur. Indignus enim eo honore est, vt qui episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plantatio, quæ a patre nostro in cælis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam a Christianismo alienationem.

Eudoxiam imperatricem notat, qua instigante eiectus fuerat B. Ioannes Chrysostomus.

Prædicationem probauit euentus, nam paulo post vita excessit imperatrix.

EPISTOLA
ARCADII IMPERATORIS
AD INNOCENTIVM.

Respondet præcedenti.

Ex Glyca annal. part. 4.

NORVNT omnes homines mentis compotes, commissa per ignorationem nec diuinitus nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium luere. Quod quidem propterea scripsi, vt mansuetudinem tuam certam redderem, nos nihil eorum cognitum habuisse, quæ nostris antistitibus & clericis acciderunt: cuius rei testem benignum illum Deum imploramus. Nimirum purus & innocens sum, quod ad ipsorum condemnationem attinet: quippe cum eorum communione sim vsus, causæ nihil erat, quamobrem eos affligeremus. Quod autem attinet ad filiam tuam Eudoxiam; scito me illi parum moderate pro ratione delicti mercedem retulisse: quo sane factum est, vt ex eo mœrore & angustia, difficili grauissimaque correpta ægritudine decumbat. Igitur quod supereſt, enixe te obsecro, vt nos a segregatione liberes, nec multipliciter punias: non enim ipse Dominus idem ob delictum bis hominem percutit.

EPISTOLA XXXI.
INNOCENTII PAPÆ I.
AD THEOPHILVM ALEXANDRINVM Episcopum.

Theophilo scribit neque ipsum neque S. Ioannem Chrysostomum a sua communione alienos esse; quod si ipse contra Chrysostomum acta iusta esse confidat, ad Synodum, vbi illius causa agetur, accedat.

Ex Palladio in vita B. Chrysost.

FRATER Theophile nos & te & fratrem nostrum Ioannem communionis nostræ esse decreuimus, sicuti & in prioribus literis aperte satis expressimus, & nunc in sententia nostra, & voluntate perdurantes, rursus eadem scribimus. Et quotiescumque scripseris, nisi debitum sequatur, conuenienſque iudicium, propter ea, quæ ma-

gno cum dedecore sunt gesta, possibile non est, nos a Ioannis communione discedere. Itaque si conscientiæ confidis, tu quoque iudicio accurre ad Synodum proxime in Christo celebrandam, & illic iuxta Nicæni Concilii Canones & Decreta contende. Alios quippe Canones Romana non admittit ecclesia. Quod si obtinueris, euidens & irrefragabilis erit ratio tua.

EXEMPLVM SACRÆ HONORII AVGVSTI MISSÆ AD PRINCIPEM orientis Arcadium.

Cum Honorius S. Ioannem Chrysostomum iniuste in exilium pulsum, facinora ob id in ecclesia perpetrata, & templi Constantinopolitani incendium non sine magno animi dolore cognouisset; Arcadium fratrem hortatur, vt hæc corrigat atque emendet, asserens episcoporum causas non principum iussu, sed episcoporum Concilio, ac Romani pontificis auctoritate tractandas & definiendas esse.

QVAMVIS super imagine muliebri nouo exemplo per prouincias circumlata & diffusa per vniuersum mundum obtrectantium fama literis aliis commonuerim, vt talis facti pœnitentia, & intermissione propositi, rumor æmulus consenescat, & quod in moribus temporum carpat publica lingua non habeat. Quamuis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodiderimus affectu esse nobis dolori, cur ista vos detrimenta reipublicæ nolueritis agnoscere, & aliis potius indicibus, quam pietatis vestræ literis fuerint nuntiata: tamen ne illud quidem apud serenitatem vestram dissimulare nos fas est, quod in rebus diuinis non sine publici discriminis metu, nuperrime contigisse, cita semper malorum enuntiatrix fama non tacuit: &, vt natura fert hominum, quæ ad obtrectandum nouis semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi, malitiam suam in tempora, studio sæuæ loquacitatis, exercet. Est enim nuper proditum apud Constantinopolim, sacratissimo Paschæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum vrbium populos religio castigatiore sub præsentia principum ritu celebranda collegerat, clausas subito catholicas ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, scilicet,

In carcere detenti paschatis die principum indulgentia liberantur.

vt eo potissimum tempore, quo indulgentia principali tristia noxiorum claustra reserantur, piæ legis, & pacis ministros, sæuus carcer includeret, omniaque bellicum in modum turbata mysteria nonnullos in ipsis ecclesiæ sacrariis interemptos, tantamque circa altaria vim sæuisse, vt & venerabiles episcopi in exilium truderentur, & sanguis humanus (quod dictu nefas est) cælestia sacramenta perfunderet. His repente compertis, turbatos esse nos fateor. Quis enim in facinore tam cruento Dei omnipotentis non timeret offensam? Aut quo pacto extra summum Romani orbis, omniumque mortalium putaret esse discrimen? cum ipse auctor nostri imperii, & reipublicæ, quã nobis credidit gubernator omnipotens Deus, funestis admodum execrabilibusque commissis crederetur irasci, Domini sancti, frater nepoſque Augusti venerabiles, cum si quid de causa religionis inter antistites ageretur, episcopale oportuerit esse iudicium. Ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. Sed esto sibi de mysticis, & catholicis quæstionibus amplius aliquid principalis cura præsumpserit, itane vsque ad exilia sacerdotum, vsque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere, vt vbi castæ preces, vbi vota sincera, vbi sacrificia illibata soluuntur, illic se gladius haud facile etiam in iugulum noxiorum distringendus exerceret. Rebus denique ipsis docetur, quid super his senserit diuina Maiestas. Primum quidem hoc præsentis commotionis iudicium fuit: atque vtinam solum: facit enim humana trepidatio tanti sibi conscia perpetrati, vt grauius aliquid (quod auertat omnipotens Deus) post terribilis vltionis experimenta metuamus. Audio ecclesiam sacrosanctam tot imperatorum opibus expositam, preciosis cultibus nobilem, tanta supplicantium principum oratione augustissimam flagrasse, & illud Constantinopolitanæ vrbis vnicum lumen in fauillas dilapsum, Deo non vetante fumasse, (execrari enim videtur inquinata mysteria) & auertisse oculos ab eo loco, quem iam sanguis infecerat, ne obsecrare quis pietatem cælestem sub cruentis posset altaribus, ædificia quoque diuina non minore splendore nobilia ex concitatione sæuientis incendii, flamma se latius effundente, consumpta,

Episcoporum est religionis causas terminare: imperatoris vero religioni obsequium præstare.

Pallad. in vita S. Ioan. Chrysost. ante medium. Sozom. lib. 8. c. 22.

sumpta, & quæ publicam faciem elaborata maioribus nostris ornamenta decorabant, velut quodam vrbis funere concremata. Hæc ego quamuis crebris iniuriis lacessitus tacere debuerim, nec coniunctissimum fratrem, regnique consortes tam fideliter admonere; tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens, hortor, atque suadeo, vt hæc, si fieri potest, emendatis in posterum moribus corrigantur, ac diuina iracundia, quantum re proditur excitata, votorum sedulitate placetur. Accipite a me summum simplicitatis indicium. Idcirco hoc clementiæ vestræ insinuandum putaui, ne me velut gratulatione occulta faceret apud quemquam taciturnitas ipsa suspectum, neve quis crederet me talibus factis præbere consensum, & qui sæpe ne acciderent commonuerim, posteaquam commissa sunt, non dolerem. Nam quis esse posset expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, vt omnem catholicæ fidei statum necesse sit fluctuare? Erat inter episcopos causa, quæ collato tractatoque consilio deberet absolui: missi ad sacerdotes vrbis æternæ atque Italiæ vtraque ex parte legati, expectabatur ex omnium auctoritate sententia, informatura regulam disciplinæ: integrum nempe esse debuerat, neque quidquam nouari, dum definitio deliberata procederet, cum interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, vt non expectatis literis sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus in exilium truderentur antistites; animaduersioni prius addicti quam sententiam iudicii episcopalis experti. Denique quam immatura illa damnatio fuerit, res probabit. Namque hi, quorum expectabatur auctoritas, pacifica Ioanni episcopo communione permissa, sanciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putarunt ante iudicium consortio repellendum. Quid nunc aliud supereſt, quam vt catholicam fidem schismata in diuersum dissociata dilacerent, quam vt hæreses communioni semper inimicæ ex tanta gestarum rerum varietate nascantur, vt iam populo pene non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum diuersitate discedat, cum ex auctoritate publica discordiarum materies sit præmissa, & fomes quidam

A sede apostolica in episcoporum causis sententia fertur.

Nullus indicta causa damnandus.

nutriendæ seditionis animatus. Quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudescat, vota facienda sunt, vt ad humanas prolapsiones patiens Deus rem male gestam prosperet ac secundet. Nam quantum in nobis est, possumus timere quod gestum est, quantum ad pietatem semper placabilis Dei non erit meriti impunitas indulta, sed veniæ.

EPISTOLA XXXII.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD IOANNEM HIEROSOLYMITANVM EPISCOPVM.

Cum Ioannes Hierosolymorum episcopus Origenis errores sequeretur, Hieronymus apud Bethlehem degens, aliique permulti ab eius communione abstinebant. Quamobrem Ioannis opera multis affecti sunt malis, de quibus Eustochium & Paula apud Innocentium pontificem conquestæ sunt, malorum auctorem & causam reticentes: propterea Ioanni Innocentius scribit, vt diligenter ecclesiæ suæ prospiciat, & istiusmodi mala corrigat.

S. Hieron. in epist. 61. ad Pammach.

DIREPTIONES, cædes, incendia, omne facinus extremæ dementiæ, generosissimæ sanctæ virgines Eustochium & Paula deplorauerunt in locis ecclesiæ tuæ perpetrasse diabolum: nomen enim hominis, causamque reticuerunt. Quod etsi ambiguum non sit a quo commissum, oportuit tamen custodire germanitatem tuam, & gregi illius solicitius prouidere, ne quid huiusmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua lacessit negligentia amittere gregem Domini, & tales agnas incendio, armis & persecutionibus nudas, debiles, post suorum cædes & mortes vix viuere audiuimus: nihil mouet pietatem illam sacerdotii tui de tanta diaboli in te atque in tuos potestate admissa: in te inquam: prorsus enim sacerdotis grauitatem condemnat tantum nefas in ecclesia fuisse completum. Vbi prouisiones tuæ? vbi certe, si casus euenerant, auxilia vel consolationes? cum plus se adhuc metuere dicant, quam conqueruntur esse perpessas, altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius collocutæ. Vide, frater, antiqui hostis insidias, & spiritu boni rectoris peruigila, vt hæc, quæ ad nos opinione magis quam accusatione manifesta delata sunt,

vel corrigantur, vel retundantur; ne ius ecclesiasticum de labefactatis causis eum qui non defenderit, præstare compellat.

EPISTOLA XXXIII.

INNOCENTII PAPÆ I.

Hieronymum consolatur ob mala quæ perpessus fuerat, ac Ioanni Hierosolymorum episcopo ait se scripsisse, vt prouideat, ne deinceps in sua ecclesia hæc contingant.

Dilectissimo filio Hieronymo presbytero, Innocentius.

NVNQVAM boni aliquid contentionem fecisse in ecclesia testatur Apostolus, & ideo hæreticorum correptiones primum fieri iubet, magisque diuturna duci collatione. Quæ regula dum negligenter aspicitur, malum non vitatur, quod cauendum est, sed augetur. Tamen quoniam dolor gemitusque tuus ita quatit viscera nostra, vt ratio non tractandi consulendique sit: primum constantiæ tuæ alloquor fidem. pro veritate quisque iniuria, aut (vt dicis) periculo percelletur, qui expectat beatitudinem, multis sæpe narrastis, & tuæ verbis prædicationis bene memorem commonemus. Itaque excitati tanta malorum scena, arripere auctoritatem sedis apostolicæ ad omne comprimendum nefas festinauimus; sed in quem insurgeremus, nec nomine appellatum legimus, nec criminis aliqua ratione taxatum. Quod ergo possumus, condolemus. Si deposueris autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem, aut iudices competentes tribuam, aut si aliquid vrgentius solicitiusque nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime: tamen episcopo fratri meo Ioanni scripsi, vt circumspectius agat, ne quid circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale præuidere, & propellere ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit & postea molestissimum.

EPISTOLA XXXIV.

INNOCENTII PAPÆ I.

Quod facere potuit, se Hieronymi causa fecisse dicit.

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius episcopus.

PIISSIMAM etiam ad nos perueniendi tuam affectionem bene compresbyter noster credidit Hieronymus: compatimur gregis nostri membro, & quod faciendum duximus, vel facere potuimus, sumus velociter executi. Germanitas tua, frater carissime, citius literas memorato reddere festinet.

[a] CONCILIVM MILEVITANVM [b] I. GENERALE SVB INNOCENTIO

Kalendis Septembris [c] anno Christi 402. habitum

ACTA illius Græce & Latine extant infra in Concilio Africano, quæ sic incipiunt: [d] *Glorioſissimis imperatoribus Arcadio & Honorio V. consulibus* VI. *Kalendas Septembris;* reliqua in dicto Africano Concilio infra require. Anno Christi 402.

NOTÆ.

Locus Concilii. [a] *Concilium Mileuitanum.*] Sic dictum a Mileui, qui est Africæ propriæ locus, teste Abrahamo Ortelio in thesauro geographico. Mileuitanæ regionis & ciuitatis meminit S. August. epist. 129. & 168. Vnde liquide apparet errare eos, qui hoc Concilium in Melita insula habitum scribunt.

Acta Concilii. In hac Synodo post confirmata synodalia Decreta, diuersorum episcoporum causæ in medium adlatæ sunt. Cresconii Villaregiensis episcopi causam, ante omnes alias in iudicium deductam esse, constat; sed quid in ea decretum ac constitutum fuerit, non apparet. Post hanc tractata fuit causa Quodvultdei Centuriensis episcopi, de qua illud a patribus definitum, quod Canon hic, & sub titulo de iudiciis in Decretaliũ libro secundo editus habet. Tertio lectus est libellus Maximiani Vagiensis episcopi, qui cum ex Donatistarum schismate ad ecclesiam catholicam conuersus non pacifice a populo reciperetur, bono pacis consulens, significabat se suæ sedi renuntiare; rogans etiam, vt ad bene consulendum paci ecclesiasticæ, alius in locum

ANNO CHRISTI 402.

suum subrogetur. Causa igitur diligenter examinata, patres spontaneam & honorificam illius propter bonum pacis factam abdicationem admiserunt, atque fratrem ipsius Castorium, ad quem S. Augustini & Alypii literæ hoc anno cum laude Maximiani descriptæ extant, in eius locum subrogarunt. Ad hanc Synodum spectare videtur quod scribit S. Augustinus epistola 236. ad Xantippum de presbytero quodam, qui cum ob ieiunii natalis Domini violationem, officio suo per Augustinum merito priuatus fuisset, ad Synodum appellauit, suamque causam sex delegatis iudicibus episcopis committi impetrauit. Cum de primatu Numidiæ inter Xantippum Constantinæ, & Victorinum alterius ciuitatis in Numidia disceptatum esset, vt constat in præfatione Concilii Carthaginensis VI. & 217. epist. August. ad Victorinum, in hoc Concilio primatus Numidiæ Xantippo sedique Constantinæ adiudicatus fuit. Vnde Iustinianus imperator lib. 2. Cod. de offic. præf. prætor. Afric. Constantinam ciuitatem primam sedem Numidiæ appellat. De hac Synodo intelligendum est istud S. August. epist. 168. ad Eusebium, qua negat sui muneris esse, parricidium a filio quodam catholico ad Donatistas transfuga matri intentatum, ad Mileuitanam Synodum deferre: maxime cum res in aliena diœcesi gesta, ob imminens periculum, ad magistratum delata esset. Hæc ex Baron. ann. 402. num. 58. & sequentibus vsque ad finem.

Presbyter quidam ob violatum ieiunium, officio suo priuatus est.

Primatus Numidiæ Constantinæ ciuitati adiudicatus.

[b] *Primum.*] Sub Innocentio pontifice duo habita sunt Concilia Mileui in Numidia: vnum sub primatu Xantippi, Arcadio & Honorio V. consulibus, anno Domini 402. qui est Innocentii primus; in quo post paucula Decreta synodalia confirmata, Cresconii, Quodvultdei, Maximiani & Xantippi causæ tractatæ fuerunt. Alterum habitum est sub Siluano, Numidiæ primate, Theodosio VII. & Palladio consulibus, anno Domini 416. qui est Innocentii 15. in quo vnanimi consensu Pelagiana hæresis, tempore Mileuitani primi necdum exorta, condemnata fuit. Librariorum vitio, vel potius collectorum incuria accidit, vt duo hæc Mileuitana vnum idemque Concilium esse arbitrati, simul in vnum conflauerint, & ex duobus vnum fecerint. Causam erroris accepisse videntur; primum a loco ipso, quod scilicet vtrumque Mileuitanum diceretur. Secundo, quod vtrumque generale Concilium fuerit. Tertio, quod sub vno eodemq; Romano pontifice Innocentio ambæ Synodi collectæ esse noscantur. Denique quod vtrique eadem præfatio, quæ huius dumtaxat propria, & subreptitie in secundam translata est, præfixa habeatur. Baron. ann. 402. num. 54. & 55. Item 416. num. 2. & 3. &c.

Duo Mileuitana Cõcilia diuerso tempore habita, librariorum vitio confusa fuerũt.

Qua ratione Mileuitana Concilia confundi contigerit?

[c] *Anno* 402.] Arcadio nimirum & Honorio V. consulibus, vt patet ex præfatiuncula Concilii. Horum autem consulatus cum allegato anno Christi & primo Innocentii coincidit, vt ex fastis patet.

Quo tempore hoc Concilium habitũ sit.

[d] *Glorioſiſſimis imperatoribus.*] Hæc præfatiuncula huius tantum Concilii est. Eadem præfixa extat Mileuitano II. sed vsque ad illa verba, *Ideoque pariter*, &c. mendose, & librariorum aut collectorum errore, vt diximus. Nam tempore Mileuitani II. Aurelius Car-

Præfatiuncula huic Concilio subreptitie addita.

thaginensis eodem tempore celebrato præsidebat, vt infra dicemus. ANNO CHRISTI 402.

[c] *Arcadio & Honorio V. consulibus.*] In Concilio Africano sub Cælestino, Can. 52. omisso numero consulatus additur *viris clarissimis:* sed mendose & imperitorum librariorum errore. Nam eiusmodi nomenclatura ab imperatoribus abhorret, soletque tantum poni, vbi alii sub imperatore constituti nobilissimi viri, eadem consulatus dignitate donãtur. Puto accidisse, quod loco harum duarum literarum V.C. quintum consulatum denotantes, illi *viris clarissimis* posuerint. Hoc Concilium vere sub quinto consulatu Arcadii & Honorii celebratum esse, ex dicto Africano Concilio exploratissime demonstratur. Nam cum quod præcedit superius Concilium, Vincentio & Flabito consulibus, anno Christi 401. habitum fuisse reperiatur, quodque post hanc Mileuitanam Synodum ibidem subiungitur, sub consulibus ann. 403. celebratum fuerit, perspicue significatur Concilium medio loco ibidem collocatum, hoc anno 402. sub V. consulatu Arcadii & Honorii coactum fuisse. Baron. anno prædicto num. 57.

---

[a] SYNODVS [b] AD QVERCVM HABITA, ANNO CCCCIII. IN CAVSA Chrysostomi & Photii.

ACTA [c] huius Synodi extant ex Photii bibliotheca apud Baronium, anno 403. num. 17. 18. 19. ANNO CHRISTI 403.

NOTÆ.

Causa Concilii. [a] *Synodus.*] Causa habitæ Synodi hæc est: Theophilus ad dicendam causam de criminibus illi ab Origenistis impositis Constantinopolim euocatus cunctanter venit: verum in itinere collegit episcopos, quibus ad Chrysostomi depositionem abuteretur; propterea quod Chrysostomus Origenistarum fautor esse videretur. Cum igitur peruenisset Constantinopolim, in suburbio per tres hebdomadas subsistens, ex reo subito factus actor & iudex, consilio suo patefacto, omnes variis de causis Chrysostomo infensos episcopos, clericos, monachos, viros, feminas, ipsam quoque imperatricem Eudoxiam excitat ad accusationes in eum intendendas, quas ipse in Synodo diiudicandas suscepit. Facta citatione Chrysostomi, quadraginta episcopi Constantinopoli congregati, eius nomine responderunt: *Ne soluas,* inquiunt, *Nicæni Concilii Canones, causasque citra tuos terminos ne cognoscas, ipse potius transi ad nos in bene institutam ciuitatem, qui plures sumus ex diuersis prouinciis, in quibus & septem metropolitæ; & vos triginta sex tantum ex vna prouincia: habemus enim contra te libellos capitum 70. apertas & nefarias actiones continentes,* &c. Ipse vero Ioannes Chrysostomus respondit: *Abiicite de medio ve-*

Theophilus Chrysostomo litem mouet.

Chrysost. citatur a Theophilo ad iudiciũ.

Chrysost.

ANNO CHRISTI 403. *strum apertos inimicos meos, & de loco non contendam, in quo oportet me iudicari.* Cum quarto citatus, quarto sic respondisset, ad extremum ad Synodum œcumenicam prouocauit. At illi nulla habita ratione appellationis, sententiam depositionis in eum tulerunt, relationemque ad imperatorem miserunt. *Quoniam accusatus*, inquiunt, *Ioannes quorundam criminum, conscius que ad ea diluenda occurrere noluit: huiusmodi vero deponunt leges, id quod & passus est. Continent autem libelli & læsæ maiestatis crimen. Iubeat hunc pietas vestra expelli, vel inuitum daturum tanti criminis pœnas: nobis enim ista non licet inquirere.* Missio igitur tertio die post abdicationem cum militibus comite, circa vesperum, ne tumultus fieret, se ad nauim perducendum præbuit. Abductione eius cognita, magna populi seditio concitatur, vt etiam alieniores ab eo ad innocentis electi commiserationem commouerentur. Qua causa, & quod terræmotus ea nocte factus terrorem imperatrici incussisset, pluribus nuntiis vno post alium missis imperator eum reuocat, & magno populi applausu accipitur. Restitutus petit ab imperatore suam causam in legitima Synodo tractari; quam Theophilus futuram timens, cum suis fugam arripuit: per literas imperatoris vocatus, prætexens plebis furorem, eiusque timorem, venire contempsit. Hæc ex Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Palladio, & maxime ex epistola ipsiusmet Chrysostomi ad Innocentium. Baronius anno 403. num. 1. vsque ad 32. inclusiue.

declinat iudicium suspectum.

Chrysost. episcopatu abdicatur, & vrbe expellitur.

Chrysost. miraculose in vrbem reductus.

[c] *Ad Quercum habita.*] Locus Synodi ad Quercum dictus fuit suburbium Calchedonis, quod a Rufino consulari iam cognomen habet, & dicitur Rufini suburbium, in quo & regia est & ampla ecclesia, quam ipse Rufinus in honorem apostolorum Petri & Pauli extruxit, & apostolæum ex his appellauit. Hunc locum episcopi aduersarii consulto delegerunt, ne scilicet vim populi suo pastori addictissimi experirentur. Hæc ex Pallad. & Sozom. Baronius, prædicto loco.

Locus ad Quercum dictus, cur, & qualis?

[c] *Acta,* &c.] Extant apud Photium in bibliotheca a Frederico Metio translata. Sed cum in his desiderentur ea quæ ipsemet Chrysostomus epist. ad Cyriacum episcopum sibi ab illis obiecta scribit; nimirum quod non ieiunis eucharistiam porrexisset, quodque cum muliere dormisset; eorumque etiam, quæ a Sozomen. lib. 8 cap. 18. recensentur, nulla plane mentio fiat legitima sintne hæc acta, an potius post obitum Chrysostomi ficta, dubitari potest. Baronius num. 17. & 20.

An acta Concilii commentitia sint.

ANNO CHRISTI 403.

[a]CONCILIVM AFRICANVM I.

[b]GENERALE

SVB INNOCENTIO,

De reconciliandis Donatistis,

Celebratum Carthagine, anno 403. VIII. *Kalendas Septembris.*

ACTA illius Græce & Latine extant infra in Concilio Africano: Incipiunt sic: *Glorioſiſſimo imperatore Theodoſio Auguſto & Rumorido viris clariſſimis conſulibus* VIII. *Kalendas Septembris*, &c.

NOTÆ.

Cauſa Concilii.

[a] *Concilium.*] Præcedente Concilio Africano inter alia Decreta fuit legatio ad Romanum pontificem pro aſſequenda indulgentia, qua Donatiſtis ad eccleſiam catholicam liceret retinere eamdem dignitatem, quam apud ſuos accepiſſent: legati itaque Roma reuerſi, in hoc Concilio, coram omnibus Carthagine ſignificarunt, quæ ab ipſo Romano pontifice Anaſtaſio obtinuiſſent: quod Aurelius in

Decretum Concilii.

præfatione inſinuare videtur his verbis: *Iamdudum enim*, &c. Pro reconciliandis Donatiſtis decretum, debere vnumquemque in ſua ciuitate Donatiſtarum præpoſitos conuenire, vnumque collegam ſibi vicinum adiungere, propterea quod (teſte Auguſtino contra Creſconium lib. 3. cap. 45.) Donatiſtæ laici ab epiſcopis catholicis conuenti reſponderent, de fide cum epiſcopis ſuis agi debere, ſeque noſtram collationem vehementer optare. Forma conuentionis certa præſcripta eſt, & publicata Canone 59. qua Donatiſtas catholici

Forma collationis cum hæreticis præſcripta.

conuenire deberent. Sed quæ hæc ſubſecuta fuerint, Auguſtinus prædicto loco ſubdit his verbis: *Factum eſt, conuenti ſunt, recuſarunt: quibus verbis, quo dolo, maledictione, amaritudine plenis, nunc longum eſt demonſtrare.* Extat conuentio duorum, Auguſtini, Proculianum Hipponenſem epiſcopum Donatiſtarum, & Poſſidii, Criſpinum Calamenſem conuenientis. Sed quo illi ſupercilio & ſuperbia reſponderint, dici non poteſt. Non contenti verbis atrocibus & minacibus egiſſe, Criſpinus quidem Poſſidio inſidias per ſuos tetendit: poſt aperte inſecutus, obſedit, lapidationem fecit, ignem domui iniecit, expugnauit, epiſcopum contumeliis affecit. Ex his quid alii fecerint, coniici poteſt. Vide Baron. ann. 403. num. 35. 37. & ſeqq.

Cur generale Concilium appelletur.

[b] *Generale.*] Sic dictum, quod ex omnibus Africæ prouinciis legationes in eo adfuerint, nimirum ex prouincia Byzacena, Mauritania Sitiphenſi, & Mauritania Cæſarienſi. Ex Numidia vero legati nequaquam mitti potuerunt, ob tumultuantes tirones; vt conſtat ex verbis Alypii eos excuſantis. Baron, num. 35.

Tumultu tironum.] Tirones in Africa deſertores militiæ facti, more

ANNO CHRISTI 403. more prædonum longe lateque grassati sunt; adeo vt imperator quatuor rescriptis ad Hadrianum præfectum prætorii hoc anno datis, eos compescere debuerit.

Conuenimus vos, &c.] Hæc est illa forma conuentionis singulis præscripta, qua quid Donatistarum præfectos conuenturi, principio conuentionis dicere ac facere deberent, decernitur.

[a] CONCILIVM AFRICANVM II. SVB INNOCENTIO

Anno 404. VI. Kalendas Iulias habitum Carthagine, in quo contra Donatistas ad Honorium imperatorem legatio decreta fuit.

ANNO CHRISTI 404. EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano. Initium illius tale est: *Glorioſiſſimo imperatore Honorio Auguſto ſextum conſule*, &c.

NOTA.

[a] *Concilium.*] Anno 404. Carthagine celebratum est Concilium hanc ob causam: Donatistæ ad pacem & concordiam amice inuitati, fraternam communionem non tantum contempserunt: verum etiam conuenientes se episcopos catholicos, vt supra dixi, armata manu exagitarunt. Vt huic itaque malo remedium quæreretur, decreta est legatio ad Honorium imperatorem, vt is sua auctoritate interposita Donatistarum furorem coerceat & compescat. Legatis in Synodo designatis, in scriptis data est admonitio, quæ Commonitorium dicitur, actisque insertum infra ponitur, vnde quid agendum foret cognoscerent. Vt securitati catholicorum interea temporis consulerent, iudices ad sui patrocinium per literas solicitarunt. Legatis commendatitias ad Romanos, aliosque episcopos illius loci, vbi imperator moraretur scriptas, addiderunt. Baron. anno 404. num. 123.

Decreta legatio ad imperatorem cur?

[a] CONCILIVM AFRICANVM III. SVB INNOCENTIO

Anno 405.

ANNO CHRISTI 405. EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano incipit sic: *Stilicone iterum & Arthemio viris clariſſimis conſulibus* &c.

NOTA.

[a] *Concilium.*] Antequam legati præcedente Africano Concilio de- Donatista-

rum coercitio quæ, qualis, cuiusve vtilitatis.

putati, imperatorem cõueniſſent, priuatæ epiſcoporum, & inter alias Maximiani Baiaienſis epiſcopi querelæ præcucurrerant. Vt ergo Donatiſtarum furor & ſæuitia coerceretur, Honorius imperator diuerſas ſanctiones adiecit, quibus mulctam aurariam decem librarum iiſdem perſoluendam impoſuit: teſtamento aut donatione aliquid accipere prohibuit, emptionis & venditionis contractu interdixit, ac demum recuſantes redire ad vnitatem eccleſiæ relegari mandauit. Harum legum ſeueritate & timore plurimi ad eccleſiam reuerſi fuerunt: idque magno totius Africanæ eccleſiæ gaudio. Auguſt. epiſt. 48. 50. & 68. Quam ob cauſam Stilicone ſecundum & Arthemio conſulibus, anno nimirum Chriſti 405. Innocentii 4. Carthagine conuenientes, nihil aliud decreuerunt, quam vt per legationem ad comitatum ablegatam, imperatori de illis, qui relicto ſchiſmate ad catholicam eccleſiam rediiſſent, gratiæ agerentur. Vide Baron. anno 405. num. 34.

ANNO CHRISTI 405.

Decreta legatio quæ imperatori gratias agit.

TOLETANA SYNODVS
SVB INNOCENTIO.
NOTA.

HÆC eſt illa Synodus Toletana, in qua de ordinationibus perperam factis actum fuit, & ad quam Innocentius epiſt. 23. ſupra extantem ſcripſit. Hanc ab illa priore ſub Anaſtaſio habita diuerſam eſſe, ſupra in notis eiuſdem Synodi probauimus, quas conſulere poteris.

[a]CONCILIVM AFRICANVM IV.
SVB INNOCENTIO
Anno Domini 407.

EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano ſub Cæleſtino: Incipit ſic: *Glorioſiſſimis imperatoribus Honorio ſeptimum, & Theodoſio ſecundum, iterum Auguſtis conſulibus, Idibus Iunii*, &c. cum ſequentibus capitulis: quorum primum in Mileuitano 11. eſt numero nonum, & in Africano, ſexageſimum ſecundum.

ANNO CHRISTI 407.

NOTÆ.

Locus & tempus Concilii.

[a] *Concilium Africanum.*] Hoc Concilium, vt ex annotatis conſulibus liquet, habitum fuit Carthagine anno ſalutis noſtræ 407. qui eſt Innocentii 6. Arcadii & Honorii 13. inter alia ſtatuta ibidem decreta eſt legatio ad Honorium imperatorem, pro defenſione rerum eccleſiaſticarum aduerſus Donatiſtas, atque paganos: ſancitumque vt ad comitatum euntes formatas acciperent ad Romanum pon-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 407. tificem, a quo aliam quærerent formatam ad imperatorem: ideo sane ne hæretici catholico nomine velarentur. Nam illi tantum, teste Optato, manifesti catholici habebantur, quos cum Romano pontifice communicare, formatæ ab eo acceptæ testabantur. Præceptum est etiam, vt formatis dies Paschæ illius anni apponatur: & si propter nondum diuulgatam diem Paschæ is definite non sciretur, decretum est apponi diem anni præteriti, scilicet, post diem Paschæ anni præteriti: vt euenire solet, cum in publicis scriptis, post consulatum, quid factum scribitur.

Placuit etiam vt de dissensione.] Romanus pontifex in causa S. Ioannis Chrysostomi aduersus Theophilum Alexandrinum, & in omnes alios episcopos, qui cum illo aduersus eumdem Chrysostomum conspirarant, mirum in modum commotus fuit; adeo vt missas ab illis epistolas accipere noluerit. De hac dissensione Theodorus diaconus apud Palladium hæc ait: *Est autem Romanæ ecclesiæ sententia, non communicare in finem vsque orientalibus episcopis, maximeque Theophilo, donec Dominus vniuersalis Synodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorum qui ista gesserunt.* Publico itaque Decreto legatis Romam missis mandatum est, vt Africanam ecclesiam, per literas ad Innocentium scriptas, Romanæ ecclesiæ reconcilient. Baronius anno 407. num. 4. & 5.

Can. 68. Romanus pontifex Chrysostomi iniurias vindicat.

[a] CONCILIVM AFRICANVM V. ET VI. SVB INNOCENTIO

Anno Domini 408.

ANNO CHRISTI 408. EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano: sunt que ambo huius exordii: *Basso & Philippo viris clarissimis consulibus*, &c.

NOTA.

[a] *Concilium.*] Post Stiliconem occidentalis imperii perduellem ac proditorem, ab Heracliano anno Christi 408. interfectum, in Africa gentiles & Donatistæ falso rumore iactabant, nequaquam ex voluntate Honorii imperatoris, sed opera dumtaxat Stiliconis leges contra se latas extitisse, adeoque earumdem auctoritatem vna cum ipso Stilicone extinctam esse. Vicissim itaque in catholicos insurrexerunt, plurimosque etiam episcopos necauerunt. Hac occasione Carthagine duobus Conciliis duæ legationes ad imperatorem decretæ fuerunt: quæque per Stiliconem in hæreticos & gentiles statuta erant, Honorius per legatos & Augustini epistolam solicitatus, ex sua sententia multis rescriptis confirmauit & ampliauit. Baron. anno 408. num. 18.

Causa Conciliorum.

Decreta & acta Conciliorum.

ANNO CHRISTI 409.

CONCILIVM AFRICANVM VII.
SVB INNOCENTIO

Anno Christi 409. *habitum.*

EXTAT infra in Concilio Africano: Incipit sic: *Glorioſiſſimis.* Quid in eo geſtum ſit, aliter quam ibi, non conſtat.

[a] CONCILIVM AFRICANVM VIII.
CARTHAGINE
SVB INNOCENTIO

Habitum anno Christi 410.

EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano: Incipit sic: *Poſt conſulatum glorioſiſſimorum imperatorum,* &c. ANNO CHRISTI 410.

NOTÆ.

Cauſam Concilii præbuerunt tyrannis Attali & reſcriptum Honorii.

[a] *Concilium*] Cum Attalus tyrannus inuaſiſſet imperium, & iam Africam eſſet tentaturus, accidit anno Chriſti 410. Innocentii pontificis nono, vt Heracliani in Africa comitis, vel Macrobii in ea proconſulis conſilio, leges aduerſus Donatiſtas datæ ſilerent: etenim vniuerſa Africana prouincia in diſcrimine poſita videbatur; ſi tot legibus exagitati & exaſperati Donatiſtæ pro partibus Attali dimicarent. Quamobrem elicitum fuit ab Honorio imperatore reſcriptum, quo iidem ſinerentur eam quam vellent religionem amplecti: ſicque res tranſacta fuit. Cum autem Attalo exauctorato, periculum illud ceſſaſſet, epiſcopi Africani, quod viderent Honorii reſcriptum in magnum Chriſtianæ religionis diſpendium vergere, collecto Carthagine epiſcoporum conuentu, vna omnium ſententia

Acta Concilii.

decreuerunt, mittendam eſſe ad imperatorem Honorium legationem, quam quatuor epiſcopi ad hoc munus electi ornarent, rogarentque imperatorem, vt edictum pro Donatiſtis latum reuocaret. Et hoc eſt quod in huius Synodi præfatione ſic habetur: *Lex data eſt vt libero cultu quis Chriſtianitatem acciperet.* Hæc ex præſcripto Honorii imperatoris, quod extat lib. 51. de hær. cod. Theod. manifeſte colliguntur. Verba enim reſcripti ſic ſe habent: *Oraculo penitus remoto, quo ad ritus ſuos hæretici ſuperſtitiones obrepſerant: ſciant omnes ſanctæ legis inimici, plectendos ſe pœna proſcriptionis & ſanguinis, ſi vltra conuenire per publicum execranda ſceleris ſui temeritate tentauerint. Datum* 8. *Kalendas Septembris Varane V. C. conſule.* Vnde patet, hac lege irritari præcedens edictum, quo hæreſes legibus ante

ANNO CHRISTI 410. compressæ, ad ritus suos palam redierant. Datum est hoc rescriptum postridie eius diei quo vrbs capta fuit: adeoque merito imperatoris Honorii obtentum credo, quod Alaricus rex Gothorum, vrbem nono Kalendas Septembris captam, post triduum quasi fugatus reliquerit, in sui interitum concitus festinarit, atque imminentem vrbi extremam cladem, Deus propitiatus auerterit. Baron. ann. 410. num. 47. 48. & 49. Vrbem Romam occupat Alaricus Gothorum rex.

[a]SYNODVS PTOLOMENSIS IN LIBYA, AVCTORE SYNESIO PTOLEMAÏDIS episcopo congregata, sub Innocentio papa I.

NOTA.

ANNO CHRISTI 411. [a] *Synodus.*] Anno salutis 411. Innocentii decimo, Honorio & Theodosio imperatoribus celebrata est Synodus Ptolemaide in Pentapoli Ægypti. Causa habiti ibidem Concilii hæc interceßit: Andronicus prouinciæ præfectus multa crudelia in subditos, atque irreligiosa & impia aduersus ecclesiam perpetrarat, quibus in Synodo propositis atque probatis, communi omnium sententia diræ excommunicationis pœna mulctatur. Baron. ann. 411. num. 53. Locus, tempus & causa Concilii.

GESTA COLLATIONIS CARTHAGINI HABITÆ

Honorii Cæsaris iussu inter catholicos & Donatistas coram Marcellino V. C. tribuno & notario post consulatum * Varanis V. C.

* Varonis

Papirii Massonis studio atque opera primum in lucem edita,

AP. PITHOEO V. C. cum manuscriptis collata & emendata.

Collationis codex manuscriptus in veteribus membranis sic inscriptus est:

Liber oblatus ad altare sancti Stephani, voto Tulcherii canonici. *Deinde,* Acta collationis seu gesta continet.

PRÆFATIO OPERIS P. MASSONO AVCTORE.

ACTA *collationis Carthaginensis, Innocentio primo pontifice Romano, Honorii clementißimi Cæsaris iussu habita sunt, anno*

ANNO CHRISTI 411.

post consulatum Varanis, cum nullus in occidente consul esset, propter nimiam rerum perturbationem, Roma ab Alarico Gothorum rege recens capta. Mandato igitur quo hæc disputatio fieri iubetur, locus quidem & dies appositus est; at consulem, qui nullus erat, curiosi frustra requirent. Catholicæ ecclesiæ episcopi collationem fieri petierant aduersus Donati partem: id enim agnoscunt, septem ex eis delecti, Aurelius, Alypius, Augustinus, Vincentius, Fortunatus, Fortunatianus, & Possidius: totidem Donatistæ, Primianus, Petilianus, Emeritus, Montanus, Gaudentius, Adeodatus, & Protasius. atque hi inter absentes episcopos partis suæ, vt fucum facerent, Felicem quasi vrbis Romæ episcopum nominant, licet catholici Innocentium tunc sedere testentur, vt verum erat, vtque probatissimæ fidei annales tradunt, ad annum a partu virginis quadringentesimum vndecimum. Disputatio diuiditur in primam cognitionem, secundam, & tertiam. Tertia sexto Idus Iunias habita est: quo die profertur Marcellini cognitoris sententia, confutatos a catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione asserentis, vt D. Augustini verbis vtar. Hanc sententiam, vt emptam a cognitore catholico, & noctu prolatam, calumniose postea Emeritus & quidam pertinaces Donatistæ arguebant, quos Augustinus acutissime refellit. cui sane laudi esse debet quod epitomen collationis breuissimam scripsit, ideo vtiliorem futuram, quia tertiæ cognitionis magna pars, quæ hic deficit, necessario inde petenda est: vbi de Cæciliano & Mensurio, deque traditoribus sacrorum codicum & supellectilis ecclesiasticæ agitur, Diocletiano & Maximiano ecclesiam acerrime persequentibus; etsi ante Augustinum in libro de hæresibus id quoque ab Optato Mileuitano copiose narratum est. Ac disputauit quidem Augustinus aduersus Donatistas ante collationem, & libros de baptismo paruulorum edidit: simul disseruit aduersus Petiliani literas ex forensi aduocato episcopi, & Cresconium grammaticum dicendo pene obtriuit. Post collationem vero, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. vt ipsemet præfatur, quid egerit cum Emerito satis ostendit libro singulari sic inscripto: De gestis cum Emerito. Atque hunc quidem fuisse vnum eorum septem, quos pro suæ causæ defensione Donatiani delegerant, & qui in eadem causa maxime laborauerat, libro secundo retractationum Augustinus tradit, eoque mortuo Possidius in eius vita etiam refert. Deniq; aduersus Gaudentium Thagmudensem episcopum, quem ex illo numero fuisse eodem quoque libro demonstrat, libros duos conscripsit. At summa vtilitas eius iudicii fuit: nam licet Donatiani Cæ-

ANNO CHRISTI 411.

sarem appellarunt, ab Honorio confirmatum est, nosque edictum ex Cod. Theodosiano huic disputationi annexuimus. cui obediens plebs Donatistarum, desertis episcopis suis, ad ecclesiam catholicam statim rediit, & ex Optati antiquissimo & manuscripto codice interrogationes quasdam collationi intelligendæ necessarias adiici curauimus. cognitorem quidem Orosius libro septimo prudentem, industrium & studiorum bonorum appetentissimum fuisse testatur; ad eumque, non multo post Romam captam, scripti sunt ab Augustino libri viginti de ciuitate Dei, vt præfatio ad eos indicat. De morte autem Marcellini Hieronymus loquitur lib. 3. contra Pelagium: violentam eam fuisse necesse est. Percussorem enim eius & sicarium idem Orosius nominat. Laudandus quoque est Marcellus, qui hoc volumen actorum collationis, quod copiosissimum atque diffusissimum erat, modulata, vt ipse ait, breuitate distinxit atque collegit, vt ex epistola eius ad Seuerianum & Iulianum videri potest. Nec plura hoc loco dicenda existimamus, quia Balduinus præceptor meus in iure ciuili, qui acta commodato tantum in veteribus adhuc membranis ab antistite Meldorum Tillio habuerat, elegantem in ea commentarium edidit.

HI EPISCOPI CAVSAM susceperunt:

CATHOLICI.

Aurelius	Carthaginensis.
Alypius	Tagastensis.
Augustinus	Hipporegiensis.
Vincentius	Colusitanus.
Fortunatus	Constantinensis.
Fortunatianus	Siccensis.
Possidius	Calamensis.

DONATISTAE.

Primianus	Carthaginensis.
Petilianus	Constantinensis.
Emeritus	Cæsariensis.
Protasius	. . . . .
Montanus	. . . . .
Gaudentius	Thagmudensis.
Adeodatus	. . . . .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

DE SVPERIORIBVS EPISCOPIS vbinam loquitur Augustinus.

VENERABILIS *Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ.* lib. 2. retractationum cap. 15.

Alypius Tagastensis episcopus, ex lib. de gestis cum Emerito.

Alypius ex eodem, quo ego ortus eram, municipio, parentibus primatibus municipalibus, me minor natu, & studuerat apud me, cum in nostro docere cœpi oppido, & postea Carthagini, & diligebat me multum, quod ei bonus & doctus viderer, & ego illum propter magnam virtutis indolem, quæ non in magna ætate satis eminebat.

Cum essem in ecclesia Constantinensi, Absentio præsente & collega meo Fortunato eius episcopo. Augustinus lib. 1. contra literas Petiliani.

Possidius Calamensis. Augustinus ex libr. de gestis cum Emerito. Hic in vita beati Augustini scribit se annis quadraginta Dei dono absque amara vlla dissensione familiariter ac dulciter vixisse.

Petilianus episcopus Donatistarum Constantinensis, ex libr. 2. retractationum cap. 34. Et epistola contra Petiliani Constantinensis Donatistæ epistolam, *Meministis*, inquit, *fratres, Petiliani Donatistarum Constantinensis episcopi perparuam epistolæ partem in manus nostras aliquando venisse, eique particulæ quod responderimus, scripsisse me ad dilectionem vestram.*

Contra literas Petiliani Augustinus:

Eat nunc, & anhelis pulmonibus ac turgidis faucibus me tamquam dilectione dialecticum criminetur: imo non me, sed ipsam dialecticam velut mentiendi artificem in populare iudicium ream deuocet, & in eam quamlibet fragosissimo strepitu aduocati forensis ora distendat. Dicat quidquid vult apud imperitos, vnde stomachentur docti, illudantur indocti: me propter rhetoricam Tertulli oratoris, a quo accusatus est Paulus, vocabulo denotet: sibi propter aduocationem, in qua potentiam quamdam suam iactat, paracleti nomen imponat, atque ob hoc se cognominalem Spiritus sancti non esse, sed fuisse deliret.

Emeritus ciuis Cæsariensis & Donatistarum episcopus. Retractat. lib. cap. 51.

Gaudentius Thagmudensis Donatistarum episcopus. Retractat. lib. 2. cap. 59.

De Primiano loquitur Augustinus in libro post collationem sic: *Inuidiam concitant, quod apud imperatorem causam agamus ecclesiæ. Hinc illa Primiani Donatistæ vox: Illi portant multorum imperatorum sacra: nos sola portamus euangelia.*

De ceteris episcopis apud eumdem auctorem nihil reperi.

DILE-

ANNO CHRISTI 411.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS ET IN *Christi nomine venerandis, Seueriano & Juliano Marcellus Memorialis.*

AMPLECTOR alacriter iussionem qua mihi amanter atque in Domino fiducialiter imperastis, vt totius membra negotii, & articulos actionis, quod per istud volumen actorum, prosecutiones partium per longos explicuere conflictus, modulata per me breuitas distinguat & colligat: atque huic operi sola caritate me sentio fateorque sufficere. Ad omnem quippe delegati muneris obsequelam, efficaciores vires habet qui præceptis amore iubentium, quam qui fiducia sui paret. Ac iam quidem in hanc operationem qua in ecclesiæ negotio pro singulorum viribus laboratum est, quantum mea mediocritas potuit, officii mei symbolam dedi: quod a viro spectabili, & in quo plurimum insigne probitatis est, tribuno & notario Marcellino curarum adscitus in partem, non tam merito meo, quam dignatione censentis, communicaui cum iudice librandæ disceptationis laborem. Sed hoc quoque quod me facere voluistis, peculiariter adhibere non piguit. Quandoquidem mihi non minor in eadem re voluptas & gloria est, soluisse nunc fratribus votum, quam cognitori tunc præbuisse consilium. Quidquid igitur laxius a partibus peroratum est, & quidquid interfatibus iudicantis vtrobique signatum est, sedula breuiatione succinxi, consequenter affigens etiam per ordinem notas calculantibus familiares, vt inquirentis intentio iudicem secuta breuitatem, ad id quod deprehendere velit in paginis actionis, non absque commoditate compendii, numeris ducibus directa perueniat. Abusi videamur fortassis otio, dum ad laborem superflua reuocamus. quod nos vere superflue feciſſe fateremur, si in tota voluminum serie perlegenda, habiles esse vellent homines ad laborem. Sed periniquum est eos de istius diligentiæ velut quadam inanitate causari, a quibus si in perlegendis iugiter paginis disputationis huiusce non inanis diligentia flagitetur, eam non esse diligentiam, sed molestiam con-

fitentur. Vnde, quantum ego arbitror, non opus irritum lusimus, qui fastidia lectionis remedio breuitatis exclusimus. Certe, si ex ipsius operationis atque vtilitatis effectu, absolutum esse non poterit, quod vanus labor iste non fuerit: idcirco tamen non ineptum est quidquid hic egi, quia in hoc vobis iubentibus parui. Nunc orauerim, vt in vicissitudinem meriti pro me orare dignemini. Ita enim fiet, vt quod sponte facitis, mihi tamen cedat in remunerationem. Omnipotentia Trinitatis, id est, omnipotentia Dei nostri, caritatem vestram iugiter nostri memorem perpetua pietate custodiat, domini merito dilectissimi, & in Christi nomine venerabiles fratres.

CAPITVLA GESTORVM primæ cognitionis.

I. *De astante officio.*
II. *De ingressis episcopis.*
III. *Interlocutio de qualitate negotii, vbi iubet sibi cognitor imperiale præceptum recitari.*
IV. *Recitatio imperialis præcepti de habenda collatione.*
V. *Recitatio edicti per quod congregari episcopis iubet.*
VI. *Interlocutio de alio iudice eligendo.*
VII. *Responsio Donatistarum, de iudice non postulato.*
VIII. *Interlocutio quod collatio fuerit postulata, non iudex.*
IX. *Responsio Donatistarum, vt hi proponerent, qui collationem petiissent.*
X. *Recitatio edicti, vbi dicit qui modus & locus collationi sit aptus, & quoteni deberent esse ab vtrisque partibus, qui causam peragerent.*
XI. *Vbi iubet cognitor recitari quæ ante collationem pars vtraque peregerit.*
XII. *Prosecutio Donatistarum similis præcedenti.*
XIII. *Interlocutio quod suo ordine omnia peragi debent, & iubet recitari quæ dixerat.*
XIV. *Recitatio notariæ Donatistarum, in qua sibi edictum asserunt displicere.*
XV. *Interlocutio vt catholicorum epistola legeretur.*
XVI. *Recitatio epistolæ catholicorum, in qua edicto consentiunt, & conditiones Donatistis proponũt.*
XVII. *Recitatio edicti, in quo se omnia publicaturum populo pollicetur.*
XVIII. *Vbi recitatur rescriptum catholicorum respondentium notariæ Donatistarum.*
XIX. *Interlocutio de catholicorum consensione, vbi & illi interrogantur, vtrum consentiant?*
XX. *Prosecutio Donatistarum de tempore & de personis.*
XXI. *Interlocutio vt certus numerus constituatur actorum secundum lectum edictum.*
XXII. *Donatistarum prosecutio de tempore exempto, vt iam nihil ageretur instantium.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

XXIII. *Interlocutio qua excluduntur de tempore constituto & certo numero constituendo Donatistæ.*

XXIV. *Vbi Donatistæ de tempore vel de die collationis inquirunt.*

XXV. *Interlocutio excludens supradictam prosecutionem.*

XXVI. *Prosecutio iterum Donatistarum de die collationis exempto.*

XXVII. *Interlocutio vt ad quæsita respondeat officium, & responsio quando quartus mensis impletus sit.*

XXVIII. *Interlocutio de aduentu partis vtriusque Carthaginem.*

XXIX. *Prosecutio Donatistarum de aduentu suo Carthaginem, & quod iam die transacto fieri non debeat ipsa collatio, sed in contumaces pronuntiari debere.*

XXX. *Interlocutio refellens superiorem prosecutionem.*

XXXI. *Prosecutio Donatistarum vt diuinis tantum testimoniis causa tractetur.*

XXXII. *Interlocutio vt numerus constituatur, & sic causa dicatur.*

XXXIII. *Responsio Donatistarum, vt omnes episcopi ipsorum adsint in iudicio.*

XXXIV. *Interlocutio, multitudinem non habere personam.*

XXXV. *Responsio Donatistarum, vt non iuris lege agatur.*

XXXVI. *Interlocutio, non ius, sed contentionem cessare debere.*

XXXVII. *Vbi Donatistæ laudant iudicis integritatem.*

XXXVIII. *Vbi offerunt catholicorum mandatum.*

XXXIX. *Vt, vbi prosequantur, petunt.*

XL. *Interlocutio, vt profiteantur catholici vtrum diuinis tantum agere velint.*

XLI. *Responsio catholicorũ ex mandato cognosci voluntatem suam.*

XLII. *Interlocutio cognitoris qui haberet mandatum.*

XLIII. *Responsio catholicorum, ex eius recitatione posse cognosci.*

XLIV. *Vbi dicunt Donatistæ, legem Dei repudiat qui debeat profiteri.*

XLV. *Interlocutio ad supradicta.*

XLVI. *Responsio catholicorum ad supradicta.*

XLVII. *Vbi dicunt Donatistæ, non debere esse mandatum; sed ius publicum aut legem Dei eligere debere.*

XLVIII. *Prosecutio catholicorum, per dicta diuina ecclesiam se demonstrare, per scripta publica hominum crimina purgare.*

XLIX. *Interlocutio approbans dicta catholicorum.*

L. *Prosecutio catholicorum, per mandatum omnia intimari.*

LI. *Interlocutio approbans supradicta.*

LII. *Vbi catholicis volentibus legere mandatum, dicit cognitor, vt officium recitet.*

LIII. *Prosecutio Donatistarum permittens recitari mandatum, accusans genus accusationis.*

LIV. *Interlocutio, se aliter audire non posse quod imperialibus legibus constitutum est.*

LV. *Vbi recitatur mandatum catholicorum, in quo omnem causam complexi sunt.*

LVI. *Interlocutio approbans mandatum catholicorum diuinis constare testimoniis.*

LVII. *Recitatio subscriptionum primatuum catholicorum.*

LVIII. *Interlocutio requirens numerum subscribentium, & renuntiat officium.*

LIX. *Vbi requirunt Donatistæ catholicos qui subscripserunt.*

LX. *Vbi respondent catholici, vt*

ANNO CHRISTI 411.

mitterent qui illos agnoscerent.

LXI. *Vbi de numero episcoporum catholicorum mouent quæstionem Donatistæ, quod supponi potuerint qui episcopi non fuissent.*

LXII. *Interlocutio contra istam prosecutionem.*

LXIII. *Vbi petunt Donatistæ, vt sigillatim omnes catholicos episcopos permittantur agnoscere.*

LXIV. *Vbi requirit iudex, si bini vbique possunt esse episcopi.*

LXV. *Vbi Donatistæ laudant iudicem de ipsa inquisitione & catholicorum numerositate incongrua conqueruntur.*

LXVI. *Vbi catholici multiloquium reprehendunt.*

LXVII. *Vbi dicunt Donatistæ plus scripsisti, quam dixi.*

LXVIII. *Prosecutio catholicorum vt personæ constituantur actorum.*

LXIX. *Interlocutio quod incompetenter ordinatis mandatum sibi non sit.*

LXX. *Vbi iterum Donatistæ prosequuntur iudicari debere de numero partis vtriusque.*

LXXI. *Interlocutio, quod multitudo opus non sit.*

LXXII. *Responsio catholicorum vbi excusant absentiam suorum.*

LXXIII. *Interlocutio, vt venirent omnes.*

LXXIV. *Vbi rursus catholici turbas non opus esse respondent.*

LXXV. *Interlocutio cognitoris, vtrum loco vno essent episcopi catholici qui dicebantur absentes.*

LXXVI. *Responsio catholicorum, nescire vbi sint, nec debere venire ad collationis locum, nisi eos de quibus dubitatur.*

LXXVII. *Vbi catholici tumultum vel strepitum cauent.*

LXXVIII. *Interlocutio confirmans superius dicta.*

LXXIX. *Vbi dicunt Donatistæ, quod impugnet se actio catholicorum: & instant vt omnes catholici veniant qui subscripserunt.*

LXXX. *Vbi dicunt Donatistæ, confiteri illos cum tumultu venturos.*

LXXXI. *Vbi respondetur a catholicis, quare tumultum formident.*

LXXXII. *Iterum Donatistæ inde.*

LXXXIII. *Responsio catholicorum ad eamdem rem.*

LXXXIV. *Vbi dicunt Donatistæ, si in paucos tumultus fieri non potest, in multos quemadmodum fieri potest? & respondent catholici, iudica.*

LXXXV. *Interlocutio, quod multitudo sacerdotum possit præstare silentium.*

LXXXVI. *Vbi iterum Donatistæ dicunt, omnes debere venire.*

LXXXVII. *Interlocutio, vt de quo dubitatur, veniat.*

LXXXVIII. *Vbi dicitur a Donatistis causa tumultus, vbi, vel quomodo episcopi recitati exeant.*

LXXXIX. *Vbi consentiunt catholici quod petebatur, vt omnes veniant.*

XC. *Vbi sibi volũt Donatistæ mandatum ostendi catholicorum.*

XCI. *Interlocutio, vt fiat quod petierunt.*

XCII. *Vbi dicunt Donatistæ, omnes adsint, aut causa differatur.*

XCIII. *Vbi respondetur a catholicis, quia non differtur: & petunt vt actis offeratur mandatum.*

XCIV. *Vbi ad hoc respondent Donatistæ.*

XCV. *Interlocutio ad eam rem.*

XCVI. *Vbi dicunt Donatistæ præsentiam eorum, non mandatum se velle.*

XCVII. *Vbi dicunt, vt hi qui in-*

ANNO CHRISTI 411.

uenti sunt, intromittantur: & iubetur fieri.

XCVIII. *Interlocutio, satisfactum esse petitionibus Donatistarum.*

XCIX. *Vbi recitari incipiunt singuli episcopi catholicorum, & iubetur vt exeat qui non suscepit negotium.*

C. *Vbi dicitur a catholicis vt & illorum episcopi procedant.*

CI. *Vbi interrogat cognitor, vtrum & Donatistæ consentiant.*

CII. *Vbi suggeritur a catholicis, vt & Donatistæ mandent.*

CIII. *Vbi inquirit cognitor, vtrum cum mãdauerint, exeant & dent locum acturis.*

CIV. *Vbi ad hoc consentiunt Donatistæ.*

CV. *Interlocutio de subscriptionibus etiam Donatistarum in iudiciis intimandum.*

CVI. *Vbi respondent Donatistæ, apud acta se velle mandare.*

CVII. *Vbi cognitor quærit, apud quæ acta.*

CVIII. *Vbi respondent Donatistæ, apud eum se velle mandare: sed ei permittere quid iubeat.*

CIX. *Vbi quæritur a Donatistis quid eligant de mandato catholicorum.*

CX. *Vbi respondent Donatistæ, vt mandatores potius cognoscantur.*

CXI. *Vbi iubetur vt fiat.*

CXII. *Recitatio & interlocutio de ipsis.*

CXIII. *Prosecutio de ipsis.*

CXIV. *Interlocutio & responsio de episcopo Zummensi.*

CXV. *Vbi dicitur a catholicis, vt videantur præsentes & absentes: & iussio cognitoris, vt fiat.*

CXVI. *Interlocutio de præsentibus, & recitatio de inuicem agnoscentibus.*

CXVII. *Responsio Donatistarum de diœcesibus.*

CXVIII. *Et catholicorum ad eamdem rem.*

CXIX. *Iterum Donatistarum inde.*

CXX. *Interlocutio, quod non pertineat ad actionem præsentem.*

CXXI. *De episcopo ad catholicam conuerso: & sequentium nominum recitatio.*

CXXII. *Vbi catholici inquirunt de Feliciano Mustitano.*

CXXIII. *Responsio Donatistarum inde.*

CXXIV. *Iterum catholici inde.*

CXXV. *Iterum Donatistæ inde.*

CXXVI. *Interlocutio vt cœptus ordo teneatur: & recitatur.*

CXXVII. *Responsio catholicorum, de Abeddeo diacono Primiani.*

CXXVIII. *Interlocutio de ipso.*

CXXIX. *Responsio Donatistarum de episcopo Cufreteno cum deesset.*

CXXX. *De alio episcopo Donatistarum, de adulterio damnato.*

CXXXI. *Interlocutio, si fuit ibi catholica: & respondent Donatistæ, non.*

CXXXII. *De mutatis exceptoribus & custodibus datis.*

CXXXIII. *Interlocutio iudicis, vt tabulæ a custodibus signarentur: & recitatio episcoporum.*

CXXXIV. *De episcopo & ecclesia Ceramussense.*

CXXXV. *Recitatio sequentium nominum.*

CXXXVI. *Responsio catholicorum de vnitate Tagastensis ecclesiæ.*

CXXXVII. *Et responsio Donatistarum ad ea.*

CXXXVIII. *Recitatio subscriptionum actorum.*

CXXXIX. *Obiectiones Donatistarum & responsiones catholicorum, cum actores catholici recitarentur.*

CXL. *Obiectio Donatistarum, quod*

ANNO CHRISTI 411.

idem sunt actores qui mandatores.

CXLI. *Interlocutio ad eam rem, & recitatio subscriptionum contra obiectionem Donatistarum.*

CXLII. *Interlocutio ad eam rem.*

CXLIII. *Interlocutio contra obiecta Victoris episcopi Hipponis Diarrithi.*

CXLIV. *Vbi confessum episcopis offeret iudex.*

CXLV. *Vbi recusantes Donatistæ sessionem, iudicem laudant.*

CXLVI. *Interlocutio, vt soli remanerent actores.*

CXLVII. *Vbi mandatum offerunt Donatistæ.*

CXLVIII. *Interlocutio, vt recitetur: & recitat officium.*

CXLIX. *Interlocutio, vt subscriptionem recitet officium.*

CL. *Vbi catholici petunt præsentiam Donatistarum.*

CLI. *Interlocutio de mandato & subscriptionibus Donatistarum.*

CLII. *Petitio catholicorum, vt singuli accederent etiam Donatistæ.*

CLIII. *Interlocutio ad petitionem catholicorum.*

CLIV. *Prosecutio catholicorum, vt professio pareret Donatistarum.*

CLV. *Interlocutio de ea re.*

CLVI. *Et catholici ad eam rem.*

CLVII. *Recitatio nominum Donatistarum.*

CLVIII. *Responsio catholicorum de Felice episcopo Vrbino Donatistarum.*

CLIX. *Et Donatistæ de eodem nomine.*

CLX. *Iterum catholici inde.*

CLXI. *Interlocutio de transmarinis non sibi esse præceptum.*

CLXII. *Item catholici inde.*

CLXIII. *Responsio Donatistarum de transmarinis, & sequentium nominum recitatio.*

CLXIV. *Interlocutio, vt decem sufficerent ad subscribentium fidem.*

CLXV. *Prosecutio Donatistarum, vt singuli transirent etiam ipsorum, propter suam multitudinem commendandam.*

CLXVI. *Interlocutio, quod non sit de numero mandatum.*

CLXVII. *Responsio Donatistarum, vnde supra.*

CLXVIII. *Vbi catholici agunt de numerositate coepiscoporum suorum, vanum dicentes præiudicium Donatistarum.*

CLIX. *Vbi dicunt Donatistæ, iniuriam facis vane.*

CLXX. *Vbi catholici prosecutionem quam Donatistæ interruperant peragunt, asserentes, quod nunquam causæ agendæ defuerint.*

CLXXI. *Interlocutio vt causa tractetur.*

CLXXII. *Prosecutio catholicorum, vt multitudo exiret episcoporum.*

CLXXIII. *Interlocutio vt singuli transirent recitati.*

CLXXIV. *Vbi catholici quærunt professionem Donatistarum.*

CLXXV. *Responsio Donatistarum de subscribentibus.*

CLXXVI. *Interlocutio, vt singuli etiam Donatistæ recitentur.*

CLXXVII. *De episcopo Vagense, de quo dubitabatur.*

CLXXVIII. *Interrogatio cognitoris de ipso.*

CLXXIX. *Responsio Donatistarum de ipso.*

CLXXX. *Interlocutio approbans quæsita: & sequitur recitatio nominum.*

CLXXXI. *Suggestio catholicorum, quod hi, qui recitati fuerant, fundorum erant episcopi, non ciuitatum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CLXXXII. *Et responsio Donatistarum inde.*

CLXXXIII. *Vbi agitur de episcopo, pro quo subscripsit presbyter cum ipse Carthaginem non venisset, quia cæcus erat.*

CLXXXIV. *Catholicorum responsio inde, & Donatistarum.*

CLXXXV. *Responsio Donatistarum ad ea.*

CLXXXVI. *Interlocutio inde.*

CLXXXVII. *Et catholicorum inde responsio: & sequitur nominum recitatio.*

CLXXXVIII. *De episcopo catholico & rebaptizato, & nominum recitatione.*

CLXXXIX. *Vbi multa mala in catholicos commemorantur, & ad hæc responsio Donatistarum.*

CXC. *Interlocutio, hoc sibi non esse mandatum.*

CXCI. *Responsio catholicorum contra negationem Donatistarum.*

CXCII. *Vbi dicunt Donatistæ iniuriam sibi fieri.*

CXCIII. *Interlocutio contra supradicta.*

CXCIV. *Inquisitio catholicorum de absente, pro quo alius subscripsit.*

CXCV. *Responsio Donatistarum de eo.*

CXCVI. *Interlocutio inde.*

CXCVII. *Responsio catholicorum vnde supra: & sequitur recitatio numeri.*

CXCVIII. *Responsio Donatistarum de episcopo rebaptizato: sequitur nominum recitatio.*

CXCIX. *Responsio Donatistarum de episcopo rebaptizato & rebaptizante.*

CC. *Vbi quærit cognitor de absente Felice Zummense propter falsitatem subscriptionis.*

CCI. *Responsio Donatistarum de rebaptizato & in adulterio deprehenso, & recitatio nominum.*

CCII. *De presbytero catholico interuentore, vbi episcopum haberent Donatistæ, & nominum recitatio.*

CCIII. *De diacono catholico rebaptizato & facto episcopo a Donatistis.*

CCIV. *Vbi catholici dicunt non esse Donatistarum episcopum in eo loco vnde esse dicebatur: qui recitatus respondit: & ad hoc responsio Donatistarum, & interlocutio cognitoris.*

CCV. *Vbi Donatistæ mandatum suum volunt constare.*

CCVI. *Interlocutio ad supradicta, & recitatio nominum.*

CCVII. *Prosecutiones vtrarumque partium, & interlocutiones de mortuo quem dixerunt Donatistæ in itinere defecisse.*

CCVIII. *Interlocutio de eo quem dixerunt catholici in via ordinatum.*

CCIX. *De subscriptionibus absentium, vbi hoc eis cognitor concedit, quamuis in mandato suo præsentes præsentibus mandauerint.*

CCX. *Testatio catholicorum, quod non æquatur numerus Donatistarum, quamuis multas proferrent subscriptiones absentium.*

CCXI. *Inquisitio cognitoris de numero vtrimque episcoporum.*

CCXII. *De superuenientibus episcopis catholicis.*

CCXIII. *Inquisitio de numero Donatistarum, & responsio officii.*

CCXIV. *Inquisitio de numero episcoporum catholicorum.*

CCXV. *Mandatis superuenientium catholicorum qui non subscripserunt.*

CCXVI. *Interlocutio, vt actores starent, & ceteri exirent.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCXVII. *De his qui non venerãt, vel de plebibus viduatis, quod ab vtrisque suggestum est.*

CCXVIII. *Interrogatio cognitoris, vtrum hi remanserunt qui causam agent.*

CCXIX. *Interrogatio cognitoris de hora diei: & responsio officii.*

CCXX. *Interlocutio cognitoris de die pene iam consumpto, & vtrum ex communi consensu negotium differatur, ab vtrisque placere, responsum est.* Anno Christi 411.

CCXXI. *Vbi ab vtrisque responsum est interiecto die causam debere finiri.*

CCXXII. *Interlocutio, vt custodes dentur exceptoribus atque codicibus.*

CCXXIII. *Vbi offerunt catholicis custodes similiter & Donatistæ.*

CCXXIV. *Interlocutio iudicis de conclusione gestorum.*

CAPITVLA GESTORVM secundæ cognitionis.

I. *De astante officio.*
II. *De ingressu partium.*
III. *De consessu oblato.*
IV. *Vbi excusatur a parte Donati consessus.*
V. *Interlocutio, quod stans cognosceret.*
VI. *Responsio Donatistarum inde.*
VII. *Interlocutio inde.*
VIII. *Suggestio officii de notaria Donatistarum, vbi petunt sibi edi catholicorum mandatum.*
IX. *Iussio vt recitetur.*
X. *Prosecutio Donatistarum contra id quod ab officio dicti sunt partis esse Donati.*
XI. *Responsio catholicorum ad ea.*
XII. *Interlocutio, vt notaria recitetur: & recitat officium.*
XIII. *Interlocutio de subscriptionibus gestorum.*
XIV. *Responsio catholicorum de consensu ipso.*
XV. *Interlocutio cognitoris de ipso placito.*
XVI. *Responsio Donatistarum recusantium supra scripta.*
XVII. *Vbi dicunt catholici illos non consentire edicto.*
XVIII. *Et respondent Donatistæ de basilicis non redditis.*
XIX. *Interrogatio cognitoris, si contenti essent fide gestorum.*
XX. *Vbi petunt Donatistæ sibi edi gesta, & propter hoc causam differri.*
XXI. *Responsio catholicorum ad hoc.*
XXII. *Interlocutio ad hoc.*
XXIII. *Iterata petitio Donatistarum de hoc.*
XXIV. *Interlocutio, vt officium recitet eorum consensum.*
XXV. *Item, vbi gesta a se legenda postulant Donatistæ.*
XXVI. *Responsio catholicorum ad eam rem.*
XXVII. *Interlocutio, vt consensus partium legatur.*
XXVIII. *Vbi Donatistæ dilationem petunt.*
XXIX. *Responsio catholicorum in qua multiloquium accusant.*
XXX. *Vbi Donatistæ multiloquium excusant.*
XXXI. *Ad hoc responsio catholicorum.*
XXXII. *Recitatio gestorum de consensu partium.*
XXXIII. *Iterum, vbi petunt Donatistæ dilationem.*
XXXIV. *Interlocutio resistens petitioni*

titioni dilationis.

ANNO CHRISTI 411. XXXV. *Iterum Donatistæ inde, quod sibi gesta edita non sint.*

XXXVI. *Interlocutio contra hæc.*

XXXVII. *Vbi excusant per exceptores Donatistæ.*

XXXVIII. *Interlocutio qua interrogantur exceptores de conscriptione gestorum, eorumque responsio.*

XXXIX. *Causatio Donatistarum, quod pars gestorum in codicibus habeatur.*

XL. *Prosecutio catholicorũ ne causa differatur.*

XLI. *Interlocutio, vt iterum consensus partium legatur: recusatio Donatistarum.*

XLII. *Interlocutio iterum inde.*

XLIII. *Responsio inde Donatistarum.*

XLIV. *Recitatio iterum de consensu partium.*

XLV. *Iterum locutio non licere contra proprios venire consensus: &, vt notarii ecclesiæ recitent si de fide dubitant exceptorum.*

XLVI. *Prosecutio Donatistarum, vbi sibi gesta primitus edi volunt.*

XLVII. *Interlocutio, vt ab ecclesiasticis notariis sicut ab exceptoribus consensus partium recitetur.*

XLVIII. *Prosecutio Donatistarum de dilatione accipienda.*

XLIX. *Interlocutio quod priore iudicio, id quod nunc flagitant petere debuerunt.*

L. *Prosecutio catholicorum qua demonstratur, quo die ad collationem pars quæque conuenerit.*

LI. *Interlocutio confirmans superius iudicatum.*

LII. *Prosecutio Donatistarum, vbi nuper actum de die refragant.*

LIII. *Professio partium pro susceptis tabulis: propria signa cognoscunt.*

LIV. *Vbi dicunt Donatistæ, sic solere testamenta aperiri.*

LV. *Interlocutio cohibens proprias professiones reprehendi.*

LVI. *Prosecutio catholicorum, vbi permittunt iudici, petentibus Donatistis, inducias prorogare.*

LVII. *Interlocutio quærens ab exceptoribus ad quem articulum sit dilata cognitio, licet ad dilationum vtriusque partis consensus accesserit.*

LVIII. *Responsio Donatistarum, vbi dicunt dilationem non suo vitio prorogari.*

LIX. *Interlocutio cognitoris, vbi præcipit recitari quod nuper exactum est: & recitatur.*

LX. *Post recitationem interlocutio, qua clarescit in præsentem diem consensu partium dilatum fuisse iudicium.*

LXI. *Prosecutio Donatistarum, vbi agere velle dicunt, si exceptores habent gesta parata præ manibus.*

LXII. *Vbi Donatistæ promittunt se gestis subscripturos.*

LXIII. *De dilatione exceptoribus data.*

LXIV. *Responsio exceptorum de gestis edendis.*

LXV. *Interlocutio de die in diem signando.*

LXVI. *Responsio de hac re.*

LXVII. *Prosecutio Donatistarum, qua postulatur certos ad iudicium se esse venturos.*

LXVIII. *Indicatio cognitoris qua futuri examinis die percepta gestorum editione definitur.*

LXIX. *Prosecutio catholicorum qua conditio ista proponitur, vt editis gestis de eorum susceptione & de tempore caueatur a partibus.*

LXX. *Prosecutio Donatistarum vbi ea se facturos esse promittunt.*

LXXI. *Interlocutio iudicis, vbi etiam præsentia gesta vna cum superioribus edere iubetur officium.*

LXXII. *Prosecutio catholicorum vbi edictum a iudice flagitant proponendum, vt Donatistæ dilationem petiisse noscantur.*

LXXIII. *Decisio cognitoris, vbi prædictam gestorum propositionem se facturum esse promittit.*

CAPITVLA GESTORVM tertiæ cognitionis.

I. *De adstante officio.*

II. *De ingressis episcopis.*

III. *Interlocutio de die examinis constituto, qui dies etiam officii responsione signatur.*

IV. *Recitatio cautionis, vbi catholici gesta receperunt.*

V. *Recitatio similis cautionis partis alterius.*

VI. *Interlocutio qua statuitur vt principalis causa dicatur.*

VII. *Prosecutio catholicorum, vbi principale negotium olim se agere velle testantur.*

VIII. *Vbi Donatistæ a catholicis exigunt vt proponant.*

IX. *Vbi respondetur, propositionem ex mandato suo posse cognosci.*

X. *Prosecutio catholicorum qua prædicunt ne morarum impedimenta nectantur.*

XI. *Prosecutio, vt quod intenditur, proponatur.*

XII. *Responsio catholicorum qua dicunt propositionem Donatistarum ex ipsorum colligi posse mandato.*

XIII. *Interlocutio qua poscitur vt principalis causa dicatur.*

XIV. *Prosecutio catholicorum qua prouocant vt ecclesiæ principale negotium peragatur.*

XV. *Prosecutio Donatistarum discutiendas esse personas.*

XVI. *Responsio catholicorum, iam confirmatas esse personas.*

XVII. *Interlocutio, quod prosecutionem Donatistarum catholici non diligenter aduerterunt.*

XVIII. *Responsio catholicorum, qua dicunt vtrumque recitandum esse mandatum.*

XIX. *Interlocutio qua Donatistarum prosecutio catholicis asseritur.*

XX. *Prosecutio catholicorum, quid ab imperatore petierint a se directa legatione, ex qua flagitant vt iam causa dicatur.*

XXI. *Interlocutio vt recitetur imperiale præceptum.*

XXII. *Prosecutio Donatistarum de catholici nominis quæstione, & inde contentio.*

XXIII. *Interlocutio de eadem re.*

XXIV. *Recitatio imperialis arbitrii.*

XXV. *Interruptio Donatistarum, interpretantur imperiale præceptum.*

XXVI. *Catholicorum ad ista responsio.*

XXVII. *Vbi Donatistæ a catholicis se dicunt esse laudatos.*

XXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*

XXIX. *Recitatio principalis iussionis superius inchoatæ.*

XXX. *Prosecutio Donatistarum de proprii ac paterni nominis ratione.*

XXXI. *Catholicorum ad ista responsio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

XXXII. *Professio Donatistarum, sibi principem fuisse Donatum.*

XXXIII. *Vbi a catholicis ad condemnandum Donati vocabulum prouocantur.*

XXXIV. *Vbi idipsum de Mensuri nomine a Donatistis in catholicos retorquetur.*

XXXV. *Catholicorum ad ista responsio.*

XXXVI. *Interlocutio de lege recitata, & discutienda totius erroris origine.*

XXXVII. *Vbi preces catholicorum legi sibi postulant Donatistæ.*

XXXVIII. *Interlocutio de rescripto pragmatico.*

XXXIX. *Prosecutio Donatistarum de legatorum discutienda persona.*

XL. *Vbi catholici contestantur multa agendo nihil velle agere Donatistas.*

XLI. *Item catholicorum prosecutio de his quæ super legatorum persona Donatistæ fuerant prosecuti.*

XLII. *Interlocutio de superfluis amouendis & negotio proponendo.*

XLIII. *Prosecutio Donatistarum de imperiali rescripto catholicorum mandato inter se pariter conferendo.*

XLIV. *Vbi asserunt catholici, prosecutioni suæ Donatistarum minime respondisse.*

XLV. *Interlocutio de lege qua datus est cognitor in qua parte sit superstitio constituta.*

XLVI. *Vbi asserunt Donatistæ, moras potius per catholicos fieri.*

XLVII. *Catholicorum ad ista contentio.*

XLVIII. *Interlocutio, quidnam petatur a partibus.*

XLIX. *Prosecutio Donatistarum debere catholicos aut mandati sui, aut imperialis præcepti scire iacturam.*

L. *Responsio catholicorum, quod mandatum suum vniuersa contineat.*

LI. *Interlocutio qua exponitur a Donatistis & forma pragmatici, & catholicorum professio probabilis indicatur.*

LII. *Vbi dicunt Donatistæ catholicos imperatori esse mentitos.*

LIII. *Vbi ad hæc catholici ex ipsa lege respondent.*

LIV. *Vbi Donatistæ dicunt actionem non se differre.*

LV. *Prosecutio catholicorum de ipso imperiali rescripto & de collatione sua, & de testimoniis scripturarum, quibus confirmatur ecclesia.*

LVI. *Prosecutio Donatistarum vnde superius, id est, de legatorum suscipienda persona.*

LVII. *Responsio catholicorum, quod ideo aliud quæritur, vt causa fugiatur: & inde contentio.*

LVIII. *Interlocutio, discutiendas legatorum personas non necessario postulari.*

LIX. *Prosecutio catholicorum, quid ab imperatore petitum sit, quidve concessum.*

LX. *Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum.*

LXI. *Catholicorum ad ista responsio.*

LXII. *Iterum Donatistarum contentio de legatorum discutienda persona.*

LXIII. *Contestatio Donatistarum, quod moras catholici innectant qui personas nolunt prodere legatorum. Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum.*

LXIV. *Interlocutio, quod de his*

personis nihil quæri voluit imperator.

LXV. *Iterum Donatistarum contentio de legatis.*

LXVI. *Interlocutio, vt dicant Donatistæ, si ex præsentibus catholicis possunt eos agnoscere quos dicunt esse legatos: aut si absunt præsentari oportere.*

LXVII. *Prosecutio Donatistarum, vbi dicunt præsentandos esse legatos.*

LXVIII. *Responsio catholicorum, vbi dicunt iam semel personam non ab illis esse firmatam.*

LXIX. *Iterum Donatistæ de legatorum discussione contendunt.*

LXX. *Interlocutio, vt de persona legatorum, contentione suppłosa, ad interna negotii veniatur.*

LXXI. *Iterum Donatistæ de legatorum persona contendunt.*

LXXII. *Vbi exigunt catholici Donatistas causam oportere propriæ separationis ostendere.*

LXXIII. *Iterum Donatistarum contentio de legatis.*

LXXIV. *Vbi catholici respondent nihil ab imperatore præceptum de legatorum discutienda persona, sed de erroris initio disquirendo.*

LXXV. *Prosecutio Donatistarum apud se esse potius catholicam: & iterum de legatorum discussione contentio.*

LXXVI. *Prosecutio catholicorum, qua sibi testimoniis flagitant comprobari, quod apud se Donatistæ dixerunt esse catholicam.*

LXXVII. *Interlocutio, legatorum nomina superfluo flagitari, quibus omissis, iam ad propositionem negotii veniendum.*

LXXVIII. *Iterum Donatistarum contentio de legatis.*

LXXIX. *Interlocutio similis præcedenti.*

LXXX. *Prosecutio catholicorum, qua ad collationem se, sicut voluit imperator, venisse testantur.*

LXXXI. *Interlocutio, legatorum discutiendas fuisse personas, vbi officium suum exsecuta legatio est.*

LXXXII. *Vbi postulant catholici, vt a Donatistis causa separationis propriæ publicetur.*

LXXXIII. *Iterum Donatistæ flagitant edi sibi debere legatos.*

LXXXIV. *Interlocutio vbi cognitor dicit, a forma legis se deuiare non posse: & omnes a legatorum inquisitione cessare debere, sed causam esse dicendam.*

LXXXV. *Prosecutio Donatistarum de edendo eo quod catholici ab imperatore petierint, & per quos petierunt.*

LXXXVI. *Interlocutio, quod præceptum non sit inquirere quidnam catholici ab imperatore petierint, sed confirmatis vtriusque personis negotium debere proponi.*

LXXXVII. *Iterum Donatistarum inde contentio.*

LXXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio, qua etiam contestantur prolixa velle gesta facere Donatistas.*

LXXXIX. *Prosecutio Donatistarum, vbi moras dicunt per catholicos, & vbi edi sibi postulant quid ab imperatore petierint: & vbi quærunt, vtrum iure publico an diuinis legibus velint actitare catholici.*

XC. *Interlocutio collationem tantummodo ab imperatore petiisse catholicos.*

XCI. *Interpellatio Donatistarum, qua se potius catholicos dici oportere testantur.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

XCII. *Interlocutio, eos catholicos esse vocitandos quos sic vocari voluit imperator.*

XCIII. *Prosecutio Donatistarum, catholicum nomen ei esse seruandum quem victoria declarauerit Christianum.*

XCIV. *Interlocutio ad ista consentiens, & formam præcedentis præcepti obseruans.*

XCV. *Vbi Donatistæ sine præiudicio suo, hoc ipsum interfatum esse iudicem volunt.*

XCVI. *Interlocutio, vt iam causæ proponatur initium, si volunt ostendere Donatistæ aduersariis nomen non conuenire catholicum.*

XCVII. *Prosecutio Donatistarum, vt catholici, qui nolunt satisfacere iudicatis, hoc saltem respondeant, vtrum nomen petitoris assumant.*

XCVIII. *Catholicorum ad ista responsio, & de ecclesia vbique diffusa.*

XCIX. *Prosecutio Donatistarum, nihil se habere cum ecclesiis peregrinis: sed catholicum nomen victori esse seruandum: & profiteri catholicos oportere, vtrum personam petitoris assumant.*

C. *Prosecutio catholicorum, quomodo Afri Christiani communionem habeant cum orbe terrarum.*

CI. *Item prosecutio catholicorum, ibi ecclesiam inquirendam vbi sponsus ecclesiæ idem Christus agnoscitur: & catholici nominis euidens expressio.*

CII. *Prosecutio Donatistarum, vbi catholicum nomen interpretari aliter moliuntur, & conantur iterum ad transacta recurrere de nominibus legatorum.*

CIII. *Interlocutio iudicis, vt omissis quæ transacta sunt, catholici nominis promissa ratio demonstretur.*

CIV. *Donatistarum contentio, vt proponere catholici compellantur.*

CV. *Item petitio Donatistarum, quod debeat iudex pronuntiare de singulis.*

CVI. *Item vbi postulant Donatistæ, vt catholici edicant, vtrum petitorum, an respondentium sibi velint vindicare personam.*

CVII. *Interlocutio ista confirmans.*

CVIII. *Vbi catholici profitentur, ad hoc se ingressos esse iudicium, vt obiectis eorum criminationibusque respondeant.*

CIX. *Prosecutio Donatistarum, qua requirunt, a quibus fuerint ad iudicium prouocati.*

CX. *Prosecutio catholicorum, qua ideo se ad collationem conuenisse asserunt Donatistarum, vt eorum obiecta refellerent, & qua eosdem Donatistas conditionem in comitatu petiisse testantur.*

CXI. *Interlocutio, vt Donatistæ quæ solent crimina catholicis obiicere, iam proponant.*

CXII. *Prosecutio Donatistarum, vt pronuntiet iudex vtrum recta sint quæ iidem postulant Donatistæ.*

CXIII. *Interlocutio quæ & illos recte petiisse, & a catholicis recte responsum esse pronuntiat.*

CXIV. *Prosecutio Donatistarum in qua conantur catholicos facere petitores.*

CXV. *Interlocutio iudicis, si catholici aliquid obiiciunt Donatistis.*

CXVI. *Prosecutio catholicorum qua dicunt nihil se obiicere, sed obiecta velle diluere: illos autem*

ſæpius obieciſſe, & proprii tenore mandati, & verbis epiſcopi Primiani poſſe monſtrari.

CXVII. *Interlocutio vt Donatiſtæ traditionis crimen, quod in mandatum ſuum contulerant aduerſus catholicos, probationibus fugiant.*

CXVIII. *Poſtulatio Donatiſtarum, vt ante iudex pronuntiet de perſona, & ſic eatur in cauſam.*

CXIX. *Catholicorum ad iſta contentio.*

CXX. *Interlocutio, eum eſſe petitorem qui crimen intendit.*

CXXI. *Donatiſtarum petitio, vt catholici doceant collationem ab vtriſque partibus poſtulatam.*

CXXII. *Catholicorum ad iſta promiſſio.*

CXXIII. *Interruptio Donatiſtarum, per quam ſibi catholicum nomen aſſumunt: & de nominibus parentum vtrimque contentio.*

CXXIV. *Vbi offerunt geſta catholici in iudicio habita præfecturæ, quibus comprobant quod promiſſum eſt.*

CXXV. *Vbi ad tranſacta ſe referunt Donatiſtæ, ne geſta recitentur, & de perſona pronuntiari deſiderant.*

CXXVI. *Interlocutio, collationem ſolam petiiſſe catholicos, de hac tantummodo iudicandum.*

CXXVII. *Vbi Donatiſtæ contendunt, vt iudex de ſua primum petitione pronuntiet.*

CXXVIII. *Proſecutio catholicorum, vt proferant Donatiſtæ ſi habent vnde ſua falſitas conuincatur: & vbi geſta ingerunt præfecturæ.*

CXXIX. *Vbi ad tranſacta ſe conferunt Donatiſtæ, ne geſta apud præfecturam habita recitentur.*

CXXX. *Interlocutio, qua ſuppoſis omnibus, recitari oportere eadem geſta pronuntiat.* ANNO CHRISTI 411.

CXXXI. *Proſecutio Donatiſtarum de perſona petitorum, & iudicis pronuntiatione promenda.*

CXXXII. *Interlocutio, vbi omnibus quæ offerunt, recitandi ordinem pollicetur.*

CXXXIII. *Interruptio Donatiſtarum, ne geſta recitentur.*

CXXXIV. *Interlocutio, perſonam petitoris hinc poſſe clareſcere ſi geſta fuerint recitata.*

CXXXV. *Contentio Donatiſtarum, vt pronuntiet cognitor de petitis.*

CXXXVI. *Petitio catholicorum, vt geſta recitentur.*

CXXXVII. *Interlocutio, non debere ad pronuntiationem adigi cognitorem, cum ex altera parte probationis volumen offerretur.*

CXXXVIII. *Proſecutio Donatiſtarum, vbi, ne geſta recitentur, aliud proſequuntur, & pronuntiari de parte a cognitore deſiderant.*

CXXXIX. *Interlocutio, vt geſta eadem recitentur.*

CXL. *Vbi multis proſecutionibus recitari geſta non ſinunt Donatiſtæ, & contra multas pronuntiationes iudicis conſligendo, perſonam fugiunt petitoris.*

CXLI. *Vbi eadem geſta incipiunt recitari, & volentes interrumpere Donatiſtæ, proconſularia vel vicariana offerunt geſta, per quæ ſibi monſtrant plurima obieciſſe catholicos.*

CXLII. *Conteſtatio catholicorum de tumultuantibus Donatiſtis.*

CXLIII. *Petitio Donatiſtarum, vt ſecundum ordinem temporis, ſingularum partium volumina recitentur.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CXLIV. *Catholicorum ad ista responsio.*

CXLV. *Interlocutio, vtrum priora sint gesta quæ legi desiderant Donatistæ.*

CXLVI. *Donatistarum ad interrogata responsio.*

CXLVII. *Interlocutio, ea quæ antiquiora sunt gesta primitus recitanda.*

CXLVIII. *Vbi catholici offerunt ea gesta quæ priora sunt omnibus.*

CXLIX. *Prosecutio Donatistarum, qua ne aliqua gesta recitarentur, catholicos dicunt ad forensia remeasse, cum diuinis legibus elegerint vniuersa distingui.*

CL. *Vbi catholici respondent se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulauerant, obtulisse.*

CLI. *Vbi Donatistæ se in causam mirantur induci.*

CLII. *Vbi catholici respondent gesta se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulauerant, obtulisse.*

CLIII. *Prosecutio Donatistarum, vbi aliud quam quod a catholicis offertur, se petiisse respondent: & eos prouocant, vt aut diuinis tantum testimoniis, aut publico iure disceptent.*

CLIV. *Interlocutio, vt gestorum dies inter se ab officio conferantur.*

CLV. *Prosecutio catholicorũ, quando debeat diuinis legibus, quando publicis causa tractari.*

CLVI. *Interlocutio qua catholicorum prosecutio probabilis iudicatur.*

CLVII. *Prosecutio Donatistarum in qua redeunt ad priora, vt mandatum sibi & legatio publicetur.*

CLVIII. *Interlocutio aduersus Donatistarum prosecutionem.*

CLIX. *Prosecutio Donatistarum de mandato præsentibus defensoribus attributo, & de alio mandato prioribus legatis impositio.*

CLX. *Catholicorum ad ista responsio, qua dicitur illo mãdato, quod legatis impositum est, aliena quoque negotia quæ ab istis inquiri non debeant, contineri.*

CLXI. *Prosecutio Donatistarum, qua hoc ipsum criminantur quod catholici dixerunt, illud legatorum mandatum non esse prodendum.*

CLXII. *Catholicorum ad ista responsio, quæ sensum præcedentis prosecutionis exponit.*

CLXIII. *Prosecutio Donatistarum similis præcedenti.*

CLXIV. *Interlocutio, mandatum catholicorum non debere disquiri: sed Donatistas potius oportere profiteri, vtrum crimina velint traditionis ostendi, an fidei causam ecclesiæque tractari.*

CLXV. *Donatistarum prosecutio, quod eis persona petitoris includenter imponitur.*

CLXVI. *Interlocutio, quod petitor gestorum poterit recitatione monstrari: & Donatistæ respondent, ordinem in eorum recitatione seruandum.*

CLXVII. *Interlocutio, vbi tempora gestorum proconsularium siue præfecturæ inter se conferre iubetur officium.*

CLXVIII. *Vbi gesta illis antiquiora a catholicis offeruntur.*

CLXIX. *Vbi cognitor iubet, volentibus legere Donatistis, ab officio potius, quæ legenda sunt, recitari.*

CLXX. *Vbi catholici ea quæ ipsi offerunt gesta antiquiora esse respondent.*

CLXXI. *Vbi cognitor percontatur*

ANNO CHRISTI 411.

officium quæ priora sint gesta.

CLXXII. *Vbi respondet officium antiquiora esse gesta quæ obtulerunt de codice Donatistæ.*

CLXXIII. *Vbi respondent catholici se antiquiora proferre.*

CLXXIV. *Vbi cognitor iubet Donatistarum gesta quasi antiquiora recitari: & ab officio recitatur datus a catholicis libellus proconsule Septimino.*

CLXXV. *Vbi Donatistæ petitores volunt esse catholicos.*

CLXXVI. *Prosecutio catholicorum, vbi petunt antiquiora potius recitari, quæ apud Auolinum proconsulem gesta sunt, agentibus Donatistis.*

CLXXVII. *Interlocutio quæ iubet probare catholicos schismatis crimen quod obiiciunt Donatistis.*

CLXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CLXXIX. *Interlocutio quæ iubet vniuersa per ordinem recitari.*

CLXXX. *Contendentibus de nomine petitoris, interloquitur iudex, petitorem melius posse clarescere cum omnia fuerint recitata.*

CLXXXI. *Prosecutio Donatistarum, vt eligant catholici, vtrum publicis agere velint legibus an diuinis.*

CLXXXII. *Ad hæc interlocutio cognitoris, vt gesta per ordinem recitentur, quo possit petitor agnosci.*

CLXXXIII. *Vbi Donatistæ, ne gesta apud Auolinum proconsulem habita recitentur, præscriptionem de lapsu temporis moliuntur inducere.*

CLXXXIV. *Vbi ista contendentibus Donatistis, interloquitur iudex præscriptionem de lapsu temporis submouendam, cum ad hunc diem partes examen communi voluntate distulerint.*

CLXXXV. *Vbi Donatistæ dicunt, ideo se præscriptionem temporis intulisse, quoniam catholici, forensi more, chartis oblatis agere voluerunt.*

CLXXXVI. *Interlocutio, vt respondeant catholici obiectis.*

CLXXXVII. *Catholicorum ad ista responsio, qua profitentur secundum scripturas se acturos esse diuinas, si a criminibus personarum & a legendis chartulis recedatur.*

CLXXXVIII. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt nihil certum de duobus elegisse catholicos: nec se esse petitores, qui ad iudicium venerint prouocati, sed ipsos potius de re proponere.*

CLXXXIX. *Vbi dicunt catholici eum non assistere loco petitoris cui crimen obiicitur.*

CXC. *Interlocutio approbans supradicta.*

CXCI. *Vbi dicunt Donatistæ, de oblata conditione forensis diuinique tractatus nihil a catholicis esse responsum.*

CXCII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CXCIII. *Vbi dicunt Donatistæ, quod sensim inducantur in causam: & hoc sibi a patribus esse mandatum, vt nomine respondentis assistant.*

CXCIV. *Interlocutio, vbi dicitur ad vnam propositionem Donatistarum ipsum iudicem, ad aliam vero respondisse catholicos.*

CXCV. *Vbi dicunt Donatistæ iudicem absentium, non præsentium partes debere defendere.*

CXCVI. *Interlocutio, qua se hoc quod voluerant Donatistæ pronuntiasse respondent.*

CXCVII.

ANNO CHRISTI 411.

CXCVII. *Prosecutio catholicorum, qua se etiam elegisse respondent, quo iure disceptent, & nihil pro se egisse iudicem, sed egisse iudicem se pro partibus suis.*

CXCVIII. *Prosecutio Donatistarum, non fuisse in sua potestate quod ad iudicium conuenerint.*

CXCIX. *Vbi catholici interrogant Donatistas, vtrum a personarum criminatione discedant.*

CC. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt huic interrogationi catholicorum se respondere non posse: sed eos loco debere assistere petitoris.*

CCI. *Prosecutio catholicorum, qua se propositis Donatistarum conditionibus respondisse testantur.*

CCII. *Interlocutio approbans respondisse catholicos, dicens antiquiora gesta recitari, vt petitor posit ostendi.*

CCIII. *Prosecutio, qua Donatistæ negantes vnum certum elegisse catholicos, ad præscriptionem de lapsu temporis reuertuntur.*

CCIV. *Catholicorum responsio, non occurrisse ad vltimum Donatistas qui postea mandauerint.*

CCV. *Donatistarum inde contentio.*

CCVI. *Prosecutio catholicorum de professione episcopi Primiani: & vbi legendum offerunt per quod comprobant Donatistas transacta repetere.*

CCVII. *Responsio Donatistarum, cur redeant ad peracta.*

CCVIII. *Prosecutio catholicorum, moratorie agere Donatistas, & gesta esse recitanda quæ detegant petitorem.*

CCIX. *Vbi, ne legantur gesta, volunt præscribere Donatistæ.*

CCX. *Interlocutio, Donatistas contra suos velle venire consensus, & gesta esse recitanda.*

CCXI. *Defensio Donatistarum, cur nolint catholicis proprium seruare consensum.*

CCXII. *Interlocutio, vt gesta recitentur, ea seruans incolumia Donatistis, quæ possunt rationi competere.*

CCXIII. *Vbi dicunt Donatistæ consensus proprios seruare debere catholicos, qui se diuinis legibus acturos esse promiserint.*

CCXIV. *Catholicorum ad ista responsio, non Cæciliani sed ecclesiæ causam promisisse diuinis legibus peracturos.*

CCXV. *Interlocutio, vt gesta recitentur, quibus petitor posit ostendi.*

CCXVI. *Vbi lecto titulo relationis, quærunt Donatistæ, cur lectus est titulus: & cognitor iubet, vt actis neuter titulus inseratur.*

CCXVII. *Vbi, exceptore recitante, Donatistæ quærunt vnde prolatæ sint.*

CCXVIII. *Vbi catholici dicunt, recitatis gestis debere a se exigi lectionis ipsius firmitatem.*

CCXIX. *Interlocutio, ante lectionem præcipiens responderi vnde gesta prolata sint.*

CCXX. *Vbi catholici respondent, ex archiuo proconsulis hæc esse prolata: & recitantur ex ordine.*

CCXXI. *Vbi interrupta recitatione gestorum, interrogant Donatistæ, vtrum Cæciliani sit filius is qui nunc agat.*

CCXXII. *Catholicorum ad ista responsio; scriptum esse, ne Christianus patrem sibi dicat in terra: nec in Cæciliano spem se ponere si innocens fuit, nec, si nocens ille fuit, ecclesiam deserendam.*

CCXXIII. *Vbi interloquente cognitore omnia debere recitari, Donatistæ postulant vt prosequi iubeantur.*

CCXXIV. *Vbi catholici dicunt, ex recitatione gestorum petitoris inueniri posse personam.*

CCXXV. *Prosecutio Donatistarum, vbi dicunt non esse discutiendam Cæciliani personā, si & reus manifestißimus deprehensus, non potest obesse catholicis.*

CCXXVI. *Catholicorum responsio, ideo se Cæciliani in medium misisse personam, quoniam ipsa catholicæ ecclesiæ semper obiecta est, de qua si nunc taceant Donatistæ, nihil esse iam causæ cur separatio teneatur.*

CCXXVII. *Vbi interrogant Donatistæ vtrum qui agunt Cæciliani sint filii.*

CCXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCXXIX. *Iterū interrogatio Donatistarum super eadem re.*

CCXXX. *Catholicorum responsio, non patrem aut matrem Cæcilianum sibi fuisse, sed fratrem: ibi etiam profitentur fidei suæ Christum esse principium.*

CCXXXI. *Iterum Donatistæ, vtrum pater fuerit Cæcilianus, interrogant.*

CCXXXII. *Catholicorum ad ista responsio, & inde contentio.*

CCXXXIII. *Interlocutio quæ designat ad interrogata respondisse catholicos.*

CCXXXIV. *Vbi iurantes obiiciunt iudici Donatistæ, quod satis defendat ipse catholicos.*

CCXXXV. *Prosecutio catholicorum continens de patris ac fratris nomine repetita: vbi etiam dicitur Cæciliani causam ad ecclesiam minime pertinere, sed tamquam frater innocens defendendus sit.* ANNO CHRISTI 411.

CCXXXVI. *Prosecutio Donatistarum, Cæcilianum catholicis radicem fuisse vel caput, & necesse eam, vt si Cæcilianus nocens fuerit, etiam propaginem eiusdem qui in capite fuit reatus inficiat.*

CCXXXVII. *Vbi catholici respondent caput sibi esse Christum.*

CCXXXVIII. *Vbi Petilianus interrumpit, & quærit, quis ordinauerit Augustinum.*

CCXXXIX. *Item quæstio a Donatistis immissa, ab Apostolo, in quo dictum est,* ego vos genera- 1. Cor. 4.
ui per euangelium.

CCXL. *Catholicorum contestatio de tumultu partis aduersæ.*

CCXLI. *Interlocutio quæ iubet respondere catholicos ad propositam de Apostolo quæstionem.*

CCXLII. *Catholicorum ad quæsita responsio, cum testimoniis scripturarum, vnum patrem esse ad salutem, dici autem alios honoris gratia, non salutis.*

CCXLIII. *Vbi interrogant Donatistæ, quomodo vocetur qui ordinauerit Augustinum.*

CCXLIV. *Prosecutio catholicorū, ad causam minime pertinere, vt ordinator ipsius inquiratur.*

CCXLV. *Vbi exprimentibus Donatistis de Augustini ordinatore se quærere, a catholicis respondetur non se defendendā Augustini causā, qualiscumq; sit, suscepisse.*

CCXLVI. *Interlocutio, qua iubetur vt Augustinus de ordinatore suo ad quæsita respondeat.*

CCXLVII. *Vbi Augustinus causa ecclesiæ in tuto primitus cōstitutæ, de suo euidēter ordinatore respondet, & ad obiicienda quæcumque putarint, prouocat Donatistas.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CCXLVIII. *Interlocutio quæ Donatistas præcipit respondere quid competat quod interrogant, licet non differat causam quæstio personarum.*

CCXLIX. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt vitiis sacerdotum ecclesiam maculari: & volumen offerunt cum diuinis testimoniis recitandum: quo recitato a catholicis in prima cognitione mandato, postea conceperunt.*

CCL. *Interlocutio, vbi dicit tunc demum quod a Donatistis offertur posse recitari, si velint a publicarum discussione chartarum discedere cognitorem.*

CCLI. *Vbi petunt Donatistæ quod offerunt interim recitari & ab officio recitetur.*

CCLII. *Interlocutio quæ dicit scripturam illam non debuisse ab his penitus concipi, a quibus mandato semel effecto negotium omne transierat.*

CCLIII. *Vbi asserunt Donatistæ legalibus testimoniis velle se a catholicis prolata in mandato suo legalia testimonia refutare, & rogant vt sua audiatur epistola.*

CCLIV. *Interlocutio quæ concedit vt recitetur quod secundum ius publicum non recte conceptum est: & hoc ipsum quod indulget, enumerat, ne ius a iudice videatur omissum.*

CCLV. *Exceptore recitante, dicunt Donatistæ sensus epistolæ non bene distingui.*

CCLVI. *Vbi catholici concedunt ipsos legere Donatistas, cum ipsis catholicis, vt legerent, in superioribus denegarent.*

CCLVII. *Interlocutio quæ dicit nihil interesse quis legat.*

CCLVIII. *Vbi a Donatistarum episcopo recitatur epistola quam miserunt ad iudicem Donatistæ, quæ testimoniis referta legalibus illa omnia testimonia, quasi contrariis nitatur excludere quæ in mandato suo catholici posuerunt.*

CCLIX. *Interlocutio, quæ omni epistola recitata, præbitam a catholicis pronuntiat esse patientiam: & aduersus textum eius iubet respondere catholicos.*

CCLX. *Prosecutio Donatistarum, qua petunt, vt testimonia sua testimoniis reuincantur.*

CCLXI. *Vbi a catholicis aduersus Donatistarum epistolam respondetur.*

CCLXII. *Vbi volunt interrumpere Donatistæ negãtes aream in scripturis esse nominatam.*

CCLXIII. *Item vbi asserunt Donatistæ, de occultis non euidentibus reis euangelium præcepisse, vt eorum permixtio toleretur.*

CCLXIV. *Vbi catholici postulant, vt sibi patientia non negetur, quam ipsi recitante Donatistarum epistola præbuerunt.*

CCLXV. *Prosecutio catholicorum, vbi inter cetera de superioribus repetita, & illud infertur, mundi nomine ecclesiam contineri.*

CCLXVI. *Donatistarum contra ista contentio, mundi nomine ecclesiam non teneri.*

CCLXVII. *Vbi catholici postulant, vt admoneantur Donatistæ præstare patientiam, quorum epistolæ illico respondetur, nullo dilationis spatio postulato, quomodo ipsi petierunt cum catholicorum vellent respondere mandato.*

CCLXVIII. *Vbi Donatistæ respondent, ipsum sibi obstrepere*

qui longa prosequitur.

CCLXIX. *Vbi catholici postulant, vt si volunt de singulis habere conflictum, remoueatur epistola, aut patientiam præbeant, aut respondeatur epistolæ.*

CCLXX. *Vbi dicunt Donatistæ, ideo se non posse præstare patientiam, quod aliter volunt legem interpretari catholici.*

CCLXXI. *Interlocutio qua patientiam dicit esse præbendam, quoniam totius epistolæ tenor a catholicis patienter auditus est.*

CCLXXII. *Prosecutio catholicorum, qua ideo scribi vniuersa testantur, vt si quid in obliuionem venerit, de tabulis repetatur: & vbi dicunt, & in malo & in bono, mundum scripturarum testimoniis nominatum.*

CCLXXIII. *Interlocutio qua scriptum esse præcipit, perstrepere Donatistas.*

CCLXXIV. *Vbi asserunt Donatistæ, interpretari ecclesiam non posse per mundum: cum mundum agrum esse, non ecclesiam, ipse Christus expresserit.*

CCLXXV. *Interlocutio interrogans Donatistas, quis ille sit mundus qui saluandus est dictus.*

CCLXXVI. *Donatistarum ad ista responsio, mundum illum hominem dici.*

CCLXXVII. *Interlocutio, qua requirit, vtrum ex iisdem hominibus constet ecclesia.*

CCLXXVIII. *Donatistarum ad ista contentio.*

CCLXXIX. *Vbi exceptores & notarii suggerunt, impletis codicibus, se debere discedere, & alios subrogari.*

CCLXXX. *Interlocutio id fieri oportere præcipiens.*

CCLXXXI. *Prosecutio catholicorum, qua prolatæ a Donatistis epistolæ plena assertione respondent.* Anno Christi 411.

CCLXXXII. *Prosecutio Donatistarum aduersus prosecutionem catholicorum, quam contra epistolam retulerunt.*

CCLXXXIII. *Prosecutio catholicorum, qua ostendunt malos in ecclesia seminatos, quod Donatistæ fieri posse negauerunt; qua defendunt quod se dixisse de duabus ecclesiis dixerunt Donatistæ.*

CCLXXXIV. *Interlocutio qua præcipit vt ex codice recitetur, vtrum duas ecclesias dixissent catholici prosequentes.*

CCLXXXV. *Vbi interpretari volunt Donatistæ, de duabus ecclesiis sensisse catholicos, quoniam duas eos ecclesias dixisse non constitit.*

CCLXXXVI. *Prosecutio catholicorum, qua defendunt quid dixerint de ecclesia præsentis temporis & futuri.*

CCLXXXVII. *Prosecutio Donatistarum, vbi dicunt etiam mortalem ecclesiam dixisse catholicos, cum ecclesiæ immortalitas sit promissa.*

CCLXXXVIII. *Prosecutio catholicorum, vbi asserunt supradictis assertionibus suis, eam ecclesiam immortalem esse promissam, quæ nunc ex iustis mortalibus constat in terra.*

CCLXXXIX. *Interlocutio qua dicit de peracta quæstione in sententia se dicturum esse quod sentiat, & iubet vt causa pandatur erroris.*

CCXC. *Prosecutio Donatistarum, qua petit vt de singulis articulis cognitio decursa pronuntiet: &*

ANNO CHRISTI 411.

vbi dicunt testimoniis legalibus suis non esse responsum.

CCXCI. *Catholicorum ad hæc secundum superiora responsio.*

CCXCII. *Interlocutio iudicis, qua dicitur, legibus prohiberi, ne sententia pro parte negotii proferatur.*

CCXCIII. *Donatistarum ad ista contentio, quæ etiam catholicis facit iniuriam, dum illos falsos iactitat sacerdotes.*

CCXCIV. *Contestatio catholicorum, vbi se ab iniuria dissimulare respondent.*

CCXCV. *Prosecutio Donatistarum, quæ dicit iudici, si Christus non es, cur de sacerdotibus iudicas? & quæ asserit hoc iudicium Christo esse seruandum: & a catholicis quærit, vtrum eis præceperit Christus hominem iudicem postulare.*

CCXCVI. *Catholicorum ad ista responsio, quod primi Donatistæ in episcopali causa humana iudicia flagitarunt, & quod persecutionem non patiantur ipsi, sed faciant.*

CCXCVII. *Vbi dicunt Donatistæ, quod Circumcelliones faciunt, ad sacerdotes minime pertinere.*

CCXCVIII. *Prosecutio catholicorum, quod Donatistæ oculos eruendo, diabolum superauerunt.*

CCXCIX. *Vbi dicunt Donatistæ, diabolum a catholicis esse defensum.*

CCC. *Prosecutio catholicorum, Maximianistas Donatistis esse meliores, a quibus persecutionem passi sunt, si tolerata persecutio efficit meliores.*

CCCI. *Prosecutio Donatistarum, vbi dicitur diabolus rem fecisse priorem, quod Iob oculos spectatores vulnerum non ademit.*

CCCII. *Prosecutio catholicorum, vbi consolarium fecisse Donatistas, & dominicos codices combussisse dicuntur.*

CCCIII. *Prosecutio Donatistarum, ecclesias suas cruentis adhuc plenas esse corporibus.*

CCCIV. *Interlocutio quærens, an ipsa fuerit causa dissidii.*

CCCV. *Donatistarum ad ista responsio.*

CCCVI. *Vbi a catholicis dicitur hoc posse Maximianistas obiicere Donatistis.*

CCCVII. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCVIII. *Vbi catholici prouocant Donatistas vt causam veteris dissidii fateantur.*

CCCIX. *Vbi dicunt Donatistæ Traditores, id est, malam arborem ex factis suis, id est, ex fructibus posse cognosci.*

CCCX. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCCXI. *Interlocutio quærens, quãdo mala arbor extiterit.*

CCCXII. *Prosecutio Donatistarum, non sibi ad omnia esse responsum, & ad singula.*

CCCXIII. *Iudicem debere ferre sententiam, & a primi hominis culpa hereditarium in omnes transisse delictum.*

CCCXIV. *Interlocutio, de omnibus simul ferendam esse sententiam, ne motus iudicis ante finem negotii publicetur.*

CCCXV. *Prosecutio catholicorum, postulans vt charta, quæ recitari cœperant, perlegantur.*

CCCXVI. *Interlocutio præcipiens recitari, & relationis ad Constantinum imperatorem ab Aulino proconsule destinatæ, qua*

Maiorinus obſtitiſſe Cæciliano chartas criminum eius proconſulis ad principem dirigendas tradidiſſe, ſignatur.

CCCXVII. *Vbi poſt recitationem, ſeruari ſibi quod contra competit, poſtulant Donatiſtæ.*

CCCXVIII. *Item recitatio relationis alterius ab eodem proconſule ad eumdem principem deſtinatæ, qua ſignificat idem proconſul Cæcilianum cum decem clericis ſuis, & totidem aduerſarios eius ad vrbem pergere ſe feciſſe, ſicut præceperat imperator.*

CCCXIX. *Item relatio epiſtolæ Conſtantini ad Militiadem Romanum epiſcopum miſſæ, quæ & ceteris ſacerdotibus inter Cæcilianum & aduerſarios eius delegatur.*

CCCXX. *Proſecutio catholicorum intimans quæ lecta ſunt cognitori, & poſtulans vt Militiadis in Cæciliani cauſa iudicium recitetur.*

CCCXXI. *Recitatio iudicii Militiadis.*

CCCXXII. *Vbi Donatiſtæ volunt aliud contra Militiadis iudicium recitari.*

CCCXXIII. *Vbi catholicis dicitur, non omne Militiadis iudicium eſſe perlectum, quoniam triduo tunc actum eſt, & trina ſunt geſta.*

CCCXXIV. *Interlocutio, vbi contra recitata volentibus proſequi Donatiſtis dicitur, vt patiantur primitus omnia per ordinem recitari.*

CCCXXV. *Vbi contendunt contra recitata proſequi Donatiſtæ.*

CCCXXVI. *Vbi a catholicis dicitur, adhuc ſupereſſe quod debeat recitari, ſiquidem non ſit lecta ſententia Militiadis.* ANNO CHRISTI 411.

CCCXXVII. *Proſecutio Donatiſtarum, qua ſe dicunt, ideo de exiliis ad iudicium remeaſſe, quia eis cognitor iurauerat per edictum.*

CCCXXVIII. *Reſponſio catholicorum non fugiſſe in exilium Donatiſtas.*

CCCXXIX. *Proſecutio Donatiſtarum de petitoris perſona, quæ peracta ſunt repetentes, & dicens Cæciliani purgationem non debuiſſe recitari, qui adhuc ab ipſis non fuerat accuſatus.*

CCCXXX. *Interlocutio, debere chartas quas Donatiſtæ offerunt recitari, vt omnibus recitatis petitoris perſona valeat deprehendi.*

CCCXXXI. *Vbi contendunt catholici recitationem chartarum ſuarum interrumpi penitus non debere, ſed omnia per ordinem eſſe recitanda.*

CCCXXXII. *Vbi Donatiſtæ reſpondent, recitationem de Cæciliano, catholico non potuiſſe competere.*

CCCXXXIII. *Interlocutio, vbi contendentibus de continenda recitatione catholicis, iubet cognitor illa potius recitari quæ offerunt Donatiſtæ.*

CCCXXXIV. *Proſecutio Donatiſtarum initium referens cauſæ, quid Menſurios Carthaginenſis eccleſiæ epiſcopos vnitatis tempore perſecutio effecerit cauſa diſſidii.*

CCCXXXV. *Interlocutio probationem exigens, ſi Menſurio crimen traditionis impingitur.*

CCCXXXVI. *Proſecutio catholicorum, qui, ſalua eccleſiæ cauſa, traditionem in Menſurio probari deſiderant.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CCCXXXVII. *Vbi a Donatistis familiaris epistola recitatur, a Mensurio ad Secundum episcopum destinata, qua quidquid circa se actum sit tempore persecutionis insinuat.*

CCCXXXVIII. *Prosecutio catholicorum, qua volunt esse testatum, familiares epistolas recitari quarum fides habeatur incerta.*

CCCXXXIX. *Item alia familiaris epistola recitatur Secundi ad Mensurium rescribentis.*

CCCXL. *Vbi catholici postulant exprimi, qui fuerit hic Secundus.*

CCCXLI. *Vbi qui Secundus fuerit exprimunt Donatistæ.*

CCCXLII. *Recitatio supradicti rescripti, qua vicissim quid circa se in Numidia gestum sit eo tempore Mensurio Secundus insinuat.*

CCCXLIII. *Interlocutio præcipiens vt recitatis epistolis suis patienter audiant Donatistæ quæ legi a catholicis cœperant.*

CCCXLIV. *Prosecutio Donatistarum, quæ superesse sibi dicit quod de Cæciliano legendum est.*

CCCXLV. *Interlocutio etiam de Cæciliano, quod supereſt præcipiens recitari.*

CCCXLVI. *Prosecutio catholicorum quæ patienter se habere asserit, vt legatur.*

CCCXLVII. *Vbi offerunt Donatistæ conditum a patribus suis de Cæciliani damnatione Decretum, & hoc iubente iudice recitatur.*

CCCXLVIII. *Recitatione conclusa, interloquitur iudex, vt si quid est adhuc quod de Cæciliano recitari debeat, intimetur.*

CCCXLIX. *Prosecutio Donatistarum, de ceteris quoque personis alia se habere documenta promittens.*

CCCL. *Interlocutio vt quæ a catholicis oblata fuerant perlegãtur.*

CCCLI. *Prosecutio catholicorum testatum faciens & aduersum Mensurium nihil publicis actum esse iudiciis, & Cæcilianum absentem ab his esse damnatum in Concilio sine consule & die, qui sibi inuicem confessa traditionis crimina in alio inueniuntur ignouisse Concilio.*

CCCLII. *Interlocutio hoc ipsum exigens recitari.*

CCCLIII. *Vbi principio Concilii recitato, interrumpunt Donatistæ, negantes consulem & diem ecclesiasticis adiici Decretis.*

CCCLIV. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCCLV. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCLVI. *Vbi exigunt catholici oportere disquiri, vtrum Donatus, cuius modo vocabulum recitatum est, inter Cæciliani fuerit damnatores.*

CCCLVII. *Interlocutio quærens ista disquiri, & ita nomina singulorum.*

CCCLVIII. *Vbi Donatistæ testantur se præbuisse patientiam, vicem petentes, cum cœperint respondere.*

CCCLIX. *Interlocutio secundum voluntatem Donatistarum exigens de catholicis patientiæ professionem.*

CCCLX. *Vbi de præbenda patientia catholici profitentur.*

CCCLXI. *Vbi lecta codicis parte totum legi flagitant Donatistæ.*

CCCLXII. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCCLXIII. *Prosecutio catholicorum, ideo asserens se legisse quæ lecta sunt, vt Cæciliani possit valere purgatio.*

CCCLXIV. *Interlocutio aduersus illa quæ a catholicis recitata sunt, Donatistas admonens respondere, vt cetera quæ interrupta sunt recitentur.*

CCCLXV. *Prosecutio Donatistarum, asserens quod Decretum sine consulis adscriptione protulerint, ex consuetudine se fecisse maiorum.*

CCCLXVI. *Interlocutio quæ dicit, ex hoc ne catholicos fecisse aliquam quæstionem.*

CCCLXVII. *Prosecutio catholicorum, ideo hæc agere Donatistas vt tempora contrahantur.*

CCCLXVIII. *Vbi Donatistæ dicunt, si de sententiis dictis nemo dubitat, Cæcilianus iure damnatus est.*

CCCLXIX. *Prosecutio catholicorum asserens posse monstrari quid de Cæciliano sit gestum, si quæ interrupta fuerint recitentur.*

CCCLXX. *Vbi exigunt a catholicis Donatistæ, vtrum illud verum esse Concilium, quo Cæcilianus damnatus est, fateantur.*

CCCLXXI. *Catholicorum responsio, & si verum sit illud Concilium, Cæciliano absenti præiudicare non posse: quomodo Maximianistarum Concilium damnantium Primianum præiudicium non attulit Primiano.*

CCCLXXII. *Donatistarum prosecutio, nec causam causæ, nec personam præiudicare personæ.*

CCCLXXIII. *Interlocutio de Cæciliano qui a septuaginta damnatus est, respondere catholicos oportere.*

CCCLXXIV. *Prosecutio catholicorum, inde se mentionem de Primiani damnatione fecisse, quia euangelica regula est, aduersarios de suis operibus arguendos.*

CCCLXXV. *Prosecutio Donatistarũ, a primordio repetens quid Cæcilianus admiserit, & promittens ex Optati episcopi catholici scriptis posse monstrari Cæcilianum fuisse confessum qui a traditoribus fuerit ordinatus.*

CCCLXXVI. *Prosecutio catholicorum, vt quæ interrupta fuerant recitentur, & vbi dicunt, ipsos illius temporis Donatistas de suo iudicasse Concilio, qui Cæcilianum quem damnauerant accusare apud Constantinum principem voluerunt.*

CCCLXXVII. *Interlocutio qua requiritur, vtrum post hoc Concilium accusationis Cæciliani, ad principem Donatistæ transmiserunt.*

CCCLXXVIII. *Vbi quærunt Donatistæ vtrum Cæcilianus ab illo episcoporum iudicio appellauerit.*

CCCLXXIX. *Catholicorum prosecutio, qua destruitur Donatistarum vtroque modo Concilium, siue ante factum est quam ad imperatorẽ Cæciliani crimina mitterentur, siue postea congregatum est.*

CCCLXXX. *Interlocutio, qua a Donatistis exigit responderi, vtrum ante accusationem Cæciliani, an postea illud fuerit Concilium celebratum.*

CCCLXXXI. *Donatistarum ad ista responsio.*

CCCLXXXII. *Catholicorum prosecutio, qua postulant ea quæ acta sunt postea recitari, vt Cæcilianus absolutus, & accusatores eius doceantur fuisse damnati.*

ANNO CHRISTI 411.

CCCLXXXIII. *Prosecutio Donatistarum, qua volunt lectione monstrare consuetudinis esse maiorum quod ecclesiastico iudicio consul non sit adscriptus.*

CCCLXXXIV. *Vbi catholici dicunt ad causam non pertinere quod volunt legere Donatistæ.*

CCCLXXXV. *Interlocutio, quæ catholicos percontatur, vtrum illud Decretum, quod sine consule est, falsum esse non existiment.*

CCCLXXXVI. *Catholicorum ad ista responsio.*

CCCLXXXVII. *Interlocutio iubens vt quæ interrupta primitus fuerant, recitentur.*

CCCLXXXVIII. *Vbi Donatistæ illud Concilium, quod Cæciliani damnatores inuicem sua crimina donauerunt, ideo arguunt falsitatis, quia huic contra ecclesiasticum & apostolicum morem, consul adiectus est.*

CCCLXXXIX. *Prosecutio catholicorũ postulans vt superfluis amputatis, ea gesta recitẽtur, quibus absolutus Cæcilianus possit ostẽdi.*

CCCXC. *Vbi contendunt Donatistæ ecclesiasticis Conciliis adscribi consulem non solere, & hoc flagitant ex scriptis dominicis approbare.*

CCCXCI. *Vbi postulant catholici purgationis Cæciliani gesta debere recitari.*

CCCXCII. *Prosecutio Donatistarum catholicos cogens Decreti illius subire iacturam, quod aduersus damnatores Cæciliani recitauerunt.*

CCCXCIII. *Interlocutio vbi dicit, ex duobus Decretis illud potius dicant posse nutare, cui nomen consulis deest: & præcipiens, vt quæ interrupta fuerãt perlegãtur.*

CCCXCIV. *Prosecutio catholicorum, asserens nec illis se Decreti causationem aliquam facere, nec tamen alterius Decreti se pati debere iacturam.*

CCCXCV. *Donatistarum ad ista responsio.*

CCCXCVI. *Interlocutio, ex maiore diligentia consulis adiecti, fidem non perire Decreto.*

CCCXCVII. *Donatistarum ad ista contentio.*

CCCXCVIII. *Prosecutio catholicorum, Cæciliani purgationem debere iudicio recitari.*

CCCXCIX. *Vbi Donatistæ dicunt non valere catholicos soluere quod obiectum est.*

CCCC. *Catholicorum ad ista responsio, cur in apostolicis Cõciliis non sit dies adiectus & consul: & quod in propheticis libris inueniantur singula tempora suis significationibus fuisse testata.*

CCCCI. *Interlocutio, qua petentibus Donatistis vt iudicet, dicit, iudicari de negotii parte non posse.*

CCCCII. *Recitatio iudicii Militiadis, & aliorum similiter sacerdotum, qua Cæcilianus ostenditur absolutus.*

CCCCIII. *Prosecutio Donatistarum, vbi secundum superiora contendunt, vt catholicos cogant Decreti, quod aduersus Cæciliani damnatores protulerunt, subire iacturam.*

CCCCIV. *Interlocutio quæ a Donatistis exigit, vtrum habeant aliquid proferendum contra recitatum iudicium Militiadis.*

CCCCV. *Itẽ interlocutio quæ Donatistas aliud agentes admonet, vt ad quæsita respondeant.*

CCCCVI. *Catholicorum responsio contra illud quod a Donatistis Decreti a se prolati iacturam facere compellantur.*

CCCCVII. *Vbi Donatiſtæ contendunt, illud Decretum aduerſus damnatores Cæciliani a catholicis recitatum ideo nulla veritate fulciri, quia perſecutionis tempore non poſsit Conciliũ congregari.*

CCCCVIII. *Catholicorum ſimilis ad iſta reſponſio, perſecutionis tempore fieri poſſe Concilium: & hoc legalibus teſtimoniis edocetur.*

CCCCIX. *Proſecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.*

CCCCX. *Catholicorum ad iſta reſponſio, poſſe Concilium perſecutionis tẽpore celebrari, ſi illo tempore, quamuis furtim, tamen etiam populus potuit congregari.*

CCCCXI. *Proſecutio Donatiſtarum, nunquam perſecutionem paſſos eſſe catholicos, qui quanta vis ſit perſecutionis ignorant.*

CCCCXII. *Catholicorum ad iſta reſponſio, quæ interrogat Donatiſtas, vtrum negent collecta Chriſtianorum perſecutionis fieri ſolere temporibus.*

CCCCXIII. *Interlocutio quæ definit a catholicis hoc probandum, vtrum nouerint perſecutionis tempore Concilium celebratum.*

CCCCXIV. *Catholicorum reſponſio, apoſtolos inter perſecutiones Iudæorũ primum feciſſe Conciliũ.*

CCCCXV. *Donatiſtarum ad iſta contentio.*

CCCCXVI. *Interlocutio de catholicis exigens hoc doceri.*

CCCCXVII. *Vbi catholici de actibus apoſtolorum recitant lectionem, qua probare velint quod ab ipſis Concilium requiſitum eſt.*

CCCCXVIII. *Interlocutio quæ deſignat recitata a catholicis lectione, quod quæſitũ eſt non probaſſe.*

CCCCXIX. *Proſecutio catholicorum, aſſerens perſecutionis tempore ab epiſcopis colligi potuiſſe Concilium, ſiquidem tunc etiam plebes congregatæ reperiuntur, vnde martyres facti ſunt.* ANNO CHRISTI 411.

CCCCXX. *Interlocutio id exigens comprobari, & vbi exceptores alii ſubrogantur.*

CCCCXXI. *Proſecutio catholicorũ, quæ interrogari deſiderat Donatiſtas, vtrum nulla habeant martyrũ geſta perſecutionis tempore in collectis ſe fuiſſe fatentiũ.*

CCCCXXII. *Interlocutio ad interrogata reſpondere commonens Donatiſtas.*

CCCCXXIII. *Donatiſtarum ad quæſita reſponſio, qua dicunt, nullam domum epiſcoporum capere potuiſſe Concilium.*

CCCCXXIV. *Vbi reſpondent catholici, duodecim epiſcopis qui in Concilio tunc fuerunt, domum ſufficere potuiſſe.*

CCCCXXV. *Interlocutio quæ requirit quantus in illo Concilio numerus epiſcoporum fuerit.*

CCCCXXVI. *Catholicorum proſecutio ſimilis præcedenti.*

CCCCXXVII. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans.*

CCCCXXVIII. *Vbi catholici interrogant Donatiſtas, vtrum tempore perſecutionis negent fieri ſolere collecta.*

CCCCXXIX. *Donatiſtarum proſecutio, quæ dicit hoc Decretum, quod a duodecim epiſcopis factũ catholici protulerunt, vel hinc falſum eſſe, quod aliis non eſt temporibus factum, vel quod ob imperatorem in propinquis regionibus poſitum nemo illic auderet congregare Concilium.*

CCCCXXX. *Vbi catholici dicunt, paruum epiſcoporum numerum facile tunc colligi potuiſſe.*

CCCCXXXI. *Donatiſtarum ad iſta reſponſio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CCCCXXXII. *Vbi catholici contestantur non permitti suos exire quos ad gesta miserant perferenda de martyribus in collecta se fuisse fatentibus.*

CCCCXXXIII. *Vbi vltro gesta martyrum Donatistæ offerunt recitanda.*

CCCCXXXIV. *Interlocutio præcipiens eadem recitari.*

CCCCXXXV. *Vbi recitato de gestis consule & die, flagitant Donatistæ vt etiam Decreti consul & dies cum eorumdem gestorum die vel consule conferatur.*

CCCCXXXVI. *Interlocutio quæ inter Decreti gestorumque temporali quantum interfit, inquirit.*

CCCCXXXVII. *Vbi aliter de interuallo temporis pronuntiatum catholicis quantum interfuerit scripta respondeat.*

CCCCXXXVIII. *Vbi id de quo temporis interuallo aliter a catholicis renuntiatum fuerat, tolli de tabulis prohibent Donatistæ.*

CCCCXXXIX. *Vbi hoc ipsum catholici excusant, & remanere patiuntur in tabulis.*

CCCCXL. *Vbi de hoc falsi notant catholicos Donatistæ.*

CCCCXLI. *Catholicorum responsio, qua asserunt falsum illud dici non posse Decretum, nisi probauerint Donatistæ persecutionis tempore collecta fieri non solere.*

CCCCXLII. *Prosecutio Donatistarum, non potuisse Concilium eo tempore congregari, quo martyres in equuleo dependebant.*

CCCCXLIII. *Interlocutio catholicorum repetens ad ista responsum.*

CCCCXLIV. *Vbi catholici respondent etiam tempore persecutionis tantam fuisse Christianorum diligentiam, vt in carceribus baptizati martyres fuerint collecta plebis facta, ex gestorum posse recitatione claresce re.*

CCCCXLV. *Interlocutio, gesta præcipiens recitari.*

CCCCXLVI. *Vbi Donatistæ dicunt, hæc ipsa se gesta nuper obtulisse recitanda, quæ nunc a catholicis prosequuntur.*

CCCCXLVII. *Item recitatio gestorum quibus passiones martyrum continentur.*

CCCCXLVIII. *Item offerunt alia martyrum gesta catholici, vnde collecta plebis tunc facta doceantur, & recitatur.*

CCCCXLIX. *Interlocutio quæ definit ex recitatione gestorum collecta plebis persecutionis tempore celebrata.*

CCCCL. *Prosecutio Donatistarum qua contendunt catholicos Decreti istius facere debere iacturam, quia non potuit tunc episcopale Concilium congregari.*

CCCCLI. *Interlocutio quæ definit, duodecim episcopos in vnam domum tunc colligi potuisse, quando collecta a plebe publice fieri potuerunt.*

CCCCLII. *Prosecutio Donatistarum qua adhuc de Decreti falsitate contendunt, & ipsius Decreti sententias & verba discutiunt, & Cæcilianum contra damnatores suos illo se Decreto dicunt se defendere potuisse, si constaret tunc factum hoc fuisse Decretum.*

CCCCLIII. *Interlocutio contra Donatistarum prosecutionem, quæ dicit duodecim episcopos & congregari tunc & latere facile potuisse, Cæcilianum autem non illo duodecim episcoporum Decreto, sed Militiadis potius absolutum esse iudicio.*

CCCCLIV. *Vbi iterum Donatistæ catholicos cogunt iacturam ipsius subire Decreti.*

CCCCLV. *Vbi alia documenta imperatorii iudicati super absolutione Cæciliani volunt offerre catholici.*

CCCCLVI. *Interlocutio idipsum præcipiens recitari.*

CCCCLVII. *Vbi exigunt a iudice Donatistæ, vt de Decreti illius falsitate pronuntiet.*

CCCCLVIII. *Interlocutio, claruisse de gestis fieri tunc potuisse Concilium.*

CCCCLIX. *Prosecutio catholicorum, qua tacentibus Donatistis iudicatum Constantini super absolutione Cæciliani offerunt recitandum.*

CCCCLX. *Prosecutio Donatistarum, qua contendunt fieri tunc non potuisse Concilium, & debere catholicos eiusdem Decreti dispendium sustinere.*

CCCCLXI. *Interlocutio, tunc de isto Decreto enixius inquirendum fuisse, si in hoc Cæciliani absolutio teneretur, nunc Donatistas contra iudicium Militiadis, aliud oportere vel dicere, vel proferre, quo Cæciliani absolutio destruatur.*

CCCCLXII. *Prosecutio Donatistarum qua promittunt responsuros se esse contra iudicium Militiadis: fidem tamen illius inquirendam esse Decreti.*

CCCCLXIII. *Interlocutio exigens intimari aliquid contra iudicium Militiadis, & iudicans in persecutione fieri potuisse Concilium.*

CCCCLXIV. *Catholicorum prosecutio, necessariam fuisse causam, cur tunc congregarentur episcopi.*

CCCCLXV. *Interlocutio exigens contra Cæciliani absolutionem a Donatistis aliquid responderi.* Anno Christi 411.

CCCCLXVI. *Prosecutio Donatistarum, quamuis collecta tunc facta sint, plebis tamen episcoporum contrahi tunc non potuisse Concilium.*

CCCCLXVII. *Interlocutio exigens Donatistas legere aliquid contra iudicium Militiadis.*

CCCCLXVIII. *Prosecutio Donatistarum, non potuisse episcopos suos in eo crimine alterum condemnare, si eo ipsi tenerentur obnoxii.*

CCCCLXIX. *Catholicorum de scripturis dominicis ad ista responsio.*

CCCCLXX. *Interlocutio exigens vt contra absolutionem Cæciliani quid proferatur.*

CCCCLXXI. *Prosecutio Donatistarum, Cæcilianum in Africa vbi damnatus fuerat, debuisse purgari: Militiadis autem pro eo sententiam non valere, quia simili etiam discrimine tenebatur.*

CCCCLXXII. *Prosecutio catholicorum exigens hoc probari quod de crimine Militiadis dixerant Donatistæ.*

CCCCLXXIII. *Interlocutio approbari præcipiens quod intenditur Militiadi.*

CCCCLXXIV. *Prosecutio Donatistarum quæ de Militiadis nomine quid sit actum probaturam se gestorum recitatione promittit.*

CCCCLXXV. *Vbi catholici petunt de nomine Militiadis res iudicatas debere proferri.*

CCCCLXXVI. *Vbi Donatistæ dicunt de scriptis Optati catholici episcopi monstraturos Cæci-*

ANNO CHRISTI 411.

lianum Brixiæ fuisse damnatum.

CCCCLXXVII. *Interlocutio, Optati testimonio nunc amoto, illud potius quod super nomen Militiadis Donatistæ promiserant, proferendum.*

CCCCLXXVIII. *Vbi Donatistæ Optati volunt testimonium recitari.*

CCCCLXXIX. *Interlocutio quæ promittit & Optati testimonium recitandum, si primum quod contra Militiadem promissum fuerat, recitetur.*

CCCCLXXX. *Prosecutio catholicorum, contra eminentes episcoporum sententias vnius Optati testimonium suscipi non debere.*

CCCCLXXXI. *Donatistarum prosecutio, nimium verum esse quod contra catholicos Optatus catholicus dixit.*

CCCCLXXXII. *Catholicorum prosecutio, Optati scripta pro scripturis canonicis non haberi.*

CCCCLXXXIII. *Prosecutio qua exigunt Donatistæ, vt aut damnent catholici Optatum, aut patiantur eius testimonium recitari quo Cæcilianũ Brixiæ dictum fuisse damnatum: & qua admonent iudicem, vt promissam teneat æquitatem.*

CCCCLXXXIV. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCCLXXXV. *Catholicorum prosecutio, contra Militiadem debere Donatistas proferre aliquod iudicatum.*

CCCCLXXXVI. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCCLXXXVII. *Vbi dicunt Donatistæ nõ esse prolixum quod de Optato desiderant recitari.*

CCCCLXXXVIII. *Interlocutio, ordinem seruandũ esse definiens, vt primo contra Militiadem aliquid, postea de Optato quantum voluerint recitetur.*

CCCCLXXXIX. *Vbi gesta in vrbe habita offerunt Donatistæ.*

CCCCXC. *Vbi gesta eadem recitantur, quibus in vrbe Roma a nonnullis aliis & a quodã Stratone rerum ecclesiasticarum traditio perpetrata est.*

CCCCXCI. *Interlocutio, in tam prolixis gestis nihil dictum de nomine Militiadis.*

CCCCXCII. *Vbi dicunt Donatistæ, adhuc se non finisse totum quod promiserant recitare.*

CCCCXCIII. *Catholicorum prosecutio, qua prolixis gestis se patientiam præbuisse testantur, & nihil ex iisdem aduersum Militiadem esse prolatum: vndæ se debere de absolutione Cæciliani etiam Constantini principis legere iudicatum.*

CCCCXCIV. *Prosecutio Donatistarum, qua testantur traditione se gestis prioribus recitasse, & adhuc se habere quod legant.*

CCCCXCV. *Interlocutio alia circa Militiadis personam recitari gesta permittens, & catholicis seruans, vt recitent postea si quid velint.*

CCCCXCVI. *Hic catholici volunt esse testatum, quod non expresserint Donatistæ, vbi superiora gesta confecta sint.*

CCCCXCVII. *Interlocutio confirmans quod a catholicis dictum est.*

CCCCXCVIII. *Item a Donatistis gesta alia recitantur, quibus post redditam agendi licentiam Christianis, res ecclesiæ quæ traditæ fuerant recuperantur ab Stratone & ceteris, quos ad id negotium Militiadis episcopus destinarat.*

CCCCXCIX. *Interlocutio, quod etiam secunda gesta nihil de reatu contineant Militiadis.*

CCCCC. *Vbi asserunt Donatistæ eum Stratonem quasi diaconum a Militiade directum ad res ecclesiæ repetendas, qui inuenitur ante tradidisse.*

CCCCCI. *Interlocutio postulans id deberi.*

CCCCCII. *Vbi recitatur ex primis gestis Stratonis nomen.*

CCCCCIII. *Interlocutio postulans euidenter ostendi, vtrum Straton in primis gestis diaconus fuerit nominatus.*

CCCCCIV. *Vbi Donatistæ ex hoc illud interpretari volunt ibi diaconum significatum, quod iisdem gestis hortator superstitionis fuerit nominatus.*

CCCCCV. *Vbi catholici ex Donatistarum prosecutione colligunt, fieri potuisse vt alter fuerit Straton superstitionis hortator.*

CCCCCVI. *Donatistarum contra ista contentio.*

CCCCCVII. *Interlocutio qua dicitur vtraque gesta iisdem temporibus facta, & debuisse Stratonem eodem hortatoris nomine vtrobique signari.*

CCCCCVIII. *Item interlocutio quæ requirit apertum crimen & manifestam damnationem Militiadis esse promendam.*

CCCCCIX. *Prosecutio Donatistarum, eumdem Stratonem esse qui primo tradidit, postea res suscepit ecclesiæ, nec obesse veritati, quod ibi hortator superstitionis est dictus, quia gentiles diaconum dicere noluerunt: tunc de Militiade oportere iudicari Stratonis consortio maculatum.*

CCCCCX. *Interlocutio, probari oportere quod idem Straton etiam tunc a Militiade directus sit, quando dicitur tradidisse.* ANNO CHRISTI 411.

CCCCCXI. *Donatistarum prosecutio, ideo ibi non teneri vocabulum Militiadis quod adhuc episcopus non fuisset: hinc autem Militiadem fuisse pollutũ, quod traditorem Stratonem in numero habuit diaconorum.*

CCCCCXII. *Interlocutio pronuntians partes agere quæ competunt.*

CCCCCXIII. *Prosecutio catholicorum, duos Stratones tunc esse potuisse: nec abhorrere a consuetudine, vt duo vno nomine censeantur, Militiadem vero reum esse non posse, nisi traditionem Stratonis scisse doceatur.*

CCCCCXIV. *Interlocutio, inter episcopos nihil suspicionibus actitandum, & debere Constantini iudicium recitari.*

CCCCCXV. *Recitatio iudicii Cõstantini quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium, significat imperator.*

CCCCCXVI. *Interlocutio quæ admonet Donatistas vtrum contra hæc habeant aliquid recitandum.*

CCCCCXVII. *Vbi dicunt iterum Donatistæ Militiadem Stratonis societate pollutum.*

CCCCCXVIII. *Interlocutio similis præcedenti.*

CCCCCXIX. *Vbi dicunt Donatistæ, falsum esse iudicium Constantini auribus intimatum.*

CCCCCXX. *Interlocutio, quod inter partes sententiam tulerit imperator.*

CCCCCXXI. *Vbi hoc legi desiderant Donatistæ.*

CCCCCXXII. *Interlocutio, hoc ipsum significari, & ex rescripto principis superius recitato.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CCCCCXXIII. *Vbi Donatistæ volunt esse testatum, ex rescripto principis nec diem esse nec consulem.*

CCCCCXXIV. *Vbi respondent catholici, & lectum esse ex rescripto diem, & iterum offerunt vt legatur.*

CCCCCXXV. *Prosecutio Donatistarum, lecto die non esse consulem lectum.*

CCCCCXXVI. *Catholicorum ad ista responsio, &, vt si de rescripto dubitatur, archiuorum inspiciatur auctoritas.*

CCCCCXXVII. *Interlocutio, imperiale rescriptum cui desit consul & dies, in dubium reuocari non posse.*

CCCCCXXVIII. *Vbi Donatistæ queruntur episcopale Decretum superius a catholicis cum consule esse prolatum, & nunc imperatoris epistolam sine consule recitari.*

CCCCCXXIX. *Vbi catholici prouocant Donatistas, vt dicant falsam esse imperatoris epistolam.*

CCCCCXXX. *Vbi postulant Donatistæ, vt quod sibi seruatum fuerat, de Optato proferant lectionem.*

CCCCCXXXI. *Interlocutio, debere respondere primitus Donatistas, vtrum falsa sit imperatoris epistola, & ita demum recitari de Optato quod velint.*

CCCCCXXXII. *Vbi asserunt Donatistæ Cæciliano nihil prodesse rescriptum, quia inuenitur postea condemnatus: & hoc volunt recitata Optati lectione constare.*

CCCCCXXXIII. *Vbi catholici contestantur, quod sibi non obsit error Optati: legi tamen patiuntur Optatum.*

CCCCCXXXIV. *Vbi postea consul inuenitur imperiali epistolæ.*

CCCCCXXXV. *Vbi de Optato lectio recitatur.*

CCCCCXXXVI. *Non inuenta in Optato damnatione Cæciliani, sed retetione apud Bryzam temperantius ab Optato esse dictum asserunt Donatistæ.*

CCCCCXXXVII. *Interlocutio debere Donatistas qui hoc Optatum temperantius posuisse dixerunt, euidentius approbare Cæcilianum & imperatorem fuisse damnatum.*

CCCCCXXXVIII. *Prosecutio Donatistarũ, qua dicunt alium Casæ non fuisse Donatum.*

CCCCCXXXIX. *Catholicorum ad ista responsio, quod in actis Militiadis Donatus Casensis euidenter expressus sit.*

CCCCCXL. *Vbi Petilianus episcopus partis Donati impedimento raucedinis agere se non posse testatur.*

CCCCCXLI. *Vbi catholici testantur, ideo se Petilianum excusationi subtrahere voluisse, quod ei Donatus Casensis ex gestis euidenter ostensus est.*

CCCCCXLII. *Interlocutio, cum septeni adstent, de vnius defectu querelam esse posse.*

CCCCCXLIII. *Prosecutio Donatistarum, principi Constantino libellum asserunt proprios dedisse maiores, & eo principem motum, agendi eis dedisse licentiam, & ibi Felicis Aptungitani episcopi, qui Cæciliani fuerat ordinator, causa narratur.*

CCCCCXLIV. *Interlocutio exigens vt quod competit Donatistis documentorum prolatione monstretur.*

CCCCCXLV. *Libelli recitatio, quem Constãtino imperatori de-*

derunt illo tempore Donatiſtæ.

CCCCCXLVI. *Proſecutio catholicorum, qua aſſerunt pro ſe facere libellum quem recitauerunt Donatiſtæ.*

CCCCCXLVII. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans, & reſcriptum Conſtantini præcipiens recitari.*

CCCCCXLVIII. *Vbi recitatur epiſtola Conſtantini ad vicarium deſtinata, qua libertatem agendi tribuit Donatiſtis.*

CCCCCXLIX. *Proſecutio catholicorum quæ dicit pro ſe magis epiſtolam facere Conſtantini, quia non de Cæciliano aliquid iudicatum eſt, ſed furori ſuo ipſi permiſſi ſunt.*

CCCCCL. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans.*

CCCCCLI. *Vbi Donatiſtæ petunt vt iudex de permiſſa ſibi a Conſtantino arbitrii libertate pronuntiet.*

CCCCCLII. *Interlocutio pronuntians quod petitum eſt, & aſſerens principem Honorium de abſolutione Cæciliani hodie præcepiſſe diſquiri.*

CCCCCLIII. *Proſecutio Donatiſtarum qua interpretantur ideo non videri Cæcilianum fuiſſe purgatũ, quia retractata cauſa Felicis ordinatoris eiuſdem, Ingentius quidam ad comitatum præceptus eſt deſtinari, & nihil actum ab Ingentio reperitur, quo Felix abſolutus eſſe noſcatur.*

CCCCCLIV. *Proſecutio catholicorum qua promittunt ſe Æliani proconſulis recitata ratione monſtrare, quid ſuper Felicis abſolutione fuerit actitatum.*

CCCCCLV. *Vbi Donatiſtæ contendunt Conſtantini potius literas recitandas, quibus iuſſus eſt Ingentius ad palatium deſtinari.* Anno Christi 411.

CCCCCLVI. *Interlocutio quæ hoc potius præciperet recitari.*

CCCCCLVII. *Vbi hæ ipſæ literæ recitantur.*

CCCCCLVIII. *Proſecutio catholicorum, vbi dicunt relationem Æliani proconſulis recitandam, qua Felix oſtenditur abſolutus.*

CCCCCLIX. *Recitatio relationis eiuſdem.*

CCCCCLX. *Interlocutio quæ depoſcit, vt ad pleniorem fidem etiam geſta ipſa, quibus Felix purgatus eſt, recitentur.*

CCCCCLXI. *Vbi Donatiſtæ contendunt illud potius recitandum, ſi aut directus eſt, aut aliquid apud imperatorem egit Ingentius.*

CCCCCLXII. *Proſecutio catholicorum, acta potius recitari oportere, vt quemadmodum Cæcilianum conſtitit abſolutum, ita & Felix purgatus fuiſſe monſtretur.*

CCCCCLXIII. *Interlocutio geſta præcipiens recitari.*

CCCCCLXIV. *Geſtorum recitatio pro Felice qui Cæciliani fuerat ordinator.*

CCCCCLXV. *Interlocutio exigens vt quod partibus competit, intimetur.*

CCCCCLXVI. *Proſecutio Donatiſtarum contra geſta pro Felice prolata.*

CCCCCLXVII. *Interlocutio, geſta quæ roborauit antiquitas, non niſi aliorum prolatione geſtorum poſſe reſcindi.*

CCCCCLXVIII. *Proſecutio catholicorum, ſufficere cauſæ quidquid ab ipſis eſt recitatum, & ſi Cæciliani purgatione Ingentii perſona reſcindit, Donatiſtas hoc potius debere monſtrare.*

CCCCCLXIX.

ANNO CHRISTI 411.

CCCCCLXIX. *Interlocutio quæ iſtud exigit recitari.*

CCCCCLXX. *Donatiſtarum proſecutio qua dicunt præſentem Felicem debuiſſe purgari, & qua requirunt vtrum aliquid apud imperatorem Ingentius pro Felice reſponderit.*

CCCCCLXXI. *Proſecutio catholicorum qua dicunt, quoniam omnia per ordinem recitata ſunt, debere cognitorem, ſummotis tergiuerſationibus, ferre ſententiam.*

CCCCCLXXII. *Interlocutio exigens vt contra geſta, quibus abſolutus eſt Felix aliquid recitetur.*

CCCCCLXXIII. *Proſecutio catholicorum, maioris eſſe innocentiæ documentum quod abſens purgatus eſt Felix.*

CCCCCLXXIV. *Proſecutio Donatiſtarum, qua omnes totius negotii recapitulantur articuli ſuperiorum proſecutionum diuerſimode tractati.*

CCCCCLXXV. *Interlocutio, abſoluta & conſumpta repeti non debere, qua rurſus exigitur, vt cõtra Felicis abſolutionem aliquid recitetur.*

CCCCCLXXVI. *Proſecutio catholicorum poſtulans, vt quoniam diſcuſſis omnibus, ſuperflua repetuntur, iam ſententia proferatur.*

CCCCCLXXVII. *Interlocutio contra Felicis abſolutionem aliquid recitandum.*

CCCCCLXXVIII. *Proſecutio Donatiſtarum debere iudicem de his quæ prolata ſunt iudicare, vt etiam cetera recitentur.*

CCCCCLXXIX. *Interlocutio, omnia debere iudicari, vt de omnibus iudicetur.*

CCCCCLXXX. *Proſecutio Donatiſtarum ſimilis præcedenti.*

CCCCCLXXXI. *Interlocutio ſimilis præcedenti.*

CCCCCLXXXII. *Proſecutio Donatiſtarum, pro arbitrio partis aduerſæ falſatum eſſe & deſtructum quidquid a ſua parte prolatum eſt.*

CCCCCLXXXIII. *Interlocutio, ſi nihil ſupereſt quod legatur, debere partes exire, vt ſcribi poſſit ſententia plena.*

CCCCCLXXXIV. *Interlocutio conuocans partes vt ſententia recitetur.*

CCCCCLXXXV. *Sententia recitata quæ totum complexa negotium, quid obſeruari oporteat, pro catholica vnitate decernit.*

ANNO CHRISTI 411.

GESTA PRIMÆ COGNITIONIS.

POST consulatum Varanis v. c. Kalendis Iunii Carthagine in secretario thermarum Gargilianarum, præsentibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris deuotissimis protectoribus domesticis, adstantibus Vrso, Petronio & Liboso ducenariis, Bonifacio & Euasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustris comitiuæ sedis, Exitioso adiutore corniculari, Possidio, Quodvultdeus & Colonico adiutoribus commentariorum officii domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Nauigio adiutore numerorum officii domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba v. c. curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, & Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Vrsus ducenarius illustrium atque eminentium potestatum dixit:

Dudum vestra sublimitas secundum imperiale præceptum & nos, & ceteros, qui tam de sacratissimo comitatu, quam etiam de Africanis officiis sublimitatis tuæ sunt actibus deputati, ad singulas prouincias destinauit, & edicta etiam per vniuersam Africam direxit, vt tam catholici quam Donatistæ episcopi intra quartum mensem collationi cuncti adesse deberent: quæ tempora hodierna die videntur impleri. & quia præsto sunt vniuersi, de omnibus scilicet prouinciis Africanis, id est de prouincia proconsulari, de prouincia Burcensi, de Numidia, de Mauritaniis, Sitiphensi & Cæsariensi, sed etiam & de Tripolitana prouincia, si præcipit nobilitas tua, adsint iidem venerabiles viri, vt omnia suo ordine peragantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

II.

Flauius Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Adsint venerabiles viri quos præsentes esse suggeritis. Et ingressis vniuersis episcopis partis Donati, ingressis etiam Aurelio, Alypio, Augustinò, Vincētio, Fortunato, Fortunatiano & Possidio episcopis ecclesiæ catholicæ, cum Nouato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Sereniano & Scyllacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto, æque episcopis & custodibus gestorum.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Optarem quidem tantæ huius multitudinis sanctitatem quæ sub vnius Christi Dei religione censetur, nulla a se dissensione seiungi: sed quia id quod dudum error antiqui hostis immisit, Deum certum est velle nunc corrigi, ne diutius germana religio concertatione sua spectaculum gentibus faciat, licet supra meritum meum hoc cognoscam esse iudicium, vt inter eos videar iudicare a quibus me potius decuerat iudicari: tamen quia certum est, hanc causam spectante Deo & angelis testibus agitandam, quæ sub fidei cælestis examine vel probata præmium afferat, vel læsa iudicium, vt tandem præsentium disceptationibus episcoporum manifestius veritas eluceſcat, imperialis primitus sanctio recitetur, vt in quem modum atque formam sit suscipienda cognitio, ab omnibus possit aduerti, licet eam cunctis innotuisse sat clarum sit. Martialis exceptor recitauit.

IV.

Imperatores Cæsares Flauius Honorius & Theodosius, Pii, Felices, Victores, ac Triumphatores, Augusti, Flauio Marcellino suo, salutem. Inter imperii nostri maximas curas, catholicæ legis reuerentia, aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi vt verum Dei cultum orbis nostri plebs deuota custodiat, vt etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim implere conuenerant, qui Africam, hoc est regni nostri maximā partem, & sæcularibus officiis fideliter seruientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare, quæ omnium retro principū deuota in Deum de-

finiuit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in iniuriam legis catholicæ fuerit generatũ, iusto iudicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sane latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæua Donatistarum interpretatio profitetur, qui quamuis deprauatos animos ad correctionem mitius inuitaret, aboleri eum tamen etiam ante iussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus, illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submouere, ne in diuinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamuis vna sit omnium & manifesta sententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cæleſti sententia comprobatam, studio pacis & gratiæ, venerabilium virorum episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat ciuitatis, vt electis etiam sacerdotibus quos pars vtraque delegerit, habitis disputationibus superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, vt conuersos animos populorum etiam clementia nostra, sicut desiderat, celerius possit cognoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum episcopi declinauerint conuenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis, si prouocati adesse contempserint, cedat cum ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognouerint superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis nostris, vel catholicæ legis veris imperiis seruiendum. Cui quidem disputationi principe loco te iudicem volumus residere. Quidquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi, omnemque, vel in congregandis episcopis, vel euocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere: vt & ea quæ ante mandata sunt & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia seruaturus, vt ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinauit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roborauit, nouella subreptione

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411.

submota integra & inuiolata custodias. Vt sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles proconsulem atque vicarium serenitas nostra commonuit, vt si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis, quam ex omnium iudicum apparitione, abunde necessarios faciant deputari. Erit iam solicitudinis tuæ, si quid vlla cognoueris arte differri, missis relationibus indicare, vt negligentes puniat digna correctio. Omnia sane quæ vel in vnum episcopis congregatis disputatio completa firmauerit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conueniet, vt quid ad confirmandam catholicam fidem præceptio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. & diuina manu; Vale Marcelline carissime nobis. Data pridie Idus Octobris Rauennæ.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitata venerabilis lex gestis præsentibus inseratur, cuius definitio euidenter apparuit, vnde nunc edictorum meorum per ordinem forma recitetur.

V.

Martialis exceptor recitauit: Quid clementissimus princeps dominus noster Honorius pro catholicæ fidei confirmatione decreuerit, antelatorum apicum tenore monstratur: legationem siquidem venerabilium episcoporum libenter accipiens, Africam suo deuotam semper imperio vario religionum genere diutius inquietari decolorarique non passus est. Studio namque pacis & fidei tantorum dissidia populorum ex antiqua persuasione venientia veritatis voluit manifestatione sedari, vt quos sedare principalibus a se sanctionibus prorogatis ac trahi ad vnam fidei sententiam non posse peruidit, habita vtrarumq; partium disceptatione reuocaret. Cunctos etenim tam catholicæ quam Donatianę partis episcopos in vnum voluit congregari, vt lectis ab vtraque parte peritioribus viris, certæ fidei veritate discussa, superstitionem ratio manifesta conuincat: quatenus quidquid illud est quod pro suis partibus æstimat vnusquisque posse competere, proferatur in medium, & sic germanæ, vel sero, fidei lux clarescat. Consona siquidem vtriusque partis petitio ad hanc

principem sententiam prouocauit. Nam sicut a catholicis nuper collatio postulata est; sic ante breuissimum tempus Donatistarum episcopos in iudicio illustrium potestatum collationem postulasse non dubium est. Et quoniam libenter assensum tribuit clementia principalis, & Concilium fieri intra Africam vniuersale decreuit vtriusque partis iuxta poscentibus, huic me disputationi principe loco iudicem voluit residere. Vnde cunctos per Africam tam catholicæ quam partis Donatianæ episcopos huius edicti tenore commoneo, vt intra tempus lege præscriptum, id est, intra quatuor menses, qui dies intra diem Kalendarum Iuniarum sine dubio concludetur, ad ciuitatem splendidam Carthaginensem Concilii faciendi gratia conuenire non differant, ne eam partem de merito propriæ fidei appareat iudicasse, quam defuisse constiterit. Vniuersos etiam cunctarum prouinciarum curatores, magistratus, & ordinis viros, nec non & actores, procuratores, vel seniores singulorum locorum, pari admonitione conuenio, sub propriæ existimationis ac dignitatis reatu salutisque periculo, quatenus in ciuitatibus lociisque in quibus consistunt, vtriusque partis episcopos conuenire, vel sub gestorum confectione vel sub cuiuslibet scripturæ documento extante, festinent; ita vt si ipso in tempore in ciuitatibus non potuerint inueniri, per rura etiam perquisitis tam imperialis præcepti forma, quam tenor huius innotescat edicti; quatenus intra hos quatuor menses ordinum relatione cognoscam singularum partium voluntatem. Illud etiam scire Donatianæ partis episcopos volo, si quis eorum adfuturum se esse responderit, ecclesiam sibi primitus cum omni iure suo quæ forte a catholicis iuxta præceptum imperiale retinetur, sine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam. Si vero omnes vel singuli in locis suis positi se adfuturos esse responderint, & ecclesias & ea loca quæ eorum fuisse vel eos tenuisse constiterit, per supradictorum ordinum instantiam eorum iuri dominioque reddenda, vt reformato iisdem primitus statu, disputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti mihi negotii summam committere voluit augustissimus princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, vt si de mea persona

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. aliquid cunctationis affertur, alium mecum iudicē, quem ipsi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel superioris vel similis dignitatis residere non abnuam. Siue autem cum alio siue solus in hoc negotio iudicaturus interero, nihil aliud me, nisi quod allegationes partium examinatæ potuerint demonstrare, & quod veri inuenerit fides, per admirabile mysterium trinitatis, per incarnationis dominicæ sacramentum, & per salutem supra memoratorum principum iudicaturum me esse promitto. Nec illam sane partem potui reticere, quatenus nouerint, siue pro Donatistis, siue pro catholicis fuerit lata sententia, in nullo se Donatistarum episcopos aliquam molestiam esse passuros, sed liberos & ab omni iniuriæ genere alienos ad propria redituros. Quod me & per tremendum iudicii diem, & per sacramenta superius memorata, ita facturum esse polliceor. Omnes autem qui ad singulas prouincias fuerant destinati, nouerint in nullo se quemquam deinceps Donatistarum aliquatenus conuenire debere, vel aliquam iisdem superioris executionis molestiam generare, ni malunt pro contemptu recentioris præcepti subiacere vindictæ. Erit autem omnibus Donatianæ partis hominibus de eorum qui missi sunt concussionibus & deprædationibus, si quas forte admissas esse nouerunt, liberum conqueri, vt in eos probata criminum qualitate, vltio digna procedat: & alia manu: Proponatur.

VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lectum edictum gestis præsentibus adhærebit, quo constat me euidentius obtulisse, vt si placeret electus a vestra parte mecum alius cognitor resideret: qui si præsto est, introire dignetur.

VII.

Petilianus episcopus dixit: Non decet nos cognitorem eligere alterum, qui non petiuimus primum: & alia manu: Recognoui.

VIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euidentissime præceptionis Augustæ tenore declaratum est collationem non cognitorem fuisse postulatum, & arbitrio suo meæ mediocritatis iudicium delegisse: cui necesse est

me omnibus modis inſeruire, cum & ſanctitatem veſtram ideo conueniſſe manifeſtum ſit, vt ſatisfieret imperialibus conſtitutis. ANNO CHRISTI 411.

IX.

Petilianus epiſcopus dixit: Saluis omnibus quæ competunt nobis, & de perſona & in cauſa, proponant ii qui iſta elicere meruerunt: & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

Marcellinus vir clariſſimus tribunus & notarius dixit: Saluis atque incolumibus vniuerſis quæ legibus deferuntur, edictorum per ordinem, ſicut & prius ſtatui, formæ recitentur.

X.

Martialis exceptor recitauit: Magnitudo huiuſce negotii, quod de veritatis ac religionis agnitione ſuſcipitur, etiamſi parum momenti ſui libraretur examine, conuenerat tamen ipſa diſceptantium grauitate atque auctoritate penſari. Nulli enim habetur ambiguum, quanti ſit ponderis cauſa, quæ inter epiſcoporum eſt diſcutienda perſonas. Sed cum mihi cognitionem diſceptationis huiuſce crediderit auguſta dignatio, eiſque iudicem dederit, quibus inferiorem me eſſe, pro tanti nominis veneratione cognoſco, fidei ſolicitudinis meæ hac conſideratione proſpexi, vt de meo vellem iudicio iudicari. Huius igitur auctoritate propoſiti omnes vtriuſque partis epiſcopos cenſui commonendos, vt ante cognoſcant, non amplius quam ſeptenos ambarum epiſcopos partium mutuæ inter ſe diſceptationis habituros eſſe colloquium, quos in officium diſputandi ſuarum partium ſubrogaret electio: ſiquidem certum deligi ex partibus numerum præceperit imperialis auctoritas. Aderunt alii quoque ſepteni, delecti iudicio ſuæ cuiuſque partis epiſcopi: qui ſeruata primitus per omne colloquium moderatione ſilentii, ad hoc ſe tantum intelligant intereſſe, vt ſi qui ex diſputationibus vtrimque ſeptenis conferre conſilium cum ſuorum quoque voluerit, cum eodem illic ſecedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi, proprium reuertatur ad locum, fidem ſeruaturus officii, vt alter, cui id neceſſe eſt, tacendo audienda commendet; alter, cui id munus eſt, loquendo ſuſcepta con-

ANNO CHRISTI 411. confirmet. Erit autem collationi aptissimus locus thermarum Gargilianarum; in quem die Kalendarum Iuniarum eosdem episcopos solos qui designati sunt oporteat conuenire. Ex quo illud profecto perspicuum est, eo nullum penitus populi fieri debere conuentum, quo nec ipsos vniuersos confluere sinatur episcopos. Nam cum patientia disputandi quæ soli amica silentio est, omnem caeruatim agminis strepitum perhorrescat, nihil interest, vtrum eam congestio populorum, an episcoporum turba præpediat. Igitur episcopi memorati soli in prædictum locum tempusque conueniant: ita tamen vt reliqui omnes vtriusque partis episcopi ante diem qui prædestinatus examini est, ratum se habituros quidquid a septenis vtiq; coepiscopis suis fuerit actitatum, epistolis ad meam dicationem currentibus vtrimque designent. Quibus epistolis tamen etiam testimonium omnes apud me propriæ subscriptionis adiungant. Æquissimum namque est, vt eorum vniuersa collatio rata futura promittatur ab omnibus, qui eliguntur ab omnibus. Nullus ergo vel laicus vel episcopus vltra numerum præstitutum in illum tranquillissimum Concilii locum contra prohibitum moliatur accedere, quin potius etiam plebes suas pia quietis ac modestiæ commonitione conueniant, hoc per ecclesias proprias ante tractantes, quatenus a die disputationis ac loco omnis se multitudo contineat, vt religioso patientiæ magisterio delinitum Christianæ paci populum parent. Non solum enim episcopi, verum etiam rationabilis in hanc sententiam populus ipse consentit, disputantibus supradictis: & vbi maior occupatio mentium defixa consistit, de veritate quærentibus, nihil turbidum, nihil tumultuosum, nihil denique intempestiuum debere prorsus obstrepere: nam vt quod omnium saluti proficiat, fiat postea publicum, debet discutientibus veritatem præstare ante secretum, a me vero ita per omnia promulganda sententia est, vt in publicam dimissa notitiam, toto splendidæ Carthaginis populo iudice ponderetur. Ita quippe oculis non solum vrbis huiusce, verum etiam vniuersæ prouinciæ totus emensæ ordo disputationis pandetur, vt tam prosecutiones disputantium episcoporum, quam pronuntiationum mearum series

subsecuta, digestis in publico voluminibus explicetur. Hæc enim in iudice securitas fidei est, vt de se non timeat iudicari. Vt igitur in eliciendæ veritatis examen non inserpat aliquatenus calumniosa suspicio, lucemque perspicuam, quam mentibus publicis probationum euidentium fides absoluta purgabit, nullis penitus nebulis causatio cuiuslibet partis obducat; id etiam contra suspicionum fucos & commenta fallendi necessario prouisum. Nouerint omnes non solum oportere, verum etiam expedire seruari, scilicet vt interfatibus meis me primitus per omnia subscribente, etiam omnes disputantes episcopi suis in scheda prosecutionibus vniuersis absque vlla prorsus excusatione subscribant. Exigit enim meritum fidei, vt aduersus eum qui assertionibus suis perfidum forte subducere tentarit assensum, & inficiari quæ dixerit, etiam testimonii sui consistat auctoritas; vbi soli proficiat victoria veritati. Hi autem qui excipiendi funguntur officio, præter eos qui dicationi meæ de publicis præstolantur officiis, etiam quaterni de singulis partibus ecclesiastici alternis debebunt adstare notarii: quorum fides ne qua vacillet ambage, quaterni episcopi partium singularum delecti suorum iudicio præponantur, vt eosdem exceptores ac notarios peruigili ac solicita obseruatione custodiant, quatenus cum eisdem exceptoribus ac notariis egressi per vices, subinde faciant perspicua digeri descriptione quæ dicta sunt, vt nihilominus adhuc episcopis supradictis in disceptatione versantibus, transeat in apices euidentes profligatæ pars aliqua quæstionis, vt confestim ea cum a septenis episcopis subnexa subscriptione, celerem expectationi publicæ tribuant notionem. Post primum autem collationis diem, descriptioni subscriptionique gestorum, locum diei subsequentis efficiet procrastinata cognitio: ita vt si quid forte præcedenti collationi supererit, in diem tertium recurrat examen. Omne igitur spatium conferendi vicissim diei vnius intercapedo distinguet, quo possint in medio gesta subinde subscribenda describi, memoratorum præstolante custodia, qui hoc fine suum metiantur officium, non vt aliquid dicant, sed vt dicta custodiant. Donec autem emenso exitu quæstionum, omnes expedita veritas

ANNO CHRISTI 411.

enodet ambages, schedas subinde scriptas pariter atque subscriptas, tam mei sigilli quam illorum octo custodum signabit impressio. Maximianistis etiam edicti huius innotescat auctoritas, qua sibi ab illo Concilio intelligant temperandum, quod inter catholicos Donatistasque distingui omnem diiudicarique conflictum clementium principum præceptio religiosa constituit. Nec eis opitulari aliquatenus potest, quod sibi Donatistarum nomine blandiuntur, cum a Donatistis dicantur esse damnati. Si quis ex istis quæ aduersus omnes multifariæ suspicionis insidias prouisa solicite, constituta fideliter, ordinata diligēter, tenor huius propositionis amplectitur, quilibet obseruare noluerit, non solum quid de causa sua sentiat confitetur, verum etiam quid moliatur ostendit. Sufficit interim cognitori talis prærogatiuæ, iustitia huius commonitionis circa vniuersos episcopos feciſſe populum sibi plebis Carthaginensis testem, quem mox est habiturus iudicem. Superest vt ante Concilii diem vniuersum huiusce ordinationis tenorem, vtriusque partis episcopi, amputata penitus mora, missis ad dicationem meam literis suis impleturos se esse promittant, hoc præcipue maturato, vt eædem quibus ad omnia huiusce edicti se consensisse profitebuntur epistolæ primatium tantummodo episcoporum subscriptione signentur: sufficit enim illis epistolis vniuersalem (vt ita dixerim) subscriptionem episcoporum omnium cohærere, quibus totum disputationis ordinem conferentium septenorum, ratum se habituros esse promiserint.

XI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quoque edictum suscipiet corpus actorum. Ne quid autem fidei plenorum videatur deesse gestorum, vniuersa quæ a partibus medio tempore vel scripta sunt, vel intimata iudiciis, percurrat officium.

XII.

Petilianus episcopus dixit: Egisti partes tuas, vir nobilis, vt & partibus te iustum futurum promiseris esse, & auribus publicis popularem. Sed quia hæc omnia ante causam sunt, non de causa, id primum a tua petimus potestate, vt iis qui me acciri edictis, qui me de meis sedibus

euocari, qui me laborem itineris pati inquietauit, petita vt voluit proponat, cur meam desiderarit adesse præsentiam, vt nouerim vtrum, vel quid, debeam respondere: & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

XIII.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Hæc suo loco & ordine rectius peragentur: interim quod statui percurrat officium.

XIV.

Romulus exceptor recitauit: Exemplum notariæ Donatistarum. Post consulatum Varanis viri clarissimi octauo Kalendas Iunii Flauio Marcellino viro clarissimo & spectabili tribuno & notario, Ianuarianus, Primianus, & ceteri sinceræ Christianitatis episcopi & catholicæ veritatis. Notum facimus sinceritati tuæ; nos edicto tuo conuentos, ex diuersis partibus Africæ conuolantes, ingressos fuisse Carthaginem XV. die Kalendarum Iuniarum, cuius nostri aduentus & omnes quos Carthago continet testes sunt, & tua sinceritas non ignorat. Tanta enim vis iurisiurandi tui edicto tuo expressa est, vt exceptis his quos aduersæ valetudines corporum in sedibus retinent, aut ægritudo in via comprehendit, nec grauissimos senes annositas, nec prolixi itineris labor valuerit prohibere. Quod cum solum edictum ante causam sufficeret, alterum quoque dignatus es edere, in quo cum multa nos moueant, tum præcipue magnam solicitudinem facit, quia nosipsos, edicto tuo, epistolis nostris adstipulari oportere censuisti, cum hoc nec mos publicus habeat, nec iudicum consuetudo. Qua de re sinceritatem tuam plurimum exhortamur, vt prioris edicti fide seruata, cunctos nos ad te venire præcipias, vt quamprimum de numero nostro constet, quos aduersarii paucos esse sæpe mentiti sunt, vt rite omnibus ordinatis, quæ nostris partibus competunt, disceptatio subsequatur, ne aut edicta tuæ sinceritatis impugnent, aut nobis quidquam præiudicet, vt cum omnes venire præceperis, paucos nunc adesse velle videaris. Hoc enim decet & expedit, vt cunctis præsidentibus commune negotium pauci loquantur. Huius notariæ parem apud nos retinuimus. & alia manu: Ianuarianus episcopus sub-

ANNO CHRISTI 411.

scripsi. & alia manu: Primianus episcopus subscripsi.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alterius quoque partis recitetur epistola.

XVI.

Romulus exceptor recitauit: Honorabili ac dilectissimo filio, viro clarissimo & spectabili tribuno & notario Marcellino, Aurelius, Siluanus, & vniuersi episcopi catholici. Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietique seruandæ, & veritati manifestandæ muniendæque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has literas intimamus: hoc est de loco & tempore ipsius collationis, & de numero eorum, quos præsentes esse oportebit. Consentimus etiam, vt hi quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis. Inque illo scripto, quo eis hoc munus imponimus, ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solum habeas factas, verum etiam cum fiunt, ipse perspicias; admonituri quoque, Domino adiuuante, populum Christianum, vt a collationis loco, quietis & tranquillitatis gratia, suum abstineat omnino conuentum, & ea quæ aguntur, non cum aguntur, audire festinet, sed conscripta vt cognoscat, expectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, vt si nobis ii cum quibus agimus demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi Christiani vsquequaque crescendo iam magnam partem orbis implerent, & in cetera dilatarentur implenda, subito ecclesiam Christi, nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum perisse contagio, & in sola remansisse parte Donati: si hoc, vt dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur, pro sola æterna salute, consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere ecclesiam Christi, omnium non solum Africanarum, verumetiam transmarinarum prouinciarum, multarumque gentium spatia feraciſſima populorum copia iam tenentem, &, sicut scri-

ANNO CHRISTI 411.

ptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse: si denique ipsorum, quos tunc accusare voluerunt, potius quam conuincere valuerunt, quæstionem demonstrauerimus esse finitam: quamuis non in eis ecclesiæ causa consistat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse iudicatos ab eo imperatore, ad cuius examen criminationes suas vltro accusando miserũt; postremo si quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel diuinis probauerimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus adpetitam, aut Christi ecclesiam, cuius communioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic eius nobiscum teneant vnitatem, vt non solum viam salutis inueniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis diuinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris: quibus sublatis fraternum pectus amplectimur, Christiana nobis caritate coniunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit quippe vnusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo iuxta considente collega. Hoc cum alternis basilicis vtrisque conceditur, vterque ab alterutro honore mutuo præuenitur: quia vbi præceptio caritatis dilatauerit corda, possessio pacis non fit angusta, vt vno eorum defuncto, deinceps iam singulis singuli pristino more succedant, nec nouum aliquid fiet: nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariæ discissionis errore vnitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, catholica dilectio custodiuit, aut si forte Christiani populi singulis delectantur episcopis, & duorum consortium, inusitata rerum facie tolerare non possunt, vtrique de medio secedamus, & ecclesiis in singulis damnata schismatis causa, in vnitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in ecclesiis singulis inuenientur, vnitati factæ per longa necessaria singuli constituantur episcopi. Quid enim dubitemus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de cælis in membra humana descendit, vt membra eius essemus & nos, ne ipsa eius membra crudeli diuisione lanientur, de

ANNO CHRISTI 411.

cathedris descendere formidamus? propter nos nihil sufficientius, quam Christiani fideles & obedientes simus? hoc ergo semper simus. Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si serui vtiles sumus, cur Domini æternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus inuidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta dispersérit. Nam qua fronte in futuro sæculo promissum a Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc sæculo noster honor impedit vnitatem? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribenda curauimus, vt & per te innotescant omnibus: postulamus vt in adiutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quo adiuuante nos implere posse confidimus, etiam ante collationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma, vel dura, pia caritas aut sanet, aut edomet. Ac sic iam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostram vel præcedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt, *Beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*, multo dignius & facilius eos velle, vt pars Donati vniuerso orbi Christiano reconcilietur, quam vniuersus orbis Christianus a parte Donati rebaptizetur: cum præsertim de Maximiani sacrilego & damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum iussionibus insectando emendare curarunt, tanta dilectione quæsierant, vt nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, & quosdam eorum damnatos, sine vlla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam vero in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent. Quorum inter se concordiæ non inuidemus; sed eos certe oportet aduertere, quam pie tanto studio ramum a se fractum radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter a se paruum fragmen incisum sic colligere laborauit. & alia manu: Optamus te fili in Domino bene valere. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis, huic epistolæ subscripsi. Item alia manu: Siluanus senex ecclesiæ Summensis subscripsi. Item recitauit.

Matth. 5.

XVII.

ANNO CHRISTI 411.

Flauius Marcellinus v. c. & ſpectabilis tribunus & notarius: Quoniam iuſtitia dictante, vel fide ſemel me ſpopondiſſe commemini, quidquid cum vtriuſque partis epiſcopis geſſero, in publicam tranſmiſſurum me eſſe notitiam, cauſa mihi repetendorum naſcitur edictorum. Nam cum ſuperioris forma programmatis ea digeſta contineat, quibus ordinata cognitio inoffenſum ſequatur tramitem iudicandi, neceſſarium eſſe cenſueram, quid ſuper eodem pars vtraque ſentiret edicto ab vniuerſis epiſcopis flagitare: qui dicationi meæ partim per notoriam, partim per epiſtolam reſcribentes, quid ſuper conditionibus nuper propoſitis ſentiant, intimarunt. Cuius vel epiſtola, vel notoriæ quemadmodum ſe forma contineat, offerendum publicis obtutibus iudicaui, vt quid vel præcedentis edicti textus exegerit, vel ſingularum partium reſponſione relatum ſit, vbi totius populi conſideraret agnitio, qualiter ſe habeat examinantis intentio perſpicue poſſit aduertere. Quo indito, item recitauit.

XVIII.

Honorabili ac dilectiſſimo filio v. c. & ſpectabili tribuno & notario Marcellino, Aurelius, Siluanus, & vniuerſi epiſcopi catholicæ. Multum nos ſolicitos reddidit notoria, vel literæ fratrum noſtrorum, quos cupimus ad catholicã pacem a pernicioſa diſſenſione conuerti; quod edicto nobilitatis tuæ, quo ipſius diſputationis noſtræ tranquillitati quietique prouidiſti, conſentire noluerunt: ne forte etiamſi non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum ſeu ſtrepitum, collationem, quæ pacifica & pacata eſſe debet, impediant. Atque vtinam ipſos non pertentet iſta cogitatio, & nos potius fallat iſta ſuſpicio: & ideo ſi velint omnes eſſe præſentes, vt cum eis viſum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, ſimul inde egrediamur concordes atque pacati, & ſchiſmatica diuiſione correcta, fraterno vnitatis Chriſti vinculo obſtricti, mirantibus & gaudentibus omnibus bonis, dolente autem ſolo diabolo & ſimilibus eius, pariter in eccleſiam ad gratiarum actionem, laudeſque Deo reddendas ardentiſſima & lucidiſſima caritate pergamus. Quid enim magnum eſt, ſi oculus pacatus attendat, & cogi-

tatio

ANNO CHRISTI 411. tatio Christiana non deserat considerare & videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis literis ecclesiam esse quærendam, vbi Christus redemptor eius innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus eius de sepulcro furatum a discipulis, sic non debemus audire contra eius ecclesiam eos qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris, & Afrorum pauciſſimis sociis. Apostolus quippe dicit, quoniam veraces Christiani membra sunt Christi. Sicut ergo non credimus furto cuiusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cuiusquam viua eius membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, & corpus ecclesia, simul in euangelio commendatum videre, & caput contra calumnias Iudæorum, & corpus contra criminationes hæreticorum. Nam quod legitur: *Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die*, contra eos est qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum: quod autem sequitur: *Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem*, contra eos est qui dicunt non esse ecclesiam in orbe terrarum: vt vno breui capitulo pauciſque verbis, & inimicus capitis, & inimicus corporis repellatur, &, si fideliter attenderit, corrigatur. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem scripturas nobiscum tenere, quibus hæc apertissima testimonia continentur. Iudæi quippe qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt euangelium: isti autem fratres nostri, vtriusque testamenti auctoritate deuincti sunt; & tamen criminari nos volunt de euangelio tradito, & nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse huius collationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt scripturas sacras, & quia in eis innumerabilia testimonia repererunt, quibus promissa est ecclesia futura in omnibus gentibus & toto orbe terrarum, sicut eam reddi & præsentari cœpisse in euangelio & epistolis apostolicis, & in Actibus apostolorum videmus, vbi & ipsa loca, & ciuitates, & prouinciæ leguntur per quas creuit, incipiens ab Ierusalem, vt inde se etiam in Africam non

Luc. 24.

Ibidem.

migrando, sed crescendo diffunderet. Non autem inue- ANNO CHRISTI 411.
nerunt aliquod testimonium diuinorum eloquiorum, vbi dictum est eam perituram de ceteris partibus mundi, & in sola Africa Donati parte mansuram: & viderunt quam sit absurdum, pro illa, quæ fuerat peritura, tot testimonia diuina recitari; pro ea vero quæ, sicut putant, fuerat Domino placitura, nullum eius testimonium reperiri. Hæc forte cogitantes, ad finiendas vanas & pernicioſas, & saluti æternæ contrarias inimicitias, ad locum collationis nostræ omnes conuenire voluerunt, non vt tumultus nouus oriatur, sed vt vetusta discordia finiatur. Nam & illud quo in nos solent grauiter irritari, quod reges terræ, quos tanto ante prædictum est Christo Domino seruituros, leges contra hæreticos & schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitauerint, non esse culpandum: quia & antiqui reges non solum gentis Hebraicæ, sed etiam alienigenæ; ne quisquam contra Deum Israel, hoc est, verum Deum non tantum faceret, sed vel diceret aliquid, omnes regni sui populos præceptis minacissimis terruerunt, & maiores istorum ipsam Cæciliani causam, vnde nata est ista dissensio, ad Constantinum imperatorem per Anolinum proconsulem accusando miserunt: quod vtique non ob aliud videntur feciſſe, nisi vt imperator Constãtinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent aliquid regali auctoritate decerneret, totamque ipsam causam potuerunt, & forte fecerunt ipsius collationis necessitate, archiuis publicis perscrutatis, inuenire olim esse finitam, post ecclesiastica iudicia, quibus absolutus est Cæcilianus, illo etiam imperatore iudicante, ad cuius examen rem totam & primo miserunt, & postea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis ordinatoris Cæciliani, quem malorum omnium fontem in Concilio suo dixerant, cognoscente Æliano proconsule ex præcepto eiusdem imperatoris inuenire purgatam. Quamquam & hoc si attenderunt, &, quod facile fuerat, aduerterunt, in scripturis sanctis ecclesiam Christi permixtis zizaniis, & palea, & piscibus malis futuram esse promissam vsque ad tempus messis, ventilationis, & litoris, vtique cogitare potuerunt, etiamsi malam causam

ANNO CHRISTI 411. Cæcilianus & coepiſcopi eius habuiſſent, nihil eos præiudicare potuiſſe orbi Chriſtiano, quem Deus paucis credentibus tanto ante promiſit, & nunc multis videntibus reddidit. Niſi forte plus contra eccleſiam valuit homo peccans, quã pro eccleſia Deus iurans; & iniquitas quod amiſit, quam veritas quod promiſit. Hæc ſentire quam ſit ſtultum & impium iam fortaſſe viderunt: cogitauerunt quoque damnatos a ſe Maximianiſtas Primiani damnatores per poteſtates terrenas etiam de baſilicis curaſſe pellendos, & ibi certius exemplo ſuo recentiore didicerunt non eſſe peccatum, ſi tale aliquid eccleſia contra rebelles ſuos ab huiuſmodi poteſtatibus poſtulat, & quod aliquos ex damnatis poſtea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem ſocietate ſchiſmatis conſtitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani ſacrilegi ſurculi communione impollutos manſiſſe dixerunt, & baptiſmum vel a damnatis, vel a ſociis eorum, quamuis foris in ſchiſmate datum, reſcindere atque iterare non auſi ſunt, ſatis vtique iudicarunt, ea quæ contra nos dicebant, exemplo ſuo eſſe damnata: & credendum eſt quod iam intelligant quam ſit indignum, quam intolerabile, vt cum ſedeant in cathedris epiſcopalibus cum iſtis, & cum ipſo ſimul Primiano damnatores eius & damnati in cauſa eius, vt ſit pax in parte Donati, de Cæciliano infametur orbis Chriſtianus, ne in pace viuat vnitas Chriſti. Hæc omnia fortaſſe cogitantes, & Dei timore permoti omnes collationis loco adeſſe voluerunt, non tumultus diſpoſitione, ſed pacis. Quod enim præterea ſe vniuerſos adeſſe dixerunt, vt eorum numerus appareat, quoniam eos paucos eſſe aduerſarii ſui ſæpe mentiti ſunt, hoc ſi aliquando a noſtris dictum eſt, de his locis dici veriſſime potuit, vbi noſtrorum coepiſcoporum & clericorum atque laicorum longe maior eſt numerus, & maxime in proconſulari prouincia: quamquam, excepta Numidia conſulari, etiam in ceteris prouinciis Africanis noſtrorum numero facillime ſuperentur, aut certe, in comparatione omnium gentium, per quas catholica communio dilatatur, eos eſſe pauciſſimos rectiſſime dicimus. Sed nunc ſi numerum ſuum innoteſcere voluiſſent, nonne ordinatius atque tranquillius innoteſceret

per eorum subscriptiones, quas vt mandato suo, te cernente, subiungant, edicto admonuisti? Quid sibi ergo vult quod collationis loco omnes adesse desiderant? Si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi? aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi clamor non sit, solus susurrus ipse multorum, satis magnum strepitum faciet, quo impediatur illa collatio. Quid est autem quod in notoria sua ponendum putarunt, ideo se iuste flagitasse, vt omnes adessent, quia omnes conuenti sunt vt venirent: quasi possent eligi pauci qui adesse deberent nisi ab omnibus qui venissent, vt eorum electioni te præsente subscriberent, ac sic in paucis omnes essent, cum ab omnibus pauci electi essent. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur, aut pax: quorum illud optamus, illud cauemus: & ideo ne forte, quod absit, hoc præparetur, potius quod cauemus, quam quod optamus, consentimus adesse omnes illos, vt tamen a nobis tantus adsit numerus, quantus tuæ spectabilitati sufficere visus est: vt tumultuosum per turbas si quid emerserit, non nisi eis recte imputetur, in quorum parte præsens fuerit. Ad rem quæ a paucis agenda est, omnino superflua multitudo. Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter a Domino deprecamur, causa vnitatis faciendæ illa erit necessaria multitudo, cum voluerint, omnes aderimus, & ad tantum bonum, illo adiuuante qui hoc donat, alacriter conuolabimus dicentes: Fratres nostri estis, non iam eis qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, vt nomen Domini honorificetur, & appareat illis in iocunditate iam nobiscum experientibus, quam bonum sit & iucundum fratres habitantes in vnum. & alia manu: Optamus te, fili, in Deo bene valere. Item alia manu: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis subscripsi. Item: Siluanus primæ sedis prouinciæ Numidiæ subscripsi.

Anno Christi 411.

XIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euidenter apparuit edicto dicationis meæ numero præstito, quem ex omnium voluntate susciperent, curam negotii peragendam, quoniam id etiam sacratissimam legem voluisse eius recitatio patefecit. Et quia catholicos episcopos

ANNO CHRISTI 411. ad edicti tenorem consensisse monstratum est, vtrum etiam episcopi partis alterius de hac re satisfecerint, vel vtrum nunc satisfacere velint, intimare dignentur.

XX.

Emeritus episcopus dixit: Acta est, vt arbitror, causa, & adhuc conflictantium non est statuta persona. Tibi enim, iudicum verissime, nihil aliud incumbit quam tenere veritatem. Si enim omnium negotiorum aduertamus instantiam, primo de tempore, de mandato, de persona, de causa, tunc demum ad merita negotii veniendum est. Quod si prætermissis istis, secundum forenses fasces iactantiamque illius controuersiæ, quam tribunalia sibi vindicant, semper legalis nobis ritus ac sermo seruandus est, iudica vir sublimis in negotio Christiano: quia huic causæ iudicat Deus, qui & nostra merita, & veri iudicis sententiam æqua ponderans libra, ne immergat, attendit. Edictis enim propositis præsentiæ tuæ, quantum ad iudicis voluntatem pertinet, nihil temere, nihil incongrue, nihil aduersus aliquem videmus esse prolatũ, quantum ad responsiones nostras: quoniam ante causam superflue & ante merita principalis negotii superuacua esse noscuntur, neque mihi nostra propositio, neque illorum responsio officere potest, cum, saluis omnibus ante causam nunc limen ingressi iudicii, quæ sint merita negotii definire valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat de causa nihil penitus mutilatum, cum ea tantum quæ ante scripta vel gesta sunt, præceperim recitari. Vnde quoniam certus a partibus numerus constitui debere præceptus est, vtrum edicto partitum sit, sicut superius interfatus sum, venerabilitas vestra intimare dignetur.

XXII.

Emeritus episcopus dixit: Admoniti quidem integritatis tuæ edictis, omnia integra & illibata causa seruabimus. Hanc causam, si tempus, si dies patitur, intimamus. Scimus enim & edicto spectabilitatis tuæ & sacri tenore rescripti, intra quatuor menses causam debere finiri. Si iste est dies, veniamus ad causam. Non possumus etenim

quidquam de meritis disceptare, nisi primo de die fuerit iudicatum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

XXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex edicto secundo diem cognoscere potuisti, qui dies Kalendarum Iuniarum videtur esse constitutus, quoniam hunc esse hodiernum etiam suggestio patefecit officii, & recitatio monstrauit edicti. Superest, vtrum de ordinando negotio a vestris partibus, eligendisque personis satisfactum sit, intimetur. Siquidem in confusa multitudine, certa non possit esse persona, cum hoc constet etiam legibus definitum.

XXIV.

Emeritus episcopus dixit: Diem negotii vtrum terminus edictalis incluserit, an forma imperialis præcepti, nobilitatis tuæ debet iudicio definiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex edicto dies est constitutus, secundum formam iudicii principalis: & quoniam non est in his diutius immorandum, superest vt in electione satisfaciatis cælestibus constitutis.

XXVI.

Emeritus episcopus dixit: Forma præcepti talis est, vt intra quatuor menses causa dicatur si secundum hanc formam sublimitatis tuæ edictum est constitutum, superest vt suggerente officio, in medium causa mittatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Officium ad quæsita respondeat.

Nampius scriba dixit: Secundum diem edicti nobilitatis tuæ, quartus mensis conclusus est die 14. Kalendarum Iuniarum.

XXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cum partes Carthaginē vtræque venissent, in hunc eas diem consensisse non dubium est. Siquidem nulla super hac parte videatur aut dilatio postulata, aut iudicium flagitatum.

XXIX.

ANNO CHRISTI 411. Petilianus episcopus dixit: Nos ad hanc vrbem 15. Kalendarum die Iuniarum venisse, & notoria nostra signauimus, & omnem, non dico Carthaginem, sed Africam fecimus testem: qui si non adessemus, iam pars aduersa sine dubio flagitaret in contumaces dicendam esse sententiam, tempusque iam fuisse definitum, quo nec post venientibus agere quidquam, aut respondere licuisset. Si igitur, vir nobilis, mediam semper libram iudicii tui suspensam ita tenes ac regis, vt nullam in partem vergat aliquid gratiam illam, qua tibi conditionem atque præceptum imperiali auctoritate cognoscis esse permissum, vt ferre possis in contumaces sententiam: nunc te iudiciali illo motu illa quæ pura cessura animaduertere oportebit, contra hanc partem te ferre iudicium, quæ destitit, quæ non adfuit, quæ delectata est laboribus meis, quæ in hoc quoque mihi insultauit, vt diu chorus iste sanctissimus Senatus cælestis spectaret iudicii tui auctoritatem, excubaret pene quotidie, ipsaque Dei, quæ sacra sunt, sine solicitudine non gessisset. Feras igitur, quæso, iudicium, promasque sententiam, non dico acriorem, quam aduersum me ferre potueras, sed quam tibi leges & imperiale præceptum intimant, quamque præcipiunt. Non enim fas est, vt qui contra nos posses ferre iudicium, nunc contra aduersarios meos sententiam valeas denegare. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius, dixit: Sanctitatem atque peritiam tuam latere non credo, id imperiali præceptione fuisse constitutum, vt ea pars, quæ trini edicti conuentione adesse noluisset, sententiam contumacis incurreret. Perpensa enim clementissimus imperator moderatione constituit, vt si longinquitate itineris quarto mense partes ad constitutum locum venire minime potuissent, duum mensium inducia præstarentur. Quam quidem rem, ne alicuius partis querela videretur existere, videor custodisse: Vnde de tempore, quoniam magis forensis est quam episcopalis obiectio, quæ quidem nec in publico iudicio secundum formam imperialis præcepti præualere potuisset, cum partes vtrasque obseruasse

sat clareat, sicut superius interfatus sum, vtrum electi sint qui peragere possent ex omnium voluntate negotium, intimare dignamini. ANNO CHRISTI 411.

XXXI.

Emeritus episcopus dixit: Causæ præscriptio est iudicis sermo, seruari forensem vsum, consuetudinemque iurgandi inter episcopos, non oportere nutare illam versutiam legum, iurisque controuersiam, vbi de fidei statu, & de totius sanctitatis disceptatione tractatur. quod quidem castis & bene credulis auribus accipimus, vir spectabilis. sed ne forte in perniciem nostram ista replicentur, iusque transeat ad aduersarios iterum confligendi, asseraturque nobis hoc iuris præcepto seruato: in hanc formam legis consentire debes, hoc ipsum iudiciaria auctoritate defige, episcopalis nos moris regula sanctitati adesse debere, vt non præstigiis iuris, neque ligaminibus cuiusque facundia, sed testamento nouo ac veteri, quod instituit Deus, quod sacrauit Dominus Christus, causa possit audiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ne quid inordinate fieri videatur, quoniam hoc & ipsum veritatis regula continetur, & legum dictat auctoritas, prius est, vt personarum numerus designetur: tunc demum ea quæ partibus competunt, per eos qui firmati fuerint, rectius peragentur: ne hæc inter incertas personas videantur infirma.

XXXIII.

Emeritus episcopus dixit: Cum omnes qui mandaturi sunt, adstare videantur, magisque persona præsentium quam sermo teneatur absentium, quid est quod potest mouere iudicia cum statutis omnibus, quæ primo ex lege descendunt, quæque initium causæ facere consueuerunt, tunc demum ad delectionem defensorum secundum edictum sublimitatis tuæ arbitrium veniamus? & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunquam habere potuit certam multitudo personam, cum

hoc

ANNO CHRISTI 411. hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus ſoleat cuſtodiri, vt per ordinatas atque firmatas omnia peragantur.

XXXV.

Emeritus epiſcopus dixit: Teneo fidem tuam, vir ſublimis, nihil mihi de iuris lege præſcribi, vbi agitur de fide. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interlocutione mea non ius ceſſare debere, ſed forenſem contentionem, apertiſſime definiui. Neque enim poſſunt aliqua quæ competunt partibus denegari: ſed ſi hoc vtrarumque partium conſenſus habet, vt nihil de iure publico, ſed omnia eccleſiaſticis regulis, id eſt, noui & veteris teſtamenti teſtimoniis peragantur, pars vtraque deſignet.

XXXVII.

Petilianus epiſcopus dixit: Optimus moderator. & alia manu: Petilianus recognoui.

XXXVIII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quoniam ſecundum nobilitatis tuæ edictum non omnes noſtri collegæ adſunt, illi obtemperantes edicto, & voluntas cunctorum mandato continetur, iube hoc idem mandatum ab officio ſuſcipi & recitari. & alia manu: Recognoui.

XXXIX.

Emeritus epiſcopus dixit: Si iubes, competit cauſa, per integritatem tuam. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui.

XL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aliud conſtat eſſe quæ ſit voluntas venerabilitatis tuæ, vtrum a iure publico recedi velitis, & totum diuinis legibus agitari, veſtris profeſſionibus demonſtretis.

XLI.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit: Inueniet hoc ipſum ſublimitas tua, cum hoc mandatum fuerit recitatum. & alia manu: Recognoui.

XLII.

Marcellinus vir clariſſimus tribunus & notarius dixit:

Et hoc mandato euidentissime continetur, vt omissa iuris publici controuersia, omnia diuinis legibus peragantur. ANNO CHRISTI 411.

XLIII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Recitatio mandati sensus tuos poterit informare. & alia manu: Recognoui.

XLIV.

Petilianus episcopus dixit: Legem Dei repudiat, qui dubitauit quod debeat profiteri. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ego hæc partium volui responsione firmari: ceterum certum est me, quoniam imperiali præcepto omnia nunc aguntur, per quod iura constituta sunt omnino non posse.

XLVI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Legem Dei non repudiamus, cum hoc mandatum ingerimus legendum, in quo potest omnis nostra assertio perdoceri. Nec enim egredi possumus limitem istius mandati, quod nobis patres vel fratres nostri vniuersalis Concilii ecclesiæ catholicæ, hic apud Carthaginem constituti mandarunt. & alia manu: Recognoui.

XLVII.

Emeritus episcopus dixit: Fidei causa est, quæ & sine mandato ipso iure agi potest. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deseruit cælum, ne intendat causam suam: quid est quod de mandato, vel de obligatione mandati, de subscriptione, de nodo, de formulis, quæritur? quid est quod in hac causa quasi aut refragantis, aut non mandati iudicialis sponsio arbitrium flagitat: cum singuli quique propriam causam, & salutis suæ negotium gerant, superfluumque sit ceterorum mandatum, cum in vno constet ecclesiæ tota persona? aduertat, vir nobilis, integritas tua, quam in ista sede iam quodam lumine coruscare cognoscimus, veritatem ita præsidere debere, vt si forensis altercatio, iurisque conflictus in medio mittitur, proponatur: sin autem simplex illa veritas qua

ANNO CHRISTI 411. datur vita, qua renascitur sæculum, qua liberatus est mundus, in hoc iudicio spiritali altercatione conquiritur, quæso, vir sublimis, vtrumque proponant, & de vtroque vnum eligant. Aut enim merita iuris omittere non possunt, perscriptionemque causarum; aut si de illis sacratissimis legibus, quibus communis reuerentia est adhibenda, patientia ipsas magis amplectar & teneam, & quasi cælestis aræ pontificatum adorem semper ac venerer, vt & tibi integro cognitori secundum institutum mentis tuæ morisque ordinem, certa sit causa iudicandi, nec fluctuet iudicium tuum, de quo est Deus & populus iudicaturus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XLVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Catholica ecclesia quæ toto sicut terrarum orbe promissa est, diffunditur, cum aduersæ parti semper de fide obtulisset, & de actione quam nobis criminose obiiciunt, collationem, & scriptis publicis, & testimoniis multorum, & conuentione magistratuum facilius edocebitur. Sed vt omni ex parte tuta sit ipsius collationis causa, confusa non facit multitudo. Deligant igitur præsentes fratres nostri, qui volunt ex aduerso sistentes aliquos sui ordinis primarios viros, quibus totam actionis summam committant, atque adstipulationem faciant præsentium gestorum; vt si forte in assertione eiusdem causæ defecerint, in eorum persona qui huiusmodi negotium susceperint, absque cunctatione victos eos esse & recitatio demonstret actorum. Et ideo quia non opus est multifaria dilatione causam peragere, deligant personas secundum propositi edicti tenorem, quæ collationis causam suscipiant, vt omnibus semper probata veritas luce clarius demonstretur. Nam mandatum nihil iuris & cauillationis forensis habere, eius lectione, si pars aduersa patiatur, facilius edocebitur. & alia manu: Recognoui.

XLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Prosecutionem tuam cum imperiali certum est concordare præcepto, quo constitutum est, vt certus a singulis partibus numerus deligatur. Nam siue iuris, siue fidei causa

tractatur, certæ debent adstare personæ, vt quidquid actum fuerit, integrum robur obtineat. ANNO CHRISTI 411.

L.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dignetur igitur spectabilitas tua mandatum susceptum officio tradere & recitari, vt ex eo tenore pars aduersa, quia dignatur ab hoc, instructa valeat obiectis omnibus respondere, vnde possit etiam claresc̃ere, nihil nos iure publico velle tergiuersari. & alia manu: Recognoui.

LI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Professionem quam expectabat sanctitas vestra euidenter accepit. Patiatur ergo nunc recitari mandatum, saluo eo, vt vtraque pars me agnoscat imperialis præcepti formam custodire debere.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si iubet spectabilitas tua recitabo.

LII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vniuersa quæ a partibus offeruntur, vt omnis amputetur ambago, ab officio recitentur.

LIII.

Petilianus episcopus dixit: Sine præiudicio nostro legat, saluo eo, quia hæc causatio forensis est, non legalis. Nam vti mandato, his formulis præsumere, non est ecclesiasticæ consuetudinis, sed forensis ludi atque certaminis, & illius exercitii, quod magis argumentis quam fide aliqua sæpe subsistit. Proinde nobilitatis tuæ spectabilitatisque censura, etiam atque etiam in hoc loco morari dignentur, vt edicant vtrum lege diuina causam agi velint, & ipsam disceptationem inter partes ventilari, an omnino legibus publicis vti velint: quoniam in vtroque mihi plurima competunt. Vt si a lege discesserit, episcopum se non esse demonstret; si vero legem tenuerit, tunc ei, vt illi qui Christianus esse desiderat, debeam respondere. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si nullo potestatis sæcularis iudice residente inter episcopos tan-

ANNO CHRISTI 411. tum hæc contentio tractaretur, tunc demum eorum erat arbitrii, & forsitan iusti, vt nihil publico velint iure tractari: me autem, cum legumlatores ii sint qui me iudicem delegerunt, a legibus certum est deuiare non posse: quamuis professionem partis e diuerso venientis apertissime susceperit sanctitas vestra, in qua id expressisse cognoscitur, quod vestra prosecutio postulauit. Vnde mandatum per officium recitetur.

Petilianus episcopus dixit: legat. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Romulus exceptor recitauit: Post consulatum Varanis v. c. 3. Kalendarum Iuniarum. Mandatum factum in ecclesia. & cum recitaret, Adeodatus episcopus dixit: Sine præiudicio nostro recitet.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sæpius interfatus sum, omnia integris responsionibus recitari.

LV.

Romulus exceptor recitauit: Mandatum factum in ecclesia Carthaginensi ab vniuerso Concilio episcoporum catholicorum, præsidente Aurelio episcopo ecclesiæ Carthaginensis & Siluano primate Numidiæ. Quamuis causa ecclesiæ catholicæ aduersus omnes falsas criminationes, quibus eam vsquequaque diffusam schismatici & hæretici per suas quasque regiones vel prouincias diuisi atque separati, vaniloquis & sacrilegis infectantur erroribus, satis superque diuinis testimoniis defendatur; in Africa vero aduersus Donatistas etiam ecclesiastico atque imperiali iudicio, sicut oportebat, vel necesse fuerat, terminata sit: tamen quia idipsum hominibus, qui ista nesciunt, quo eos ad æternam salutem Christianæ caritatis acquiramus, instantius manifestandum atque declarandum est; placuit nobis ex Dei Domini voluntate in hanc Carthaginensis ciuitatis conuenire ecclesiam, & eligere idoneos fratres collegasque nostros ad asserendam huius causæ defensionem, qui crimina falsissima ecclesiæ catholicæ, quæ toto, sicut de illa diuina testantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, parte Donati obiecta redarguant: ecclesia quippe Christi, sanctis patribus nostris Abrahæ, Isaac & Iacob, & populis omnibus per imitationem fidei posteris & filiis eorum, ita diuina & veridica

ANNO CHRISTI 411.

voce promissa est, vt nulla humana & maledica possit voce conuinci. Ad Abraham namque ita locutus est Deus:

Gen. 22. *Per me iuraui, dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantißimo propter me: nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum, tamquam stellas cæli, & tamquam arenam quæ secus oram maris est: & hereditatem possidebit semen tuum, ciuitates aduersariorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obaudisti vocem meam.* Ad Isaac quoque ista de hac re verba sunt Domi-

Genes. 26. ni: *Statuam iusiurandum meum, quod iuraui Abraham patri tuo, & ampliabo semen tuum tamquam stellas cæli, & dabo tibi & semini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ, pro his quæ obaudiuit Abraham pater tuus meã vocem, & seruauit præcepta mea, & iustitias meas, & legitima mea.* Ad Iacob etiam loquens, hoc idem attesta-

Genes. 28. tione præclarissima pollicetur: *Et erit semen tuum sicut arena terræ, & multiplicabitur supra mare, & in Africum, & in Aquilonem, & ad orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ & in semine tuo.* Vnde propheta Isaias his vocibus consonans, istam ecclesiam in Spiritu sancto futuram præ-

Isa. 54. uidens, sic loquitur: *Lætare sterilis quæ non paris, incipe & exclama quæ non parturis: quoniã multi filii desertæ, magis quam eius quæ habet virum. dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aularum tuarum fige palos; noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma: adhuc in dexteram & sinistram extenderis, & semen tuum gentes possidebit, & ciuitates desertas inhabitabis: ne timeas, quoniam prævalebis: neque verearis quod detestabilis fueris; confusionem enim in æternum obliuisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego Dominus qui facio te, Dominus nomen illi, & qui liberauit te Deus Israel, vniuersæ terræ vocabitur.* Item alio loco: *Et patefaciet Dominus brachium suum sanctum in conspectu vniuersarum gentium, & videbunt omnes gentes vsque ad intima ter-*

Isa. 49. *ræ salutem quæ a Deo est.* Item dicit: *Posui te in testamentum generis, in lucem gentibus, vt sit salus vsque in fines terræ.* Malachias etiam propheta prævidens sacrificium primi populi cessaturum, & toto orbe terrarum, id est, a solis ortu vsque ad occasum æternum sacrificium glorificato in gentibus nomine Domini celebrandum, ita

Malach. 1. loquitur ad Iudæos: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit*

ANNO CHRISTI 411.

Dominus omnipotens ; & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris : quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum clarificatum eſt nomen meum in gentibus , & in omni loco incenſum offertur nomini meo , & ſacrificium mundum : quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus , dicit Dominus omnipotens. Ieremias quoque gentes ab extremo terræ venturas ad Dominum , damnatis ſimulacrorum ſuperſtitionibus, ſic prædicit : *Domine virtus mea , & adiutorium meum , & refugium meum , in die malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ , & dicent : Quam falſa poſſederunt patres noſtri idola , & non eſt in eis vtilitas !* Quia vero non in vnum aliquem terræ locum ex aliis locis ad Deum gentes venturas eſſe prædictum eſt , ſed in locis ſuis eum adoraturas, in quem damnatis ſimulacris fuerant credituræ ; ſic Sophonias propheta teſtatur : *Prævalebit Dominus aduerſus eos , & diſperdet omnes deos gentium terræ , & adorabunt eum vnuſquiſque de loco ſuo omnes inſulæ gentium.* His atque aliis multo pluribus teſtimoniis legis & prophetarum aſſerentibus eccleſiam toto terrarum orbe diffundi, pſalmi etiam diuini ita concinunt : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu , ego hodie genui te. Poſtula a me , & dabo tibi gentes hereditatem tuam , & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Item in alio pſalmo de Domino Chriſto in figura Salomonis : *Dominabitur a mari vſque ad mare , & a flumine vſque ad terminos finis terræ. Coram illo decident AEthiopes , & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent , reges Arabum & Saba dona adducent : & adorabunt eum omnes reges terræ , omnes gentes ſeruient illi.* Item in alio pſalmo : *Deus deorum Dominus locutus eſt , & vocauit terram a ſolis ortu vſque ad occaſum : ex Sion ſpecies decoris eius.* Propterea ipſe quoque Dominus Ieſus , qui locutus fuerat ante per ora prophetarum , poſteaquam reſurrexit a mortuis, iam per os proprium ſic promiſit eccleſiam. *Oportebat* , inquit , *impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis , & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum , vt intelligerent ſcripturas , & dixit eis : Quia ſic ſcriptum eſt , & ſic oportebat Chriſtum pati , & reſurgere a mortuis tertia die , & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes , incipientibus ab*

Ierem. 16.

Sophon. 2.

Pſal. 2.

Pſal. 71.

Pſal. 49.

Luc. 24.

Ieruſalem; tamquam illud teſtimonium pſalmi, quod recentiſſimum poſuimus, verbis aliis exponeret. Nam quod ibi poſitum eſt: *Vocauit terram a ſolis ortu vſque ad occaſum*, hoc Dominus ait, *Per omnes gentes:* & quod ibi poſitum eſt: *Ex Sion ſpecies decoris eius*, hoc Dominus ait, *Incipientibus ab Ieruſalem.* Quis enim neſciat Sion & Ieruſalem vnam eſſe ciuitatem, vnde cœpit paſſio & reſurrectio Domini Ieſu Chriſti per orbem terrarum populis mundandis atque ſaluandis illuſtriſſimo præconio prædicari? Proinde & aſcenſurus in cælum, præuidens vnde fuiſſent carnales homines pro ſuis diuiſionibus & ſeparationibus litigaturi, cum quæſiſſent ab eo diſcipuli audire aliquid de fine ſæculi: *Non eſt*, inquit, *veſtrum ſcire tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate; ſed accipietis virtutem Spiritus ſancti, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in totam Iudæam & Samariam, & vſque in totam terram.* Hanc auctoritatem magiſterii cæleſtis ſecuti apoſtoli, eccleſiam commendant in toto mundo fructificantem atque creſcentem, & ne ſe in partes membra Chriſti per hominum nomina diuidant, ita carnales, qui iam hoc facere cœperant, Apoſtolus alloquitur: *Obſecro vos, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Nuntiatum enim eſt mihi, fratres mei, ab his qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt in vobis, & vnuſquiſque veſtrum dicit, ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli eſtis baptizati?* Vnde & iſtos, quorum contra errorem, & pro quorum ſalute, nomine Chriſti elegimus, qui eorum criminationibus falſis vaniſque reſpondeant, in ſacramentis Chriſti fratres noſtros agnoſcimus, nec eorum deteſtamur peruerſitatem, ſed ipſa Chriſti ſacramenta, in eis probamus, & reſcindere non audemus. Meminimus enim per Prophetam eſſe præceptum: *Audite qui pauetis verbum Domini: dicite, Fratres noſtri eſtis, his qui vos oderunt, & qui vos deteſtantur, vt nomen Domini honorificetur & appareat illis in iucunditate.* Iam quod ſequitur, ipſi ſibi ſalubriter

ANNO CHRISTI 411.

Act. 1.

1. *Corinth.* 1.

Iſa. 66.

dicant,

ANNO CHRISTI 411.

dicant, vel a propheta potius quam a nobis hoc audiant; nos leniora dicimus, vt pacem potius cum correctis, quam litem cum peruersis habeamus, fratres nostros esse dicimus, vt nomen Domini honorificetur; quia ideo nos oderunt & detestantur, esse fratres nostros negant; quia nomen hominum ab eis magis quam Domini honorificatur. Ac per hoc fratres & coepiscopi nostri, quos ad eorum criminationes redarguendas elegimus, in hac collatione quæ cum eis habenda est, ecclesiam sanctam aduersus eorum obiecta defendant. Dicunt enim quod hæc ecclesia, quam in lege & prophetis, & psalmis accepimus prænuntiatam, opera saluatoris expressam, & sanguine redemptam, apostolorum laboribus disseminatam atque plantatam, incipientibus ab Ierusalem; vbi in centum viginti animas simul congregatas sanctus Spiritus venit, eosque in quos venit, linguis omnibus gentium loqui faciens, euidentissimo signo docuit ecclesiam per omnes gentes futuram, & linguis omnium gentium locuturam. Hanc ergo ecclesiam, quæ isto modo, vt prædictum & impletum est, ab Ierusalem sumpsit exordium, atque inde se in Iudæam & Samariam, aliasque orbis terræ partes apostolorum prædicatione diffudit; in quorum literis atque actibus ciuitates & prouincias inuenimus longe lateque distentas, in quas eam suis speciosis pedibus inuexerunt, vnde & in Africam crescret: hanc vt diximus ecclesiam dicunt isti, contra quorum errorem collegis nostris collationem defensionemque mandamus, Cæciliani episcopi quondam Carthaginensis ecclesiæ & sociorum eius, nescio quibus peccatis periisse pollutam, atque in parte Donati eius reliquias remansisse. Hanc vanam & sacrilegam criminationem hi quibus mandamus, ita redarguant & refellant, vt primitus ecclesiæ causam a causa quorumdam hominum distinguant atque discernant: quoniam ecclesia permixtos malos habitura prædicta est, quousque messis tempore a tritico zizania segregentur, vel a frumentis palea ventilata discedat, vel oues ad dexteram, hœdi ad sinistram, qui nunc eisdem pascuis permixti sunt, segregentur: vel mali pisces a bonis, qui nunc intra eadem retia simul trahuntur ad litus,

in eodem litore, hoc est, in fine sæculi, dirimantur. Homines autem quilibet in ecclesia, si boni sunt, triticum vel frumenta eius sunt, oues eius sunt, pisces boni eius sunt: sin autem mali sunt, zizania, palea, hœdi, pisces mali eius sunt. Non ergo propter eos tota messis, tota area, grex totus, piscatio tota damnata est, ne, cum ante tempus audemus quasi de malis temere iudicare, & aliis aliorum obiectare peccata, bonos propter malos sacrilega separatione deseramus: cum potius malos propter bonos pia vnitate tolerare debeamus. Vrgendi ergo sunt ii harum euangelicarum similitudinum, & tam perspicuæ veritatis inimici, vt doceant quod intendunt, ac prius ostendant, si valuerint, quomodo ecclesia, quam incipientem ab Ierusalem in scripturis sanctis per propinqua & longinqua fructificantem atque crescentem accepimus & tenemus, quorumlibet, quos accusant, contagione perierit, & in Donati parte remanserit. Si enim hoc fieri potuisse monstrauerint, tunc vtique ad causam ecclesiæ pertinebit, aliam fortasse suscipere atque discutere quæstionem, vtrum Cæcilianus eiusque collegæ vel tales fuerint, quales ab istis fuisse dicuntur, sic innotescere potuerint Christianæ, quæ iam tunc erat, vnitati vsquequaque diffusæ, vt eam vsque ad vltimas terras ipsius notionis contagione macularent & perderent. Fatentur quippe etiam ipsi neminem peccatis alienis maculari posse quæ ignorat. Vnde si demonstrare potuerint tam latam per tantas terras communionem gentiũ Christianarum peccatis Cæciliani & sociorum eius contaminari ac perire potuisse, non sufficit vt ostendant tales eos fuisse quales accusando criminantur, nisi etiam ostendant vera crimina eorum omnibus innotuisse, quos ipsa contagione periisse contendunt. Si autem non potuerint demonstrare catholicam ecclesiam per omnes gentes, in quibus eam diuina commendant eloquia vllis alienis peccatis destrui potuisse, sequestrata paululum causa Cæciliani & eorum quos cum illo accusandos esse putauerunt, quæ ad ecclesiæ causam omnino non pertinet, quoniam & si mala fuisset, eam contaminari non posse, nos quod dicimus ad earum crimina repellenda, ab eis quibus officium defensionis huius imponimus, euidentissi-

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411.

me & exemplis cumulatius oſtendatur, id eſt, eccleſiam Chriſti nullorum malorũ vſque in finem ſibimet permixtorum, non ſolum ignotorum, verum etiam cognitorum, quaſi corruptione peſtifera poſſe inquinari atque deleri, primum exemplis propheticis, qui populum peccatorem, & Deum multis execrabilibus abominationibus offendentem tam ſeueris vocibus arguebant, & flagellis correptionis duros atque indomitos animos vſque ad inimicitias aduerſum ſe horribiles excitabant; nec tamen ſe ab eo populo, in quo vtique etiam boni inter malos erant, corporali diſcrimine diuidebant, melius iudicantes per patientiam ferre malos, quam per calumniam relinquere bonos. Ipſe Dominus Ieſus Chriſtus exemplum ſingulare patientiæ, traditorem ſuum vtique peſſimum, non ſolum cognitum in diſcipulorũ numero pertulit, verum etiam prænotum in diſcipulorum numerum aſſumpſit: dixit etiam diſcipulis ſuis: *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes*, vt eo modo ſcirent munditiam ſuam aliena immunditia non poſſe ſordeſcere. Apoſtolorum temporibus, teſtis eſt apoſtolus Paulus, inter falſos fratres gemens, & quoſdam per inuidiam, quod vtique diabolicum vitium eſt, Chriſtum annuntiantes in epiſtola ſua notans, quemadmodum boni malos, propter vnitatem Chriſti pietate ſolicita conſeruandam, ſine vlla ſua perditione in ſacramentorum communione tolerabant, a quorum malitia longe abhorrebant. Poſt apoſtolos etiam epiſcopi boni, quemadmodum propter vnitatem Chriſti, non ſolum quoſlibet laicos, verum etiam coepiſcopos tolerauerunt malos: teſtes ſunt literæ martyris Cypriani, vbi gemit auaritiam quorumdam collegarum vſque ad crudelitatem fenoris, rapinaſque fundorum; nec tamen malorum contagione factus eſt talis, ſed bonorum dilectione pertulit tales, non tantum id exemplo admonens, verum etiam præcepto inſtruens. Nam in quadam epiſtola ſua dicit: Etſi videntur in eccleſia eſſe zizania, non tamen impediri debet aut fides, aut caritas noſtra, vt quoniam eſſe zizania in eccleſia cernimus, ipſi de eccleſia recedamus. Ipſorum etiam qui huic veritati aduerſantur, iudicio probandum eſt quam ſit hoc verum, qui cum Maximianum damnaſſent merito ſacrilegi ſchiſmatis, ſociis

Ioan. 13.

eius qui cum illo ab istis foras exierant, seque ab eorum communione separauerant, dilationem ad redeundum dederunt, dicentes eos illius sacrilegi furculi plantariis non esse pollutos. Quod quidem cum omnes vnius schismatis societas connexos teneret, quemadmodū recte dici potuerit, non inuenimus; sed tamen vel sero hinc intelligere cogantur, multo potius in vnitate catholica malos bonis tamquam paleam frumentis obesse non posse, si in concisione schismatica, vbi palea sola est, putatus est Maximianus eiusdem concisionis suæ socios, tantum, quia ordinationi eius præsentes non fuerunt, non potuisse maculare: & videant quam inconsiderate dicant, Cæcilianum, qualiscumque ille fuerit, & eius quoscumque collegas, in tot longinquis gentibus vnitatem Christianam perdere potuisse, cum Maximianum arbitrentur nec Afros participes sui schismatis perdidisse. Sic apparebit, ad ecclesiæ causam, cuius iniungimus defensionem, non pertinere Cæciliani causam, qualemlibet habeat quæstionē. Quod autem accusant baptismum nostrum, vel potius baptismum Christi quem habemus & ministramus, eumque in eis quos deceperint ingemiscendo errore rescindunt, sic ferendum est, quemadmodum ipsa ecclesia, cuius donum est. Non enim audebunt amplius baptismum accusare quem damus, si ab eorum criminibus ecclesia purgabitur quam tenemus. Sed si illud, vt assolent, obiiciendum putauerint, quod baptismum Christi etiam foris a nostra communione traditum agnoscimus potius quam improbamus, nec rescindere audemus; respondeatur eis, quantiscumque rationibus & testimoniis responderi potuerit, diuina ecclesiæ dona & apud fures vel vsurpatores, vel etiam raptores inuenta, agnoscenda esse potius quam neganda. Nam, sicut Apostolus de quibusdam dicit; *quia veritatem in iniquitate detinent:* ita omnes qui extra ecclesiam Christi habent vel ministrant baptismum Christi, veritatem sacramenti diuini in iniquitate detinent erroris humani. Vnde humana iniquitate correcta, non est veritas diuina violanda. Qui autem putant negandum esse baptismum Christi, quia eum & hæretici tradunt, possunt putare negandum esse etiam ipsum Christum, quia eum & dæmones confitentur. Et ideo ad ec-

Anno Christi 411.

Rom. 1.

ANNO CHRISTI 411.

cleſiam venire debent, qui extra eius communionem baptiſmum eius habent, non vt quod deerat, adſit, ſed vt quod inerat, proſit. Neque putandum eſt illos hinc clam diuturnum habituros eſſe conflictum, quandoquidem etiam de hac re ſuo iudicio & exemplo poterunt admoneri: baptiſmum quippe Chriſti extra ſuam communionem in Maximiani ſchiſmate datum, in eis quos inde cum illis, quos damnauerant ſuſceperunt, agnoſcere quam reſcindere maluerunt. Proinde & illud quod non recte intelligentes ſolent dicere: *Ne communices peccatis alienis*; neque enim hoc corporum ſegregatione, ſed morum diſſimilitudine faciendum eſt: in eis coguntur attendere, quemadmodum intelligendum ſit, quos cum Maximiano damnato ſacramenta communicantes impollutos fuiſſe dixerunt, & quod de baptiſmo ſolent accipere quod dictum eſt: *Qui baptizatur a mortuo*, & cetera huiuſmodi, in eis ipſis noſſe coguntur quomodo accipienda ſint, quãdo ab illis quos cum damnarent, mortuos eſſe dixerunt, baptiſmum in ſchiſmate datum improbare, atque iterare non auſi ſunt. Et quod nobis obiicere conſueuerunt, quod ad eos corrigendos pro vnitate Chriſti apud terrenas poteſtates aliquid agere cogimur, in ipſis identidem Maximianiſtis compellendi ſunt approbare, quos cum apud iudices terrenos tamquam ſchiſmaticos ſuos vel hæreticos accuſarent, vt de baſilicis pellerent, etiam Bagaienſe Concilium quo eos damnauerunt, aliquoties allegauerunt. Quæ omnia ideo dicenda ſunt, vt & ſuo iudicio commoneantur diſſenſionem tandem deponere, & conſumpta vel abiecta falſarum & vanarum animoſitate criminationum, diligere catholicam pacem, amplecti indiuiduam caritatem, ſine qua nullus hominum bonus eſſe poterit, quidquid boni aliud habere potuerit. Quibus peractis nec ipſam Cæciliani cauſam volumus deſerant, ſed eam non tamquam eccleſiæ matris, ſed tamquam epiſcopi fratris ſuſcipiant: ne ſicut iterum diſcutiatur finienda, ſed vt demonſtretur iam olim eſſe finita eccleſiaſticis & publicis documentis, quorum nonnulla ſufficient, ſi eis, cum a nobis proferuntur, fidem habere voluerint: & ſi noluerint, poterunt archiuis etiam conteſtantibus declarari: quibus appareat, & cauſam Cæciliani eos per Ano-

Eph. 5.

Eccl. 34.

linum proconsulem ad imperatorem Constantinum accusando misisse, & eumdem imperatorem post ecclesiastica iudicia, quibus Cæcilianus fuerat absolutus, causam totam partibus præsentibus cognouisse, atque innocentem Cæcilianum, illos autem calumniosissimos iudicasse. Felicis quoque Aptungensis ordinatoris Cæciliani innocentiam, Æliano proconsuli ex præcepto eiusdem imperatoris cognoscente claruisse, quem malorum fontem in Concilio suo ipsi dixerunt. Quæcumque autem crimina quibuslibet collegis nostris, non iam more conferentium vel disputantium, sed maledicentium & litigantium obiicienda putauerint, respondendum est eis, nec eorum causas ad ecclesiæ causam, quam nunc defendendam iniungimus, pertinere; nec ipsas tamen ei discutiendas auferri, sed pro temporis, quod nunc instat, necessitate differri: vt cum ecclesiæ causam, quam nunc clementissimus imperator cognoscendã & demonstrandam recenti præceptione curauit, fuerit terminata, quæcumque quibuscumque nostris obiicienda arbitrantur, apud quos voluerint iudices & nostros & suos, cum iam catholicæ vnitati fuerint sociati, vel purgata monstrentur, vel conuicta puniantur. Hæc eo modo quo conscripta sunt, & si quid vberius vel firmius eis Dominus dederit, exequenda mandamus fratribus & coepiscopis nostris Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio. Quod mandatum se suscepisse testantur subscriptionibus, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris, ratum habituri quidquid, adiuuante Domino, in hac defensione peregerint. His autem adiungimus, cum quibus vbi opus fuerit consilium habeant, Nouatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifacium, & Scillatium; ad custodiendam vero conscriptionem gestorum, Deuterium, Leonem, Asterium, & Restitutum. Quo recitato, ANNO CHRISTI 411.

LVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ex recitatione mandati, quod gestis præsentibus adhærebit, claruit diuina magis testimonia, quam forensia vincula esse prolata, & edicti pariter mei tenorem fuisse seruatum, in numero scilicet deligendo, & imperialis

ANNO CHRISTI 411. constitutionis formam nihilominus custoditam. Ideoque, quoniam iustitiæ ordo hoc postulat, etiam subscriptiones omnium recitentur.

LVII.

Romulus exceptor recitauit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthagini constitutus, præsente viro clarissimo tribuno & notario Marcellino hoc mandatum susceпi & subscripsi. Item alia manu, Siluanus primæ sedis prouinciæ Numidiæ, præsente v. c. Marcellino tribuno & notario Carthagini constitutus, mandato a nobis facto consensi & subscripsi. Item alia manu: Valentius episcopus ecclesiæ Vaianensis Carthagini constitutus, præsente v. c. Marcellino tribuno & notario mandaui & subscripsi. & reliquæ subscriptiones, quorum nomina mandato continentur.

LVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Has quoque subscriptiones cum mandato gesta suscipient. & adiecit: Numerus etiam subscribentium designetur.

Martialis exceptor dixit: ducenti sexagintasex sunt.

LIX.

Petilianus episcopus dixit: Vbi sunt qui mandauerunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LX.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Opus est hoc, eligant de suis septem, & eant vbi constituti sunt in ecclesia, & videant illos. & alia manu: recognoui.

LXI.

Petilianus episcopus dixit: Subtilis argumenti res est, vt iudicē facerent testem. Potuerunt etenim etiam quoscumque clericos minoris loci apponere nominibus suis, & fingere illum honorem esse, quem apud se summum existimant, cum hinc potissimum dubitetur. Proinde veniant in iudicium notarii, vt a nobis singuli cognoscantur. Veremur etenim argumenta sæpe diutius requisita, quæ in perniciem simplicitatis nostræ quotidie machinantur. Hæc igitur prima res est, de qua per notoriam nostram sublimitati tuæ intimare curauimus, neque cessauimus, vt de numero primo nostro constaret, quem esse paruulum semper imperialibus auribus mentiuntur: quid-

quid enim contra nos ſemper elicitur, quaſi contra pauciſſimos impetratur. & alia manu : Petilianus epiſcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

LXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Falſi crimen nec obiicere condecet ſacerdotem, nec committere potuiſſe credendum eſt. Illud autem eſt, quod per veſtram venerabilitatem ſcire deſidero, vtrum omnes epiſcopos, contra quos veſtra pergit intentio, quorum etiam ſubſcriptio recitata eſt, poſſitis agnoſcere.

LXIII.

Petilianus epiſcopus dixit: Singuli quique ſedium noſtrarum aduerſarios facile poſſumus agnoſcere. Sane non falſum obiecimus, ſed diligentiæ maximæ eſt, quod volumus & probare. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc magis de veſtra iudico ſanctitate, diligentiæ potius eſſe, quam vllius obiecti criminis, quod in proſecutione dicendum eſſe credidit ſanctitas tua. Sed illud quæro, vtrum in omnibus locis & ciuitatibus vtriuſque partis bini eſſe poſſint epiſcopi: ſic enim poſſunt ſe alterutrum plene cognoſcere.

LXV.

Petilianus epiſcopus dixit: Sapientiſſime ac præſcie omnia præuidiſti, vir nobilis. nam in plebe mea, id eſt, ciuitate Conſtantinenſi, aduerſarium habeo Fortunatum. In medio autem diœceſis meæ, nunc inſtitutum habeo, imo ipſi habent, nomine Delphinum. peruidet iam hinc præſtantia tua, duos in vnius plebe fuiſſe imaginarie conſtitutos, vt & numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem ſit, qui ſit illarum ſcilicet perſonarum. Et hoc argumenti eſt maximi, vt videantur nos hoc genere ſuperare, ſi duo contra vnum ſint conſtituti vel tres. Nam etiam in plebe præſentis ſanctiſſimi collegæ ac fratris mei Adeodati, id eſt, in ciuitate Mileuitana, ita commiſſa res eſt, vt vnum ibidem habeat aduerſarium, alterum in Tuncenſi ciuitate, qui ad huius ſcilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium eſſe videtur conſtitu-

ANNO CHRISTI 411.

ſtitutus; tertius vero ſit in loco, qui dicitur Ceramuſſa. Ergo cum vnus ſit ciuitatis Mileuitanæ epiſcopus a partibus noſtris, tres videntur ab his conſtituti fuiſſe, vt illorum numerus augeretur, aut fortaſſis excederet numerum veritatis. Requirendum eſt igitur, quando auctus ſit illorum numerus, quam originem habuerit, vtrum hoc nouitas fecerit, an dederit antiquitas, vtrum, vt ita dixerim, contra vetuſtatem canam, vitiũ hoc fuerit nouitatis. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

LXVI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Multiloquio eccleſiæ cauſam agi non debere, perſpicit mecum tuæ dignationis ſenſus, optime cognitorum. & cum diceret: & alia manu: Recognoui.

LXVII.

Petilianus epiſcopus dixit: Plus ſcripſiſti quam dixi. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

LXVIII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Verum vir grauiſſimus Petilianus, cum ante paululum eccleſiæ cauſam diuinis ſcripturis firmandam eſſe profeſſus fuerit, atque eam diuinis teſtimoniis quæri debere conſtituerit, nunc eum per diuerſa vagari in perſonis ordinatorum, proſecutione eius oſtenditur. Atque ideo, ne illi ſimiles videamur, decreti tenorem accepit ſublimitas tua, & quid patrum ſtatuta voluerint, eius lectione monſtratum eſt. Conuenit præſentes, oratoriis omnibus actionibus repulſis atque proſtratis, eligere nunc ex parte ſua idoneos, qui poſſint inſtitutæ cauſæ præſtare rationem; omniumque conſenſum his actis depromere, vt, diluceſcente veritate, nulli poſſit eſſe ambiguum. Siquidem confirmatis perſonis nulla pars audebit dicere, ſententiam non poſſe debere conſiſtere, quandoquidem eorum conſenſus actis fuerit depromptus: & ideo aut ſubſcriptionibus quæ gerimus, ſe doceant confirmare, aut conſenſum ſuum ſinguli patefaciant, vt actio eccleſiæ poſſit ſuo ordine inchoari. & alia manu: Recognoui.

LXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: De incompetenter ordinatis, quos Petilianus vir ſcientiſſimus

comprehendit, me certum est, qui ad aliam partem principali auctoritate iudex videor constitutus, non posse cognoscere. Superest, vt si numerum episcoporum, qui ab officio intra hanc splendidam Carthaginem constitutus est verum esse credit venerabilitas tua, iam nunc intimare dignetur. ANNO CHRISTI 411.

LXX.

Petilianus episcopus dixit: Non intellexit e diuerso consistens, quid fuerim prosecutus. nam cum de numero mandantium nunc agatur, diligentiæ meæ maxime fuit requirere, vbi sunt illi qui præsentibus mandauerunt: deinde constare non ab re est, quod sum in tuo iudicio, vir nobilis, prosecutus. Quoniam igitur & iacturam fecerunt earum rerum, quas forensibus cancellis ac legibus vti potuerant, & recitauerunt mandatum, quod non magis forense sit, sed legale, hinc agnosco debere me illis lege diuina competentium respondere. Sed, vt prius de mandatorum numero constet, & de patribus meis quanti mandauerint, vel quanti sint mandaturi, id primum peto de nobilitate tua, vt superfluum non sit, de numero vtriusque partis ferre debere iudicium celsitudinem tuam. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euitandæ quidem multitudinis causa ad hunc locum, de quorum numero dubitatur, minime conueniisse dicuntur, præsertim cum suffecerit eos præsentibus omne delegasse negotium: sed si quid super hac parte dubitationis affertur, iudiciis intimetur.

LXXII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Nos euitamus tumultum; idcirco non venerunt: sed mandatum firmissimum est, quod lectum est nobilitati tuæ. Si de numero dubitatur, eant prouinciales ad Mauros, eant prouinciales ad Numidas, eant prouinciales ad Vizacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad prouinciæ proconsulares, qui præsentes sunt ex numero ipsorum, & cognoscant nostros, qui huic mandato subscripserunt. & alia manu: Recognoui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

LXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non patiar rem superfluam longa partium obluctatione differri. vnde, veniant vniuersi.

LXXIV.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid opus est turbis? Et nos in ciuitate diuersati sumus, & nostri collegæ. Ii quoque in ciuitate, vt dicunt, non hodie, sed aliquantis diebus demorati sunt. Legantur subscriptiones, &, de cuius nomine dubitant, ipse veniat. & alia manu: Recognoui.

LXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In vno loco sunt omnes, aut id non potest liquido designari?

LXXVI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nescimus posteaquam mandauerunt quid opus erat vt concluderentur. & alia manu: Recognoui.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De quorum nomine dubitatur, ipsi veniant. & alia manu: Recognoui.

LXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Impugnat se actio, & ex vna parte diuersa contentio: vnus prosequitur venire debere, alter nescire se vtrum possint adesse. Concordent inter se sententiis suis, & arbitratu proprio atque secreto quid magis eligant, dicant. Operimur enim pro meritis tuis quidquid isti dixerint, quod magis putauerint eligendum. Non enim nos falsitatis crimen obiecimus, sed hoc ipsum factum volumus iudiciis approbari. Melior est enim astipulatio, quæ præsentibus actis inditur, & veritatis fides instrumentorum veritate firmatur. Agitur enim res, de qua quis negare poterit, Non mandaui, non interfui, nescio: non enim ex me istæ præcedunt, sed ex ipsis potius qui ista confingunt: habeant inter se consilium suum, arbitrioque suo definiant vniuersa, vt si volunt in præsenti mandare, sicuti nos personas mandantium actis sublimitatis tuæ nunc in præsenti insinuamus, habeant in compendio, tulerint de medio falsitatem: donamus illis vniuersa quæ potuerant de præscriptione

depromi, vt sublimitatis tuæ iudicio possit ex illorum, & ex nostris partibus apparere, quod possit esse mandatum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. ANNO CHRISTI 412.

LXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tumultus ne fieret cauendum fuit, & hoc salubriter prudenterque prouidisti: & quoniam metuendum est, ne, cum fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potius tribuatur, incertumque sit hominibus, a quorum parte potius extiterit; nihil melius & tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam, nisi vt, recitatis omnibus nominibus, de quo dubitãt, veniat. & alia manu: Recognoui.

LXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis professionem partis aduersæ; quæ cõpetunt, peragantur.

LXXX.

Emeritus episcopus dixit: Patientiam nobilitatis tuæ, intimumque secretum, quod omnibus monstrans cunctorum oculis patuit, teneo iudicii tui fidem, teneo testimonium. Pene iam peracto solis curriculo totus est transactus dies, & nullus adhuc exortus tumultus, cum tanta sacerdotũ Dei multitudo consistat. Quis enim præter eos quos iudicii veritas adesse præcepit, vel mutiendo inter se, vel balbo sermone respondit? Tacito linguæ silentio expectant veridici cognitoris integram seueramque sententiam, & acclinibus, vt dixi, pene ceruicibus, in teipsum toto ore pendentes, quid de Dei causa iudices solicite rimantur. Nullus strepitus, sermo nullus, imo ad Deum continua oratio, & ad cælum priuata vox. Vnde hic tumultus publicus de priuatis scurrilibusque sermonibus, quibus aut facile strepere, vt ex ipso vsu rixa quotidiana metus iudiciorum non timens, possit exurgere? Ad hoc Dei sacerdotes tot antistites, animæ suæ causam & fidei suæ rationem audire cupientes, tumultu superfluo & quadam rixa turbantes, ad iudicii veritatem nolentes descendere, quærunt immissam actionem turpissime perturbare. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad mul-

ANNO CHRISTI 411.

ta fratris mei videat nobilitas tua quam pauca respondeam. Quod si nobis voluerint respondere, causa tota cito forsitan peragetur. Metuendum est, ne ideo non fiat tumultus ab hac turba quæ præsens est, quia non hic est alia multitudo, in quam possit referri causatio. & alia manu: Recognoui.

LXXXII.

Petilianus episcopus dixit: Confiteris illos cum tumultu esse venturos. Nam hic tumultus nec fuit, nec erit a partibus nostris. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXXIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non confiteor cum tumultu esse venturos, sed timeo ne ideo adhuc quiescat multitudo præsens, quia non est in quem referat, si quid forte turbulenter extiterit, dum vtraque præsens fuerit multitudo. Petimus vt quod dictum est, fiat: de quocumque dubitatur, præsentetur. & alia manu: Recognoui.

LXXXIV.

Adeodatus episcopus dixit: Si in paucos tumultus fieri non potest, in plurimos fieri quemadmodum potest? & alia manu: Recognoui.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ, dixit: Iudica. & alia manu: Recognoui.

LXXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Potest quidem sacerdotalis multitudo diuinam considerans vtrobique sententiam, etiam in quauis populositate præstare silentium: sed illud certum est, & ambigi nullatenus potest, paucitatem magis silentio posse præbere consensum. Vnde, ne superfluis immoremur, si de subscriptionibus aliqua est dubitatio, eos, quos nec præsentes esse, nec subscribere potuisse credit sanctitas vestra, faciam ad iudicium mox venire, vt tandem aliquando, confirmatis secundum imperiale præceptum ex vtraque parte personis, ad negotii merita veniatur.

LXXXVI.

Emeritus episcopus dixit: Ex vna parte diuersæ sententiæ concordare debent. Aut enim hic esse suos dicunt,

& adesse debebunt; aut si absentes esse profitentur, videat nobilitas tua quid de absentibus debeat iudicare. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

LXXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quod praesentes praesentibus mandauerunt, prosecutione spectabilitatis vestrae tenetur expressum, eo quod omnes qui subscripserunt, a vobis & a vestris omnibus facile possint agnosci. Vnde cum subscriptiones per ordinem fuerint recitatae, de quo dubitatur, poterit mox venire.

LXXXVIII.

Adeodatus episcopus dixit: Affero compendium diuersae parti, ne tumultus posse fieri vtrisque partibus praesentibus putent. In vno loco coepiscopi nostri consistant, ad alterum item locum suos faciant venire. Et cum recitata fuerint quaecumque loca, bini mittantur, quo possit omnis causatio, omnis tumultus amputari. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

LXXXIX.

Alypius episcopus catholicus dixit: Noua res nunc a diuersa parte flagitatur. Nam nos obedientes edictalibus praeceptis, tot venimus quot fuerant edicto definiti. Sed quia & hoc non est negandum solicitudini praesentium, quamquam de numero quaerere non sit nostrae praesentis actionis, tamen qui modo praesentes fratres nostri reperiri potuerunt, iube vt ingrediantur; si qui forte absentes fuerint, crastino eorum praesentia tuis etiam obtutibus monstrabuntur, dum tamen ne vlla dilatio causae nascatur, sicut nos certi numero adsumus electi vniuersali catholico Concilio, etiam ipsi ad asserendum confirmati, iam suscipiant omnem sarcinam causae, vt nulla dilatio quaestioni possit opponi. & alia manu: Recognoui.

XC.

Adeodatus episcopus dixit: Praecipe nobis mandatum eorumdem ostendi vbi subscripserunt, quod nunc lectum est ab officio. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

XCI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Manda-

ANNO CHRISTI 411. tum quod nunc ab officio recitatum est, in quo omnium subscriptiones continentur, postulantibus ostendatur.

XCII.

Petilianus episcopus dixit: Magnam nobis solicitudinem facit ista varietas, aut hodie repræsentent numerum eorum, quos sibi dicunt mandasse quod agant, aut ipsi causam in crastinum distulerunt. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non est dilata causa; hodie agenda est. & alia manu: Recognoui.

Augustinus episcopus dixit: actis offeratur, cum quo ab officio offeratur.

XCIV.

Adeodatus episcopus dixit: Hoc expectauimus, hoc desiderauimus, vt eadem gesta quibus subscripserunt, impræsentiarum sint, donec mandatores veniant. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

XCV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc necesse est, vt fiat ita, vt si solicitudinis aliquid geritis, a vobis obsignata seruentur.

XCVI.

Petilianus episcopus dixit: Illorum præsentia nobis necessaria est, non mandatum. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam postulauimus fratres & consacerdotes nostros intromitti debere, qui præsentes inueniri potuerunt: præcipiat nobilitas tua, superfluum nodum amputari quæstionis, vt intromissi saltem vel obtutibus eorum fidem debitam ferant. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hi venerabiles sacerdotes, qui præsentes esse dicuntur, venire dignentur. & ingressis episcopis catholicis,

XCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In omni, petitioni vestræ satisfactum esse cognosco. & adiecit: præsentes sunt episcopi quos ingredi voluistis; qui secun-

dum imperialis præcepti formam,& edicti tenorem, certum numerum ad peragendam cauſam elegiſſe noſcuntur. Vnde, ne qua alterius poſſit eſſe dubitatio, vel forte confuſio, ſingulis ſubſcriptiones propriæ ſeligantur, vt agnitis iiſdem exire dignentur. ANNO CHRISTI 411.

XCIX.

Martialis exceptor ex mandato recitauit: Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthagini conſtitutus præſente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum ſuſcepi, & ſubſcripſi. Hoc modo omnes reliqui ſubſcripſerunt. Item recitauit Siluanus epiſcopus Summenſis eccleſiæ catholicæ. Idem dixit: Præſto ſum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Siluanus qui non ſuſcepit collationem exeat. Quo egreſſo, item recitauit. Valentinus epiſcopus eccleſiæ Vaienenſis. Idem dixit: Præſto ſum.

C.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Reddiderunt nos ſolicitos, diligentiam nobis primitus ipſi incuſſerunt: quomodo nominantur noſtri, ſic etiam de ipſorum numero dubitamus. & alia manu: Recognoui.

CI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ita fiet; conſentit tamen pars diuerſa, vt ſimul agniti exeant.

CII.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginenſis dixit: Sed primo mandare habent & ipſi, vt appareat quia hic ſunt. & alia manu: Recognoui.

CIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo placet ſanctitati veſtræ, vt poſt impletum mandatum exeant, etiam partis veſtræ venerabiles viri epiſcopi, & inter paucos cauſa peragatur, & ad quod quæſitum eſt, reſpondere dignemini.

CIV.

Primianus epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis dixit: Cum & nos apud acta mandauerimus præſentes, eximus, damus locum actoribus: hic tamen in proximo erimus. & alia manu: Primianus epiſcopus recognoui.

CV.

ANNO CHRISTI 411.

CV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo veſtræ quoque ſubſcriptiones iudiciis intimentur, vt illorum quoque profeſſiones præſentium requiruntur.

CVI.

Petilianus epiſcopus dixit: Apud acta volunt mandare. & alia manu: Petilianus recognoui.

CVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Apud quæ acta ſanctitas veſtra ſe aſſerit mandaturam?

CVIII.

Emeritus epiſcopus dixit: In iudicio pietatis tuæ voluntas eſt noſtra, ſi iubes vt geſtis municipalibus hoc iudicio nobilitatis tuæ finiatur. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui.

CIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Illud nunc eſt, quod a veſtra ſanctitate ad amputandas omnes ambages neceſſario poſtulatur, vt apertiſſime deſignetis, vtrum vobis epiſtola mandati cum ſubſcriptionibus recitata ſufficiat, an etiam ipſos quæritis apud acta mandare.

CX.

Petilianus epiſcopus dixit: Non vt profiteantur volumus, ſed vt recognoſcantur a nobis, qui mandaſſe dicuntur. & alia manu: vt ſuperius.

CXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo ſubſcribentium nomina per ordinem recitentur.

CXII.

Honoratus exceptor recitauit: Numidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Maxulit. Idem dixit: Præſto ſum.

Felix epiſcopus dixit: Agnoſco illum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Conſtat vtrumque eſſe præſentem.

CXIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Illorum etiam duorum qui iam exierunt compares prodeant.

CXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cuius ciuitatis eſt vir venerabilis epiſcopus? Adeodatus epi-

ſcopus dixit: Felix epiſcopus Zumen. noſtræ communionis, qui contra Siluanum aget, male habet. ANNO CHRISTI 411.

CXV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Ipſi hoc exegerunt. videantur ergo qui præſentes ſunt, & qui abſentes. hoc volumus conſtet.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Probabilis excuſatio eſt, & alius recitetur. & recitauit: Marinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ Taboren. Idem dixit: Præſto ſum. Victor epiſcopus ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum.

CXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrorumque præſentiam geſta retinebunt. Item recitauit: Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ ciuitatis Magomazien. Idem dixit: Præſto ſum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aurelius eiuſdem ciuitatis epiſcopus veniat a parte diuerſa.

Saluſtius epiſcopus partis Donati ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam hos conſtat eſſe præſentes. Item recitauit: Victor epiſcopus eccleſiæ catholicæ Libertin. Idem dixit: Præſto ſum.

Ianuarius epiſcopus loci SS. dixit: Agnoſco illum; diœceſis meæ eſt.

Victor epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Neminem illic habet.

Ianuarius epiſcopus partis Donati dixit: Diœceſis meæ eſt.

Victor epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Cum neminem illic habeat, neque eccleſiam, neque aliquem communicantem, fruſtra mentitur, quod ſit eius diœceſis.

Ianuarius epiſcopus dixit: Communicauerunt tibi ante vim tuam.

CXVII.

Petilianus epiſcopus dixit: In vna plebe Ianuarii collegæ noſtri præſentis, in vna diœceſi, quatuor ſunt conſtituti contra ipſum; vt numerus ſcilicet augeretur.

CXVIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quæratur quot annorum epiſcopus ſit.

ANNO CHRISTI 411.

CXIX.

Petilianus episcopus dixit: Quatuor estis contra vnum.

CXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc ad præsentem omnino non pertinent actionem: quæ cœpta sunt perlegantur. Item recitauit: Optatus episcopus plebis Vescerit. Idem dixit: Præsto sum.

Fortunatus episcopus ciuitatis SS. D. Agnosco illum. Item recitauit. Ianuarius episcopus plebis Tunudensis. Item dixit: Præsto sum.

Victorianus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Euangelus episcopus ecclesiæ Assuri. Idem dixit: Præsto sum.

Petilianus episcopus dixit: Noster ibi defunctus est, ipse dicat: Item recitauit: Latonius episcopus ecclesiæ plebis Tenit. Idem dixit: Præsto sum.

Securus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Aptus episcopus plebis Tigiensis. Idem dixit: Præsto sum. Nec habui, nec habemus episcopum Donatistam.

Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Non illic habemus. Item recitauit: Assellicus episcopus ecclesiæ Tusurit. Idem dixit: Præsto sum.

Aptus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Innocentius episcopus ecclesiæ Germanensis. Idem dixit: Præsto sum, sed aduersarium non habeo. Item recitauit: Honoratus episcopus Matharensis ecclesiæ. Idem dixit: Præsto sum, sed non contra me habeo episcopum. Item recitauit: Hilarus episcopus ecclesiæ Bofet. Idem dixit: Præsto sum, sed non habeo mecum episcopum.

CXXI.

Petilianus episcopus dixit: Noster fuit. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Et hoc nos cupimus, vt illum imitemini. Item recitauit: Secundus episcopus ecclesiæ Ruspitensis. Idem dixit: Præsto sum, sed non habeo contra me episcopum. Item recitauit: Donatus episcopus ecclesiæ Anburensis. Idem dixit: Præsto sum. Seruatus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item

recitauit: Creſconius epiſcopus eccleſiæ Tubinienſis. Idem dixit: Præſto ſum. Protaſius epiſcopus ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Reſtitutus epiſcopus plebis Nouaſin. Idem dixit: Præſto ſum. Felix epiſcopus ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Creſconius epiſcopus eccleſiæ Cuiculiten. Idem dixit: Præſto ſum. Habui contra me epiſcopum; exiuit de corpore. Item recitauit: Lucianus epiſcopus eccleſiæ Guiren. Idem dixit: Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. Item recitauit: Tutus epiſcopus plebis Melzit. Idem dixit: Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. Item recitauit: Donatianus epiſcopus eccleſiæ Telep. Idem dixit: Præſto ſum. Bellicus epiſcopus ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Potentius epiſcopus plebis Bladienſis. Idem dixit: Præſto ſum. Adeodatus epiſcopus dixit: Quem ibi nos habemus, oculos dolet, venire non poteſt. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Vtrum hic ſit Carth. Item recitauit: Maximinus epiſcopus plebis Turenſis. Idem dixit: Præſto ſum, ſed non contra me habeo epiſcopum. Adeodatus epiſcopus dixit: Noſter fuit. Item recitauit: Datianus epiſcopus plebis Legenſis. Idem dixit: Præſto ſum, ſed alium contra me non habeo. Item recitauit: Vrbicus epiſcopus plebis Tebeſtinæ. Idem dixit: Præſto ſum. Perſeuerantius epiſcopus dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Aſpidius epiſcopus plebis Tacaratenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Veriſſimus epiſcopus dixit: Agnoſco illum: quatuor ſunt in plebe mea, Datianus, Aſpidius, Fortunatus & Octauianus. Item recitauit: Terentius epiſcopus Seleucianenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Meſcianus epiſcopus dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Seruus Dei epiſcopus plebis Tuburſicen. Buræ. Idem dixit: Præſto ſum. Donatus epiſcopus ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Dialogus epiſcopus Zamenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Montanus epiſcopus ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Vrbicoſus epiſcopus plebis Eguilguilitẽſis. Idem dixit: Præſto ſum: ſed catholica eſt omnis, ex vetuſtate. Item recitauit: Siluanus epiſcopus plebis Perdicenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Rogatus epiſcopus ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum. Item recitauit:

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. Nauigius episcopus Dydritensis. Idem dixit: Præsto sum. Honoratus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Romanus episcopus plebis Leptiminensis. Idem dixit: Præsto sum. Victorinus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Rufinus episcopus plebis Drusilianensis. Idem dixit: Præsto sum. Restitutus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Donatus episcopus Tisilitensis. Idem dixit: Præsto sum; sed non habeo contra me etiam episcopum. Petilianus episcopus Donatista dixit: Exiuit de corpore. Item recitauit: Gallus episcopus Ticensis. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Non venit, literas misit. Item recitauit: Donatianus episcopus Montenus. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Ægrotat. Item recitauit: Victorianus episcopus plebis Mustitensis. Idem dixit: Præsto sum. habeo Felicianum Mustitensem, & Donatum Turensem contra me.

CXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De nomine Feliciani vtrum in communione sit Primiani. & alia manu: Recognoui.

CXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Quis tibi hoc mandauit, aut ex cuius persona hoc exigis? an vis tibi imponere personam eorum qui foris sunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CXXIV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dictum sit, ad postulata respondeat. & alia manu: Recognoui.

CXXV.

Petilianus episcopus dixit: Hoc iam internæ actionis est. & alia manu: Vt superius.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunc cœptus ordo teneatur: de his, si visum fuerit rationabile, postea requiretur. Item recitauit: Victorianus episcopus plebis pro Paschasio episcopo plebis Anguiensium. Idem Paschasius dixit: Præsto sum; vnitatem habeo. Item recitauit: Ferox episcopus plebis Macrinianensis Maius. Idem dixit: Præsto sum. vnitatem habeo. Pomponius

ANNO CHRISTI 411.

episcopus dixit, loci SS. Agnosco illum. Item recitauit: Sumnius episcopus Tigualensis. Idem dixit: Præsto sum: in diœcesi mea duo sunt, Gaianus & Priuatus. Gaianus episcopus loci SS. dixit: Agnosco illum. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Animaduertit nobilitas tua etiam in nostrorum diœcesi eos ordinasse episcopos. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Talia ab vtrisque partibus constat obiecta. Si hæc vultis diligenter inquiri, ad hanc causam superfluo venisse noscemur. Item recitauit: Felix episcopus plebis Segermiten. Idem dixit: Præsto sum. Restitutus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Secundus episcopus plebis Magarmelitensis. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus loci SS. dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Vincentianus episcopus plebis Feraditēsis maioris. Idem dixit: Præsto sum, vnitatem habeo. Item recitauit: Placentinus episcopus plebis Madaurēsis. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Rusticianus episcopus plebis Tabracensis, idem dixit: Præsto sum. Clarentius episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Octauianus episcopus plebis Ressianensis. Idem dixit: Præsto sum, vnitatem habeo. Item recitauit: Benenatus episcopus plebis Simittensis. Idem dixit: Præsto sum, nec habeo alium, nec hæreticos. Petilianus episcopus dixit: Exiuit de corpore. Item recitauit: Timianus episcopus plebis Vtinensis. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Habet Felicem, sed absens est. Item recitauit: Filolocius episcopus plebis Adrumetinæ. Idem dixit: Præsto sum. Victorinus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Adeodatus episcopus plebis Belalitensis. Idem dixit: Præsto sum, non habeo nec episcopum, nec hæreticos, vnitatem habeo. Item recitauit: Felix episcopus plebis Visicensis. Idem dixit: Præsto sum: episcopum contra me non habeo. Victor episcopus ciuitatis Taboren. dixit: Proxime recessit. Ego tibi interuenio. Item recitauit: Victor episcopus plebis Infitensis. Idem dixit: Præsto sum, vnitatem habemus. Item recitauit: Fuscinulus episcopus plebis Elienſis. Idem

ANNO CHRISTI 411. dixit: Præſto ſum, non contra me habeo epiſcopum. Item recitauit: Honorius epiſcopus plebis Cellenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Caſtus epiſcopus dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Maximianus epiſcopus Aquen. Regiorum. Idem dixit: Præſto ſum, in patria mea non habeo alium epiſcopum. Item recitauit: Antonius epiſcopus plebis Carpitenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Veratianus epiſcopus dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Fortunatianus epiſcopus plebis Neapolitenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Ampelius epiſcopus ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Pannonius epiſcopus plebis Puppitenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Victorianus epiſcopus dictæ ciuitatis ſuperius: Agnoſco illum. Item recitauit: Ianuarianus epiſcopus plebis Tubulbacenſis. Idem dixit: Præſto ſum. vnitas eſt catholica, non contra me habeo epiſcopum in ciuitate mea. Item recitauit: Gratianus epiſcopus plebis Metenenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Fortunatianus epiſcopus partis Donati ciuitatis ſuperius dixit; Agnoſco illum. Item recitauit: Victor epiſcopus plebis Bahannenſis. Idem dixit: Præſto ſum. vnitatem habeo. Item recitauit: Quotvultdeus epiſcopus plebis Centurien. Idem dixit: Præſto ſum. Creſconius epiſcopus partis Donati ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Fortunatus epiſcopus plebis Capſen. Idem dixit: Præſto ſum. Cæſer epiſcopus partis Donati ciuitatis ſuperius: Agnoſco illum. Item recitauit: Creſconius epiſcopus plebis Temonianenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Ibi in eodem loco vbi ago, non contra me habeo epiſcopum. Montanus epiſcopus eccleſiæ Cathauguritenſis. Idem dixit: Præſto ſum. vnitatem habeo. Item recitauit: Iocundus epiſcopus plebis Sufetulenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Titianus epiſcopus partis Donati ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Victor epiſcopus plebis Bartanẽſis. Idem dixit: Præſto ſum. Honorius epiſcopus partis Donati ciuitatis ſuperius dixit: In mala quæ fecit mihi modo illum didici. Item recitauit: Victor epiſcopus Cullitenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Fidentius epiſcopus ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Palatinus epiſcopus Boſetenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Felix epiſcopus ciuitatis ſu-

perius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Quodvult- ANNO CHRISTI 411.
deus epiſcopus Giuirtenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Euaſius epiſcopus ciuitatis ſuperius: Agnoſco illum. Item recitauit: Siluanus epiſcopus Carianēſis. Idem dixit: Præſto ſum. vnitas eſt illic. Item recitauit: Æmilianus epiſcopus Aggeritenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Candorius epiſcopus ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Priuatus epiſcopus plebis Vſilenſis. Idem dixit: Præſto ſum. non contra me habeo epiſcopum: presbyterum illic habet. Item recitauit: Maius epiſcopus Plenius Amudarſenſis. Idem dixit: Præſto ſum. patria mea catholica eſt. Item recitauit: Victor epiſcopus plebis Vuazenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Secundinus epiſcopus plebis ſuperius: Agnoſco illum. Item recitauit: Creſconius epiſcopus plebis Tituli. Idem dixit: Præſto ſum. Victor epiſcopus loci ſuperius dixit: Agnoſco illū. Item recitauit: Milichus epiſcopus plebis Tagamutenſis. Idem dixit: Præſto ſum: omnes catholici ſunt. Item recitauit: Speratus epiſcopus plebis Ammadoren. Idem dixit: Præſto ſum. Creſcentianus epiſcopus ciuitatis ſuperius dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Aurelius epiſcopus plebis Namnulit. Idem dixit: Præſto ſum, non habeo contra me epiſcopum. Habetdeum diaconus epiſcopi Primiani Carthaginenſis dixit: Exiuit de corpore. Item recitauit: Venuſtus epiſcopus plebis Turudenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Adeodatus epiſcopus dixit: Non ibi habemus. Item recitauit: Honoratus epiſcopus Abiddenſis. Idem dixit: Præſto ſum, epiſcopum contra me non habeo ibi. Item recitauit: Gududus epiſcopus Aniuſenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Donatus epiſcopus eiuſdem loci dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Sabratius epiſcopus plebis Turretamallumenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Iurata epiſcopus ciuitatis SS. dixit: Agnoſco illum. Item recitauit: Fortunatus epiſcopus eccleſiæ Vndeſitenſis. Idem dixit: Præſto ſum. Creſconius epiſcopus dixit: Agnoſco illum: Item recitauit: Seuerus epiſcopus plebis Vtimari. Idem dixit: Præſto ſum, vnitas eſt illic. Item recitauit: Paſcaſius epiſcopus plebis Tiiucenſis. Idem dixit: Præſto ſum, ſed vnitas eſt illic. Item recitauit: Valerius epiſcopus plebis Vtinicenſis. Idem dixit: Præſto ſum, epiſcopum non habeo.

ANNO CHRISTI 411. habeo. Habet deũ diaconus dixit: Fuit illic, exiuit de corpore. Item recitauit: Vrbanus episcopus plebis Theodal. Idẽ dixit: Præsto sum, catholica est, vnitas est. Item recitauit. Victor episcopus plebis Migirp. Idẽ dixit: Præsto sum. Glorioſus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum.

CXXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum episcoporum sit petita collatio, miramur nescio qua impudentia præsentem diaconum episcopi personam velle susciperé, & collationem quam Deo fauente cœpimus inchoare, studio contentionis perturbare. Vnde cohibeat se a tali actione: quia non decet rebus seriis non necessaria commiscere. & alia manu: Recognoui.

CXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Superflua prosequitur sanctitas tua, cum constet præsentem ad id fuisse delectum, vt cognosceret singulos, non studium disputationis arriperet. Item recitauit: Lucianus episcopus plebis Tuneyensis. dixit: Præsto sum. vnitas est illic. Item recitauit: Donatus episcopus plebis Sayensis. Idem dixit: Præsto sum. vnitas est illic. Item recitauit: Rufinianus episcopus plebis Muzuensis. Idem dixit: Præsto sum: omnis catholica est. Item recitauit: Victor episcopus plebis Trisipensis. Idem dixit: Præsto sum. Felicianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Adeodatus episcopus plebis Bencennensis. Idem dixit: Præsto sum. Catholica est ab origine. Item recitauit: Faustinus episcopus plebis Sillitensis. Idem dixit: Præsto sum. Possidonius episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Felix episcopus plebis Aptungitensis. Idem dixit: Præsto sum. Catholica est omnis. Item recitauit: Geta episcopus plebis Iubaltianẽsis. Idem dixit: Præsto sum. non habeo contra alium. Item recitauit: Ianuarius episcopus plebis Cenculianensis. Idem dixit: Præsto sum; non est illic episcopus alius, catholica est. Item recitauit: Iulianus episcopus plebis Tasfaltensis. Idem dixit: Præsto sum: vnitas est, catholica est omnis illic. Adeodatus episcopus dixit: Annus est ex quo mortuus est. Item recitauit: Crescentianus episcopus plebis Arenẽsis. Idem dixit: Præsto sum. vnitas est apud me. Item recitauit: Licentius episcopus

plebis Zattarensis. Idem dixit: Præsto sum. Catholica est ibi. Item recitauit: Malcus episcopus plebis Masculitensis. Idem dixit: Præsto sum. Vitalis episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Marianus episcopus plebis..... Rufinianus. Idem dixit: Præsto sum: vnitatem catholicæ habet. Item recitauit: Tertiolus episcopus plebis Cillitensis. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Sopater episcopus plebis Tambalensis. Idem dixit: Præsto sum. Faustinus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Paulus episcopus plebis Vzittarensis. Idem dixit: Præsto sum, non habeo ex illa parte. Habetdeum diaconus dixit: Exiuit de corpore. Item recitauit: Ianuarius episcopus plebis Aptucensis. Domnicus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hic est, commotus est corporis infirmitate. Item recitauit: Victor episcopus ecclesiæ Vticensis. Idem dixit: Præsto sum. Gedudus episcopus ciuitatis superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit qui supra: Procericio episcopus plebis Vculensis. quo accedente, idem dixit: Præsto sum, omnis catholica est. Item recitauit: Basilius episcopus plebis Altiburitensis. Idem dixit: Præsto sum. Augustalis episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Victor episcopus plebis Vinensis. Idem dixit: Præsto sum. Habetdeum diaconus dixit: Non ibi habemus, exiuit de corpore, ante annos quinque. Item recitauit: Fructuosus episcopus plebis Abziritensis. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hic est Carthagini. sensit sibi. Adeodatus episcopus dixit: diœcesis est Felicianiatensis, presbyterum ibi habet. Item recitauit: Publianus episcopus plebis Bazaridídac. Idem dixit: Præsto sum, vnitas est. Item recitauit: Cassianus episcopus plebis Vamaccorensis. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus ciuitatis superioris dixit: Agnosco illum: presbyter meus fuit. Item recitauit: Tresconius episcopus plebis Zaraitensis. Idem dixit: Præsto sum. Rogatus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Felix episcopus Villæ Regensis. Idem dixit: Præsto sum. non habeo contra me episcopum modo; exiuit de corpore. Victor episcopus dixit: Constat me modo fuisse ordinatum. Item

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. recitauit : Primulus episcopus plebis Tamagristensis. Idem dixit:Præsto sum.Saturninus episcopus ciuitatis superioris dixit : Agnosco illum. Item recitauit:Adeodatus episcopus plebis Satafensis. Idem dixit : Præsto sum. Vrbanus episcopus loci superius dixit : Agnosco illum.Item recitauit : Faustinianus episcopus plebis Tamogadensis. Idem dixit : Præsto sum.Gaudentius episcopus loci superius dixit : Agnosco illum. Item recitauit : Auitus episcopus plebis Lamasuensis. Idem dixit : Præsto sum. Ianuarius episcopus ciuitatis superioris dixit : Agnosco illum. Item recitauit: Sextilius episcopus plebis Assabensis.Idem dixit : Præsto sum. Marcianus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitauit : Marcianus episcopus Idierensis. Idem dixit : Præsto sum. Martialis episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit : Crispulus episcopus ecclesiæ Voliten. Idē dixit : Præsto sum. Quodvultdeus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitauit : Germanus episcopus Gypsarienſis. Idem dixit: Præsto sum. Fidentinus episcopus dixit : Agnosco illum. Rogatus episcopus Gaguaritensis.Idem dixit : Præsto sum.vnitatem habet.Adeodatus episcopus dixit : Noster fuit, a nobis illo transiit. Item recitauit : Quadratus episcopus plebis Gegitensis. Idem dixit : Præsto sum. nunquam ibi fuit episcopus. Item recitauit : Gregorius episcopus Tamamallensis. Idem dixit: Præsto sum. Lucius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit : Lucius episcopus ciuitatis Tagaratensis. Idem dixit : Præsto sum. Quintus episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitauit : Felicianus episcopus plebis Cufruten. Idem dixit : Præsto sum, episcopū alium non habeo.

CXXIX.

Primianus episcopus dixit : Ille qui fuit damnatus est & nobis, & ab illis, cum scirent illum reum ; & ipsi confirmauerunt,adhuc alter non est ordinatus. & alia manu: Primianus episcopus recognoui. Item recitauit : Bonifacius episcopus Cenensis. Idem dixit : Præsto sum. Vindemius episcopus dixit : Agnosco illum. Item recitauit : Adeodatus episcopus plebis Bazaritanæ. Idem dixit : Præsto sum. est quidem in corpore constitutus Calipotius, sed cum videret vniuersum populum ad ecclesiam catholicam fuisse conuersum, discessit. Item recitauit :

Niuentius episcopus Tunugabensis. Idem dixit: Præsto sum. non ibi habeo contra me episcopum. ANNO CHRISTI 411.

CXXX.

Primianus episcopus dixit: Damnatus est in causa adulterii, tamen illic fuit vsque ad annum præsentem. Item recitauit: Sabinus episcopus Tuccensis. Idem dixit: Præsto sum. Adeodatus episcopus dixit: in diœcesi mea est ordinatus, ex presbyterio meo est. Sabinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum sæpe a ciuibus meis peteret vt eos in communionem ecclesiæ catholicæ susciperem, rogauerunt etiam vt eis episcopus daretur. Petierunt me, & ordinatus sum. Adeodatus episcopus dixit: Quem habuit decessorem, edicat in cuius locum successit.

CXXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat non ibi fuisse catholicam. Adeodatus episcopus dixit: Non. Itē recitauit: Marianus episcopus Vtzipparitanor. Idem dixit: Præsto sum. nunquam ibi habui alium. Item recitauit: Victorius episcopus plebis Larensis. Idem dixit: Præsto sum. Honoratus episcopus dixit: Agnosco illum.

CXXXII.

Hilarus exceptor dixit: Quoniam codices impleuimus, & alii nobis subrogandi sunt exceptores, iubeat nobilitas tua, e corpore nostro alios subrogari nobis custodibus datis. Vitalis notarius ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc & ego suggero, quod & exceptor nobilitati tuæ. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Dentur nunc notariis, qui codices se implesse confirmant, & exceptoribus ab vtraque parte custodes. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Iam nos delegisse custodes, mandato ipso narrauimus, ex ipsis etiam duos offerimus custodes. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eorum nomina qui nunc offeruntur edicito. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Deuterium & Restitutum. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Congruum est, vt sicuti & alii subrogati sunt exceptores, sic dentur & ab alia parte custodes. Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Damus custodes Victorem Hipponiensem, & Marinianum Oensem collegas nostros.

ANNO CHRISTI 411.

CXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ex vtraque parte episcopi custodes videntur appositi, singulorum (sicut cœperat) officium nomina subscriptionesque recitare debebit, & ad susceptas tabulas ad maiorem diligentiam alterutrum signet solicitudo custodum, vt iisdem præsentibus reseratæ, describi possint, atque ea quæ gesta sunt schedarum serie contineri. Cumque ab vtrisque partibus tabulæ susciperentur atque signarentur, recitatum est: Innocentius episcopus Lamiggigensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui, & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: Præsto sum. Iunianus episcopus dixit: Nec ego illum noui, nec ipse me. & recitauit: Rufinianus episcopus Bonusten. coram v. c. tribuno & notario Marcellino, suprascripta mandaui, & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Nunquam illic fuerunt Donatistæ. Primianus episcopus Carthag. dixit: Ipse fuit noster, sed populos habemus quibus ordinare... Rufinianus episcopus ecclesiæ catholicæ Bonustensis dixit: Nunquam habuit. & recitatum est: Laodicius episcopus plebis Clypiensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino suprascripta mandaui & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: E parte aduersa est Geminius. & recitauit: Donatus episcopus plebis Buritan. coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare cum recitauisset, idem dixit: Neminem illic habent Donatistæ. & recitauit: Candorius episcopus plebis Mullitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui, & subscripsi Carthagini. quare Marcellinus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Isaac episcopus plebis Vtinensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. Felicianus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Quintus pro Victore episcopo Tuburbitanorum minorum coram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi, eum superius mandasse præsentem Carthag. Maximinus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Felix episcopus Tubien. coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi. Idem dixit: catholica est

ANNO CHRISTI 411.

sola. & recitauit : Felix episcopus Abbirmaius, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Catholica est sola. & recitauit : Augendus episcopus plebis Villæ Magnensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholica est tantum. Primianus episcopus Carthaginensis dixit : Ipse est qui iamdudum ad illam partem transiit. & recitauit : Lucidus episcopus plebis Marcellianensis & Bazitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Catholica est, & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : E diuerso est. Restitutus episcopus dixit : Agnosco illum. & recitauit : Aufidius episcopus plebis Tignicensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diuerso habeo Iulianum. Iulianus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Fortunatus episcopus plebis Abbenzẽsis coram v. c. Marcellino tribuno & notario superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Optatus episcopus dixit : Non habemus episcopum, presbyterum habemus. & recitauit : Trifolius episcopus plebis Aborensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Nomen si illic auditum fuerit Donatistarũ, lapidatur. & recitauit : Quintus pro Paulino Zurense præsente literas nesciente coram v. c. Marcellino tribuno & notario superius mandaui & subscripsi Carthag. quare & accedente episcopo Paulino catholico idem dixit : Catholica est. Habetdeum diaconus Primiani episcopi dixit : Presbyter est illic noster, diœcesis est nostra. & recitauit : Lucrus episcopus plebis Nigrensium maiorum coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Vnitas est. Habetdeum diaconus dixit : Presbyterum habet. & recitauit : Fidentius episcopus plebis Cefalensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Vnitatem habeo. Valentinianus dixit : Modo exiuit de corpore. Fidentius dicebatur. & re-

ANNO CHRISTI 411. citauit: Creſconius epiſcopus plebis Ruſucenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Ambibius epiſcopus plebis Piſitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino, ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Habeo Felicem e diuerſo. Valentinianus diaconus dixit: Felix dicitur, literas miſit excuſationis, ſenectutis cauſa. & recitauit: Rogatianus epiſcopus Tigimma plebis Tigimmenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagini. Quare idem dixit: E diuerſo mihi eſt Victorianus. & accedente Victoriano dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Stephanus epiſcopus plebis Simuritenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas eſt illic, eccleſia eſt illic. Habetdeum diaconus dixit: Diœceſis mea eſt Cypriani Aſiccenni. Cyprianus dicitur epiſcopus qui illic intendit, Adſinar. & recitauit: Serotinus epiſcopus plebis Turuzitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagin. quare idem dixit: Nunquam habuit nec habet. Habetdeum diaconus dixit: Presbyter eſt illic Cattus. Serotinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Illic eſt. ſed ſuperfluo. & recitauit: Maiorinus epiſcopus plebis Zemtenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: Catholica eſt, nec habuit, nec habet. & recitauit: Thomas epiſcopus plebis Cubdenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſupraſcripta mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E contra neminem habemus. & recitauit: Reſtitutus epiſcopus plebis Muzucenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E contra Idaxius nobis eſt. & accedente Idaxio epiſcopo, idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Antonius epiſcopus plebis Mutugenenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E diuerſo Splendonius eſt. & accedente Splendonio epiſcopo idem dixit: Agnoſco

illum. & recitauit : Priuatianus episcopus plebis Vigesselitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est mihi Donatus Cillitensis. & accedente Donato Cillitensi episcopo idem dixit: diaconos illic habeo, vicina plebs agit : diœcesis mea est. Priuatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Vbi conueniunt? Donatus episcopus dixit: Et loca & memorias martyrum tamen prohibuisti,Candidum non habui presbyterum.Inde Priuatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Et vbi agebatur? & recitauit : Æmilianus episcopus ecclesiæ Benefensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Non habeo neminem e diuerso. Valentianus diaconus dixit : Maximianus dictus est, hodie de corpore exiit.Æmilianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Triẽnium habeo ex illo quo ordinatus sum, nullum illic scio. Valentianus diaconus dixit: Mittatur, & videant illum. & recitauit : Litorius episcopus plebis Suauensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Vnitas est illic. omnis catholica est. Habetdeum diaconus partis Donati dixit: Non habemus. & recitauit: Benenatus episcopus plebis Hospitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: In loco meo alius non est episcopus. Lucullus episcopus dixit: Persecutio semper me fugauit. & recitauit: Leontius episcopus plebis Musertitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare Habetdeum diaconus partis Donati dixit: Crescónius nunc ordinatus est contra.& recitauit : Siluanus episcopus plebis Macrianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Neminem habet, catholica est. & recitauit: Eunomius episcopus plebis Marazanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diuerso est mihi Habetdeum. Habetdeum episcopus dixit : Prædecessor meus ad Marazanensem locum ordinatus est. is postquam in cathedram

Anno Christi 411.

sedit,

ANNO CHRISTI 411. sedit, expulsus est. Eunomius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nunquam sedit. Habetdeum episcopus dixit: Ego etiam non admissus, in tertio milliario in ciuitate conquieui. Eunomius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nunquam fuerunt Donatistæ, nec sunt, nec aliquando sederunt cathedram. Habetdeum episcopus dixit: Modo oppressi sunt. & recitauit: Barbarus episcopus plebis Hierpinianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi Carthagine. idem dixit: Non habeo neminem contrarium. Valentinianus diaconus dixit: Mœcopius dicebatur episcopus, exiuit de corpore. & recitauit: Secundianus episcopus plebis Hermianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Contra mihi est Maximianus episcopus. & accedente Maximiano episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Postumianus episcopus plebis Tagorensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est, vnitatis. & recitauit: Barbarianus episcopus plebis Creperulensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est tantum. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Felix episcopus Caniopitanorum, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare Valentinianus diaconus dixit: Presbyterum habemus nomine Restitutum. & recitauit: Victor episcopus plebis Tibaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est Victorianus episcopus. accedente Victoriano episcopo idem dixit: Agnosco eum. & recitauit: Gennadius episcopus plebis Membressitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso mihi est. Restitutus episcopus plebis Simingitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Octauius episcopus plebis Vtinunensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino su-

perius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E contrario mihi est Bonifacius. & accedente Bonifacio episcopo dixit idem : Agnosco illum : & recitauit : Victorinus episcopus plebis Tabudesenensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino, suprascripta mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso est Argutus. & accedente Arguto episcopo, idem dixit : Agnosco illum. & recitauit : Maximinus episcopus plebis Enerensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine : quare idem dixit : Catholica est, vnitatem habeo. Quodvultdeus episcopus dixit : Habet episcopum ; sed male habet. & recitauit : Reginus episcopus plebis Tigillauensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare Flauianus episcopus dixit : De itinere reuertit Donatus, causa ægritudinis. & recitauit : Quintus pro Cresconio episcopo Centenarienſi præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. eo quod infirmitatis causa præpediatur, mandante ipso subscripsi Carthagine. quare Quodvultdeus episcopus dixit : Etiam ipse male habet. & recitauit : Felix episcopus plebis Izirianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso est mihi Saturus. & accedente Saturo episcopo, idem dixit : Presbyter meus erat. & recitauit : Felicianus episcopus plebis Feraditensis minoris, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : Catholica est. Valentinianus diaconus dixit : Non habemus. & recitauit : Romanus episcopus plebis Megapolitanæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso non habeo. Felix episcopus dixit : Presbyterum habemus Maximianum : Præsto est. & recitauit : Restitutus episcopus plebis Cincaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso mihi est Campanus episcopus : & accedente Campano episcopo idem dixit : Agnosco illum. & recitauit : Nados episcopus plebis Sa-

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411.

bratensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso habui, modo non habeo. & recitauit: Cultasius episcopus plebis Mataritanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. Habetdeum diaconus dixit: Habuimus Rusticianum; modo exiuit de corpore. & recitauit: Octauianus episcopus plebis Vcimaius, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Saluianus episcopus dixit: Senis Victoriani diœcesis est, presbyterũ habet Ianuarium: & recitauit: Safargius episcopus plebis Lampuensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. Valentinianus diaconus Primiani episcopi dixit: Senis Carteri est plebis; sed absens est, pedibus laborat: propterea venire non potuit. & recitauit: Victorinus episcopus plebis Tabudensis, pro Gorgonio consacerdote meo, qui infirmitate detinetur, plebis Liberalienſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandante ipso subscripsi Carthagine. quare idem Gorgonius dixit: Basilicam mihi deposuerunt hæretici; solus sum. Protasius episcopus dixit: Habemus illic Victorem episcopum: & recitauit: Fortunatus episcopus loci Casensis, Calanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino suprascripta mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: solus sum. Verissimus dixit: presbyter est ibi Victorinus. & recitauit: Theasius episcopus plebis Memblositensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Sola vnitas est illic ecclesiæ catholicæ. Saluianus episcopus dixit: Tempore persecutionis succubuit illic episcopus qui illic fuit. & recitauit. Probantius episcopus plebis Trofimianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: solus sum. Valentinianus diaconus dixit: Presbyterum habet. & recitauit: Dulcitius episcopus plebis Tacapitensis, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Valentinianus diaco-

nus dixit: Felix dicitur; hic est, sed male habet. Item recitauit: Catulinus episcopus plebis Gittensis, coram v.c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Non habemus. & recitauit: Villaticus episcopus plebis Sinnipsensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. & recitauit: Hilarianus episcopus plebis Hiltensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare & accedente Victore episcopo idem dixit: Modo sum illic ordinatus, non me nouit. Hilarianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non habet. & recitauit: Ianuarianus episcopus ecclesiæ Gisipēsis maius, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Non habemus. & recitauit: Seuerianus episcopus Ceramunensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est omnis. Habet deum diaconus episcopi Primiani dixit: Habemus senem Adeodatum. Seuerianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ostendat illum. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est Mileuitana, Ceramussa. Anno Christi 411.

CXXXIV.

Seuerianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Omnis ab origine catholica est ibi, nunquam ibi fuerunt Donatistæ. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est; per violentiam inde exclusit omnes, & presbyteros. Seuerianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mentitur teste Deo. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Illud sanctitas tua simpliciter dignetur edicere, vtrum in ea plebe episcopus nunc sit. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est, circumcirca meum est totum, etiam mei terrore succubuerunt omnes, qui in eodem loco constituti erant. Seuerianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mentitur. & recitauit.

CXXXV.

Dominicus episcopus plebis Bullensis Regiorum, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius man-

ANNO CHRISTI 411.

daui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: E diuerſo mihi eſt Felix, ſed vnus eſt qui illic communicat. & accedente Felice epiſcopo idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Valentinianus epiſcopus Vaienſis, pro conſacerdote meo Regino eccleſiæ Vegeſelitenſis, qui hic apud Carthaginem infirmitatis cauſa detinetur, præſente v. c. tribuno & notario Marcellino ſubſcripſi. quare Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Male habet. Habetdeum diaconus dixit: Gauinius præſto eſt. & recitauit: Reparatus epiſcopus plebis Sufaſaritenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Non habet, fuit ibi. Habetdeum diaconus dixit: Modo receſſit. & recitauit: Proculus epiſcopus plebis loci Serrenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Publicius epiſcopus Gratianopolitanæ plebis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: E diuerſo Deuterius eſt, ſolus ſine plebe. Deuterius epiſcopus dixit: Quia & domos deieciſti, & perſecutionem mihi feciſti. & recitauit: Maximianus epiſcopus plebis Suboabburitenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: E diuerſo habeo Germanum. & accedente Germano epiſcopo idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Pompeianus epiſcopus Sucardenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Hic eſt, ſed ægrotat. & recitauit: Fortunatus epiſcopus plebis Ruſuccuritanæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: E diuerſo mihi eſt Optatus. & accedente Optato epiſcopo idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Victor epiſcopus plebis Bartimiſienſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Catholica eſt. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Reſtitutianus epiſcopus plebis Sululittenſis, coram v. c. tribuno &

notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit : Omnis catholica eſt, omnes catholicos habemus. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Helpidius epiſcopus plebis Aquenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. Quare idem dixit : E diuerſo mihi eſt Reparatus epiſcopus. & accedente Reparato epiſcopo idem dixit : Ipſe eſt, agnoſco illum. & recitauit : Victor epiſcopus plebis Malianenſis , coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: E diuerſo mihi eſt Neſtorius. & accedente Neſtorio epiſcopo, idem dixit : Agnoſco illum. & recitauit: Ego Reſtitutus epiſcopus petitum de me a Victore epiſcopo Mamillenſi coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſubſcripſi eum ſupraſcripta me mandaſſe. quare idem dixit : E diuerſo eſt Serenianus. & accedente Sereniano epiſcopo idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Victor epiſcopus plebis Tabaicarienſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit : E diuerſo eſt Marcianus. & accedente Marciano epiſcopo, idem dixit : Agnoſco illum. & recitauit: Victor epiſcopus plebis Timicitenſis coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit: Habeo Optatum e diuerſo. & accedente Optato idem dixit : Ipſe eſt. & recitauit : Bonifacius epiſcopus plebis Vallitenſis , coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit : Non habeo. Valentinianus diaconus dixit: Defunctus eſt ante annos ſeptem; Reſtitutus dictus eſt. & recitauit: Quintus ſubſcripſi, pro Limeniano epiſcopo plebis Traprurenſis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſubſcripſi eum præſentem Carthagine mandaſſe. quare idem dixit: Catholica eſt. Habetdeum diaconus dixit : Contra non habemus. & recitauit : Proculus epiſcopus plebis Gineſitenſis ſalariæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagine. quare idem dixit : Catholica eſt. Habetdeum diaconus dixit: Habet presbyterum Lillybium. & recitauit : Auxilius

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. episcopus plebis Nurconensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem possidemus, quod omnes sciunt Cæsarienses. hic est Seuerinus, dicat. Seuerinus episcopus dixit: Nunquam habuit. & recitauit: Mensurius episcopus plebis Medefessitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare Valentinianus diaconus dixit: Modo exiuit de corpore. & recitauit: Honorius episcopus pro Ianuario fratre & coepiscopo meo plebis Casasmedianensis, Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, superius mandaui, & pro eo subscripsi. quare & accedente Ianuario episcopo catholico, idem dixit: E diuerso est mihi Æmilianus. Et recitauit: Adeodatus episcopus plebis Simidiccensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Ego Restitutus episcopus pro Solemmio collega meo plebis Tigisitensis, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est Paschasius. & accedente Paschasio idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Lampadius episcopus plebis Tiseditensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso... Agnosco illum. & recitauit: Cyprianus episcopus plebis Tuburbitanor. maior. præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est Rufinus. & accedente Rufino, idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Donatianus episcopus plebis Zellensis, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso habeo Natalicum. Et accedente Natalico episcopo, idem dixit: Agnosco illum.

CXXXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tagastenus Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum susceptpi, & subscripsi. quare idem dixit: Vtinam quemadmodum Tagastis an-

tiqua vnitate gaudet, ita etiam de ceteris locis gaudeamus. ANNO CHRISTI 411.

CXXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Mala est vnitas innocentiæ & criminis, non posse vtraque iuxta misceri. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. & recitauit:

CXXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ Hipponiensis Regiorum dixit: Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum susceptum & subscripsi. quare & accedente Macrobio episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Vincentius episcopus ecclesiæ Culusitensis Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum susceptum & subscripsi. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Habuit; sed modo communicauit ipsis. & recitauit: Fortunatus episcopus ecclesiæ Constantiniensis Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum susceptum & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso habeo Petilianum.

CXXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Ipse est ecclesiæ persecutor, in eadem ciuitate vbi ego episcopus sum. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Et paulo ante iaculatus es iniuriam, & non recepisti. Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: In eadem ciuitate ab hæreticis omnia altaria confracta sunt. Petilianus episcopus dixit: Persecutorem ea esse acta contineant. loco suo audies quæ mereris. Et recitauit: Fortunatianus episcopus ecclesiæ Siccensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum susceptum & subscripsi. quare idem dixit: Vnitatem ecclesiæ Siccensis noui, episcopum quidem tantum nomine audiui. & recitauit: Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ Calamensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum susceptum & subscripsi. Petilianus episcopus dixit: Crispinus proximo tempore exiuit de corpore. & recitauit: Florentinus episcopus ecclesiæ catholicæ Hyppensis Zaritorensis, Carthagine constitutus coram v. c. tribuno & notario

Mar-

ANNO CHRISTI 411. Marcellino superius mandaui & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso est Victor. Habetdeum diaconus dixit: Custos datus est codicum.

CXL.

Petilianus episc. dixit: Iamdudum inter defensores quibus mandatum est, aduerti nomen Fortunatiani & Fortunati retineri. nunc quoque ipsos mandatores esse recitari percipio. quæ est ista diuersitas? Nemo vnquam sibi mandauit.

CXLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrum eorum qui causam peragendam susceperunt, par atque similis sit subscriptio, recitetur. & recitauit: Fortunatus episcopus ecclesiæ Constantinensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mãdatum suscepi & subscripsi. quare item recitauit: Fortunatianus episcopus ecclesiæ Siccensis, Carthagini constitutus, præsente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. Quo recitato,

CXLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Peruidet sanctitas vestra subscriptionibus suis eos de susceptо mandato fuisse professos. vnde cetera per ordinem relegantur. & recitauit: Serenianus episcopus Miditensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi. quare idem dixit: Catholica est. Peregrinus Sufetensis episcopus dixit: Presbyterum illic habeo Victorem; diœcesis mea est. Victor episcopus dixit: Adsum, scriptum sit, si ipse Florentius bene me agnoscit, qui me persecutus est innocentem, quem apprehendit, & in custodiam officii dedit necandum; vbi triennium temporis feci.

CXLIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista suo ordine cum putaueris peragentur. & recitauit: Nouatus episcopus ecclesiæ Sitifensis, Carthagini constitutus præsente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandaui & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso habeo Marcianum. & accedente Marciano episcopo idem dixit: Agnosco persecutorem meum. & recitauit: Maurentius episcopus ecclesiæ Tuburscensis, Cartha-

gini conſtitutus præſente v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi. quare idem dixit: E diuerſo Ianuarianum habeo. & accedente Ianuariano, idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Bonifacius epiſcopus eccleſiæ Cataquenſis, Carthagini conſtitutus præſente v. c. tribuno & notario Marcellino ſuperius mandaui & ſubſcripſi Carthagini. quare idem dixit: E diuerſo Speratus eſt mihi. & accedente Sperato, idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Squillacius epiſcopus eccleſiæ Scillitenſis Carthagini conſtitutus præſente v. c. tribuno & notario Marcellino die ſuperiori mandaui & ſubſcripſi. quare idem dixit: E diuerſo Donatum habeo. & accedente Donato epiſcopo, idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Priſcus epiſcopus eccleſiæ Quidienſis Carthagine conſtitutus præſente v. c. tribuno & notario Marcellino die ſuperiori mandaui & ſubſcripſi. quare idem dixit: Non habeo Donatiſtas. qui illic fuit cum paucis parentibus ſuis, cum ipſis conuerſus eſt. Honoratus epiſcopus dixit: epiſcopus noſter qui Zicenſibus ſuccubuit in perſecutione: presbyteri noſtri ſunt illic. & recitauit: Deuterius epiſcopus Cæſarienſis, Carthagine conſtitutus præſente v. c. tribuno & notario Marcellino die ſuperiori mandaui. quare Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Cuſtos eſt tabularum. Valentinianus diaconus epiſcopi Primiani dixit: Emeritus eſt illic. & accedente Emerito idem dixit: Agnoſco eum. & recitauit: Reſtitutus epiſcopus Tagorenſis Carthagini conſtitutus, præſente v. c. tribuno & notario Marcellino die ſuperiori mandaui. quare Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Etiam ipſe cuſtos eſt tabularum. Valentinianus diaconus epiſcopi Primiani dixit: Non habemus. & recitauit: Leo epiſcopus municipii Moptenſis, Carthagine conſtitutus præſente viro clariſſimo tribuno & notario Marcellino die ſuperiori mandaui & ſubſcripſi. quare idem dixit: Habeo Felicem. & accedente Felice, idem dixit: Agnoſco illum. & recitauit: Aſterius epiſcopus plebis Vicenſis, Carthagine conſtitutus coram viro clariſſimo tribuno & notario Marcellino mandaui & ſubſcripſi. idem dixit: In ipſo mecum alius epiſcopus non eſt. & accedente

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. Vrbano episcopo, idem dixit: Deus videt, quia non illum noui.

CXLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iamdudum me obtulisse sanctitati vestræ sat certum est, vt competenti reuerentia sedentes omnia tractaretis: siquidem mihi onerosum esse non nescio, tot venerabilibus viris stantibus residere. vnde vel nunc multitudine sequestrata, sedere dignamini.

CXLV.

Petilianus episcopus dixit: Agimus gratias honorificentiæ tuæ, vir nobilis, quod talis ac tanta est tua præsentia, vt benemeritis viris antiquissimisque sacerdotibus & tot persecutionum palmis florentibus, hanc benignitatem præstare digneris, vt grauissima senectus, quæ ornata est & annis & meritis suis, sedendo sese reficiat, ne stando diutius laborare videatur, ne hic quoque labor oneret modicas vires senectutis. Sed quoniam vires Dominus subministrat, ipsamque reuerendam senectutem facit esse fortiorem, non erubescimus, non veremur, non euitamus, te residente, vir nobilis, licenter assistere. Siquidem hoc nec Christus Dominus noster vitauerit, cum ante præsidem stetisse dignatus est, quanto magis nos non recusamus, cum tu honorificus, tu iustus, tu reuerens, tu benignus, hanc offeras gratiam, quæ tibi a Domino remuneratore dignissimis præmiis frequentissime referatur? Id autem nobis expedit, id necesse est, vt cum causa peroratur, cum prius incipitur, vt etiam personæ constent, stare singulos deceat, quibus subire contigit disceptationis examen. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CXLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam oblata recusat sanctitas vestra, pars illa tractanda est, vt quia, sicut voluit vestra religio, vniuersorum qui subscripserant demonstrata præsentia est, secundum formam cælestis oraculi, sponsionis quoque vestræ memores, deligatis idoneos vestræ scilicet assertionis actores, quibus disputantibus, atque multitudinis sicut ante placuit confusione secluſa, plene possint vniuersa cognosci.

CXLVII.

ANNO CHRISTI 411.

Emeritus episcopus dixit: Res iuuanda est, mandantium persona præsens est, mandatum quoque ferimus. sed vt actorum fides etiam cum nostra subscriptione adstipuletur, & professio recitabitur, & quæ in placito subscripta sunt, actis hærebunt. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CXLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Susceptum mandatum ab officio recitetur. & cum tradidisset, Rufinianus subscriba recitauit: Post consulatum Varanis v. c. octauo Kalend. Iunii Carthag. Ianuarius, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiscopis nostris præsentes præsentibus salutem. Mandamus vobis ecclesiæ Dei causam, defensoresque vos facimus aduersus traditores persecutoresque nostros, qui nos in iudicio v. c. spectabilis tribuni & notarii Marcellini, per supplicationem suam proposito edicto inquietare voluerunt, vt eorum intentionibus respondeatis. Quidquid egeritis pro statu sanctæ ecclesiæ, ratum nos habituros, nostra subscriptione profitemur. & alia manu: Optamus vos in domino bene valere, & nostri memores esse. quare,

CXLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Subscriptiones huius quoque mandati relegantur. Rufinianus scriba recitauit: Ianuarius episcopus Casensis Nigrensis huic mandato nostro subscripsi. Item alia manu: Primianus episcopus Carthaginensis huic mandato subscripsi. Item alia manu: Felix vrbis Romæ episcopus huic mandato subscripsi. Item alia manu: Donatus episcopus Botrianensis huic mandato subscripsi. Item alia manu: Florinus episcopus Putizienſis subscripsi. Item alia manu: Candorius episcopus Aggeritẽsis subscripsi. Item alia manu: Antonianus episcopus Lamsortensis subscripsi. quare,

CL.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nouerimus etiam ipsorum præsentiam. Recognoui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Tam mandatum quam subscriptiones eidem cohærentes gestis præsentibus inserentur. Ad pleniorem autem fidem pars vtraque designet, vtrum nihil de mutuis mandatis vocetur in dubium.

CLII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Secundum subscriptiones mandati singuli accesserunt nostrorum, & professi sunt mandasse se nobis, etiam ipsi hoc faciant, vt subscriptionibus recitatis, singuli profiteantur mandauisse se, huicque mandato subscripsisse. & alia manu: Recognoui.

CLIII.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Ideo transire iussi sunt singuli, vt de præsentia, non de professione constaret. Subscriptiones enim tantum posse sufficere, nulli vocatur in dubium. Vnde nunc illud quæritur, vtrum vtrarumque partium mandata vtrisque partibus placere videantur.

CLIV.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Sed volumus vt suis subscriptionibus respondeant. Per incolumitatem tuam cognoscant mandauisse se: quia non interfuit sublimitas tua cum isti subscriberent. Quod clanculo fecerunt, publice profiteantur. & alia manu: Recognoui.

CLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta poscuntur, licet subscriptiones certum sit posse sufficere.

CLVI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Ipsi nos solicitiores reddiderunt.

CLVII.

Rufinianus scriba recitauit: Ianuarius episcopus Casensis dixit. & cum recitaret: Ianuarius ego & mandaui & subscripsi. Scriptum sit itaque, me non habere aduersarium aliquem de parte ipsorum, in plebe mea. Rufinianus scriba recitauit: Primianus episcopus Carthaginis. Et recitauit: Primianus episcopus Carthaginis dixit: Man-

daueram : sed ego hoc mandatum susceρi. Rufinianus scriba recitauit: Felix episcopus vrbis Romæ, ... & recitauit: Felix episcopus vrbis Romæ dixit: Et mandaui & subscripsi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Vbi est Felix? & alia manu: Recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CLVIII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Esto, quia vrbis Romæ episcopum se dicit, quare præiudicatur absenti? & alia manu: Recognoui.

CLIX.

Petilianus episcopus dixit: Quæ ratio huc eum detulerit nullus ignorat. Nobilitatem omnem hic esse Romanam nec ipsi nescitis. Idem igitur turbo, eademque necessitas eum huc detulit, vt non dissentire videretur a nobis. & ipse mandauit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CLX.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Potuimus & nos transmarinos conducere, quorum nomina adderemus mandato. & alia manu: Recognoui.

CLXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet & sanctitas vestra plenius recognoscat, & imperiali sit auctoritate definitum, inter Africanarum prouinciarum episcopos me tantum debere cognoscere, tamen hoc quoque sine præiudicio episcopi vrbis Romæ, licet ex superfluo, libenter indulgeo.

CLXII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Abundat nos absenti præiudicasse. & alia manu: Recognoui.

CLXIII.

Petilianus episcopus dixit: In omnibus hoc sequantur & teneant, se pro absentibus & transmarinis nihil esse locuturos. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Abundat nos Innocentium dixisse vrbis Romæ esse episcopum. & alia manu: Recognoui.

Rufinianus scriba recitauit: Donatus episcopus Bo-

ANNO CHRISTI 411. trianensis. Idem dixit: Et mandaui & subscripsi. Scriptum sit me non habere contrarium. Rufinianus scriba recitauit: Florianus episcopus Putiziensis. & cum recitauit: Primianus episcopus Carthaginis dixit: Hic apud Carthaginem infirmatus est: timens exitum suum, perrexit: iam subscripserat. & recitauit: Candorius episcopus Aggeritensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: habeo contrarium. & recitauit: Antonianus episcopus Lamsortensis. Idem dixit: Mandaui & subscripsi: non illic habeo aduersarium. & recitauit: Datianus episcopus Tamicensis. Idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium ibi non habeo. & recitauit: Victorianus episcopus Abissensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium habeo in diœcesi mea. & recitauit: Natalicus episcopus Tzellensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Maximinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diœcesis est Mizoni episcopi, presbyteros habet, & abundantem populum, quam ipse. & recitauit: Fortis episcopus Cediensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandaui & subscripsi, aduersarium non habeo.

CLXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam longum est ire per singulos, hi decem qui se mandasse professi sunt, actis edicant vtrum coram ipsis omnium sit facta subscriptio, & præbeant in ea quæ sunt gesta, consensum.

CLXV.

Petilianus episcopus dixit: Magno quidem compendio vtitur magnificentia tua, vir nobilis, vt decem patres collegæque nostri, qui iam se mandasse subscripsisseque professi sunt, etiam ceteros patres subscripsisse testentur. Equidem hoc ad eam rem vel maxime proficit, ne tempus huiusce diei vlterius producatur. Sed tamen hoc expedit causæ, vt singuli quique se & mandasse & subscripsisse profiteantur. Propterea vt etiam illud non taceant se æmulos non habere: lucrum enim videtur his cedere, qui multos se aduersum nostros habere per hanc prouinciam ostenderunt, si in prouincia Numidia non ostendamus, eos penitus non habere, aut habere certe, sed raris locis. Omnis enim intentio nostra, vir nobilis, sicut me-

miniſſe dignaris, de numero ſæpiſſime cauſata eſt, atque in eodem vehementiſſime hæret. Et quamquam nobis multitudinem pax nutriat & conſeruet, illis multitudinem bella conquirant, dum abſentibus nobis, aut in locis, aut in ciuitatibus noſtris, aut in diœceſibus paſſim multas imagines erigunt, vt numeroſi eſſe videantur: tamen etſi par ſit vtriuſque aduerſitatis numerus, maior meus debet videri, qui & me abſente perſtitit, & cum ipſe ſit cardinalis atque authenticus, nec æmulatione multiplici ſuperatur. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CLXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Deſiderio veſtro ſatisfacere volui in omnibus inquirendis, ceterum conſtat nullam mihi de numero cognitionem fuiſſe mandatam.

CLXVII.

Petilianus epiſcopus dixit: Nobis hoc ſaluum ſit, quod non debuimus reticere.

CLXVIII.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Potuimus quidem numeroſitates catholicæ eccleſiæ toto orbe diffuſæ, quantum ad cauſam pertinet, in Africa demonſtrare, niſi hoc totum actionis pondus conſiſteret. Verum quia neſcio quibus moratoriis actionibus vir grauiſſimus vtitur Petilianus, amputatis ſuperfluis, ad cauſæ iam initium veniatur, ſignificantes inſinuanteſque nobilitati tuæ, vanum in nos præiudicium ſua propoſitione voluiſſe depromere. & cum diceret: alia manu: Recognoui,

CLXIX.

Petilianus epiſcopus dixit: Iniuriam facis vane; reponetur tibi: & quamquam reponere non liceat, tecum habeto. & alia manu: Recognoui.

CLXX.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quo diceret excuſationis tendiculas prætendens ante diem cognitionis ſe quaſi cælorum ſenatum partis Donati epiſcopi obſeruaſſe diuturno labore fuiſſe confectos: cum a noſtra parte omnino ſemper audientia flagitata ſit. ſed idcirco diem tempuſque obſeruauimus, vt & in hoc obe-

dientia

ANNO CHRISTI 411. dientia catholicæ eccleſiæ monſtretur. & cum diceret, & alia manu: Recognoui,

CLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Secundum edicti tenorem vtræque partes his tantum in iudicio remanentibus quibus conſtitit cognitionem fuiſſe ab omnibus mandatam, iuxta profeſſiones ſuas cauſam tractare debebunt.

CLXXII.

Fortunatianus eccleſiæ catholicæ epiſcopus dixit: Vt cauſa cognoſci poſſit, decernat ſublimitas tua, ſuperfluam & circumſtantem nobis exire multitudinem. & alia manu: Recognoui.

CLXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc fieri neceſſe eſt: illud autem prius eſt, vt decem ab vtraque parte fateantur ſe in ſubſcribentium conſenſiſſe perſonas. & licet ad veſtram petitionem eorum fuerit præſentia procurata, tamen ne quid vobis denegatum eſſe videatur, vniuerſorum ſubſcriptiones ex ordine relegantur.

CLXXIV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Reſpondeant, vtrum omnium ſubſcriptiones, quæ mandato continentur, hic apud Carthaginem ſint conſcriptæ. & alia manu: Recognoui.

CLXXV.

Emeritus epiſcopus dixit: Quantum ex proſecutione cognoui, opus erat, vt e noſtris partibus profeſſio promeretur. patientia iudiciorum tuorum quæ manum dat omnibus, libenter annuit, vt & ii qui ſubſcripſerunt profeſſionem ſuam præſenti adſtipulationi inſerant geſtis. Petimus prudentiam tuam vt cum ſubſcriptio cœperit recitari, eoſdem digneris audire. & alia manu: Emeritus recognoui.

CLXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Subſcriptiones omnium, ſicut iuſſeram, recitentur. Rufinianus ſcriba recitauit: Optatus epiſcopus Ruſuccuritenſis: & cum recitaret, Optatus epiſcopus dixit: Mandaui & ſubſcripſi. & recitauit: Pomponius epiſcopus Macrianen-

sis. & cum recitaret, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Donatianus episcopus Baguaiensis. & cum recitaret, idem dixit: Mandaui & subscripsi. & recitauit: Priuatus episcopus Azugensis. & cum recitaret, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium in plebe mea non habeo. Ampelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Perfectam vnitatem ex conuersione sua cognoscens, rectissimam fidem mecum frater meus Primulus loquitur episcopus. Episcopus enim tunc fuit partis Donati, nunc conuersus demonstrat cum plebe integram fidem ex sua conuersione. vnitas illic perfecta est: non solum in ipsa ciuitate, verum etiam in omnibus diœcesibus. ANNO CHRIST. 411.

CLXXVII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Rogamus recitentur nomina quæ iamdudum de subscriptione recitauit. Donatianum dixit Bagaiensem, & Priuatum Vagensem. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Denuo hæc nomina, de quibus dubitatio nascitur, recitentur. & recitauit: Donatianus episcopus Bagaiensis, Priuatus episcopus Vagensis. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Absit fallacia. Rogatus episcopus dixit: Ianuarianus dicitur, non Priuatus.

CLXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vultum tamen ipsum esse cognoscis.

CLXXIX.

Rogatus episcopus dixit: Ianuarianum scio, Priuatum nescio. & recitauit: Donatus episcopus plebis Celerinensis. & recitauit. Idem dixit: Ego mandaui & subscripsi: aduersarium omnino nec habui, nec habeo in plebe mea. & recitauit: Victor episcopus Hipponiensis Diarrytor. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. & recitauit: Sarmentius episcopus Cernamusensis. & cum recitauit, idem dixit: Et mandaui & subscripsi: teneant gesta, quia in plebibus meis aduersarium non habeo. Primianus episcopus Carthaginis dixit: Iamdudum de duobus fuit causa: idcirco & illi non sunt mentiti, nec nostri. Nam est Auzagga vbi fuit Ianuarianus, qui nunc defunctus est: alia Auzagga, vbi est Priuatus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411. qui nunc viuit. & alia manu: Primianus recognoui.

CLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Satis episcopali veritate rem de qua error fuerat natus, iudiciis intimare dignatus es. vnde nunc cetera perlegantur. & recitauit: Perseuerantius episcopus Teuestensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. & recitauit: Pancratius episcopus Badiensis. & recitauit, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. & recitauit: Maximianus Serteitensis episcopus. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. & recitauit: Seuerinus episcopus Castellanus. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. & recitauit: Colonicus episcopus Tinistensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi, & traditores apud me non habeo. Et recitauit: Felix episcopus Moptensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. Et recitauit: Secundinus episcopus Iucundianensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi: aduersarios in ecclesia non habeo. & recitauit: Donatus episcopus Vageatensis. & recitauit, idem dixit: Et mandaui & subscripsi.

CLXXXI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit istos omnes in villis vel in fundis esse episcopos ordinatos, non in aliquibus ciuitatibus. Recognoui.

CLXXXII.

Petilianus episcopus dixit: Sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos: imo crebros vbi habes, sane & sine populis habes. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Scripta sint, quæ ab vtrisque partibus insinuata videntur esse iudiciis. & recitauit: Rogatianus episcopus Idassensis... & recitauit. idem dixit: Et mandaui & subscripsi: non habeo aduersarium. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Habeo presbyterum in ecclesia. Florentianæ episcopi fuerunt tres catholici, iam decesserunt: non potuimus adhuc ordinare. presbyterum illic habemus Florentinum. & recitauit: Germanus episcopus Zugabbaritensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandaui & subscripsi. & recitauit: Rogatianus episco-

pus Villamagnenſis. & cum recitaret, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. & recitauit: Presbyter Manilius Bazienus pro epiſcopo meo. & cum recitaſſet, ANNO CHRISTI 411.

CLXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Pro quo epiſcopo? Petilianus epiſcopus dixit: Lumine captus eſt. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Reſpondeatur vtrum præſens ſit, pro quo ſubſcriptum eſt. & alia manu: Recognoui. Primianus epiſcopus dixit: Loquamur veritatem, oculis captus eſt, venire non potuit, presbyterum ſuum direxit. & alia manu: Primianus epiſcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sed nomen ipſius debuit ſubſcriptione teneri.

CLXXXIV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Teſtatum ſit, etiam abſentum nomina velle inſerere, vt etiam nobis liceat omnes catholicos epiſcopos, qui per infirmitatem vel per aliquam occupationem adeſſe non potuerunt, geſtis inſerere. & alia manu: Recognoui. & recitauit: Donatus epiſcopus Apiſſanenſis. & cum recitauit, idem dixit: Et mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo.

CLXXXV.

Petilianus epiſcopus dixit: Quoniam proſecutio partis aduerſæ conteſtata monſtratur, aliquos ſe abſentes habere, nos quoque non tacemus, aliquantos noſtros multis neceſſitatibus aut aduerſis valetudinibus præpeditos non veniſſe, aliquantas etiam cathedras nunc eſſe viduatas, quibus adhuc epiſcopi ordinati non eſſe monſtrantur. etiam hoc acta contineant. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

CLXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quantum ad confirmationem mandati pertinet, ſufficit in vtraque parte eorum numerus ſacerdotum, qui eidem mandato ſubſcripſiſſe monſtrantur. vnde reliqua perlegantur, ſuperfluis abſentum cauſationibus ſequeſtratis. & recitauit: Quintaſius epiſcopus Vaienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CLXXXVII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: obliteretur ergo subscriptio absentum. & alia manu: Recognoui. & recitauit: Ianuarius episcopus Lamasbensis. cumq; accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Item recitauit: Felix episcopus Nouasennensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Martialis episcopus Idicrensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Gedudus episcopus Vticensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Vrbanus episcopus Satafensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Cillitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Liberalis episcopus loci Nasaitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: nec habui aduersarium, nec habeo aduersarium, nec habebo permittente Deo. item recitauit: Maximianus episcopus Ermianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Fortunatianus episcopus Vescerites sis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Peregrinus episcopus Sufetensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Merferobitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Gauinus episcopus Vegesselitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Veratianus episcopus Carpitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi qui sum successor Faustiniani, qui in vnitate veritatis fuerat ordinatus a Donato: postmodum vero temporibus Macarii, illic emerserunt traditores. item recitauit: Gaianus episcopus Tigualensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Rogatus episcopus Perdicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Victorinus episcopus plebis Leptiminensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Martinianus loci Tibuzabetēsis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Quintianus episcopus a Lacudulce. Valentinia-

nus diaconus episcopi Primiani dixit: Male habet. item recitauit: Pelagius episcopus Vanarionensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitauit: Victorianus episcopus Tibaritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Primulianus episcopus Mandasumitensis. cumque accessisset, idem dixit: Consensi & subscripsi. item recitauit: Fortunatianus episcopus Metensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Felicianus episcopus Vtinensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Florentinus episcopus a Tubusubtu. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Marcus episcopus Midicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium non habeo. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Vnde es? quæ est autem ciuitas tua? Marcus episcopus dixit: Secusta Prura Amidicca. Nouit Melimelimenia Nusata Prura. item recitauit: Donatus episcopus Cresimensis. cumque accessisset. idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitauit: Victorianus episcopus Puppittensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Item recitauit: Datiuus episcopus Nouapetrensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: & aduersarium non habeo, quia illic est Domnus Marculus, cuius sanguinem Deus exiget in die iudicii. item recitauit: Maximinus episcopus dixit. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Crescónius episcopus Legensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium ibi nec habui, nec habeo. item recitauit: Valentinianus episcopus Inucen. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Gaudentius episcopus Zertensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium non habeo. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomazienſis dixit: Est ibi presbyter catholicorum. Gaudentius episcopus dixit: Non habeo aduersarium in plebe mea. item recitauit: Bonifacius episcopus Vrugitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus epi-

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. ſcopus Bamaccorenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi, & nullum habeo aduerſarium in plebe, niſi ſolum Abeſſalonem. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit: Hic eſt epiſcopus præſens Caſſianus. item recitauit: Reſtitutus epiſcopus Druſilianenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Flauianus epiſcopus Pauzerenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Clarentius epiſcopus Tabracenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. Item recitauit: Recargentius epiſcopus Lamiggigenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. Aurelius epiſcopus Macomadienſis dixit: Illic eſt Creſcentianus presbyter. item recitauit: Paſcaſius epiſcopus Tuggenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Caſtus epiſcopus Cellenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Aptus epiſcopus Tuzuritenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Victor epiſcopus Rotarienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit: Epiſcopum illic habuimus: occidiſtis illum & inuaſiſtis.

CLXXXVIII.

Adeodatus epiſcopus dixit: Dicit epiſcopum occiſum, accuſet, doceat, intendat. & alia manu, Adeodatus epiſcopus recognoui. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit: Et rebaptizauerunt illum hominem nonagenarium epiſcopum. Victor epiſcopus Azurenſis eccleſiæ catholicæ dixit: Dicit ſe nõn habere? ego eccleſiam illic habeo, quod te non fugit. item recitauit: Calipodius epiſcopus Vazaritanenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Benenatus epiſcopus Cazenſis Baſtalenſis mandaui & ſubſcripſi, & non habeo aduerſarium. item recitauit: Honoratus epiſcopus Adqueſirenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Felix epiſcopus Mazulitanenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Marcianus

episcopus Sitifensis.cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit : Ianuarius episcopus Numidiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi, & traditores non habeo. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ Siccensis, dixit: Vnde es? Ianuarius episcopus dixit: Numidia est: Mauretanea est Cæsariensis. Reparatus episcopus ecclesiæ catholicæ Sifaitensis dixit : Diœcesis mea est, illic presbyterum habeo, illic tecum vigilauit. item recitauit : Campanus episcopus Cincaritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit : Cresconius episcopus Cæsarianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi : æmulum non habeo. Nouatus episcopus Sitifensis ecclesiæ catholicæ dixit : Habet contra se catholicum presbyterum, clericos abundantes, & populos ex cœtu Donatistarum. hic est presbyter & diaconus, hic in hac ciuitate Carthagine, quem prædauit, quem torsit, quem suspendit : ecclesiam autem catholicam prædauit, pecuniam sustulit, frumenta deportauit, carpenta duxit, vt Noritensis iste, quia est illic ecclesia catholica. Hoc sum prosecutus. Anno Christi 411.

CLXXXIX.

Adeodatus episcopus dixit : Hæc omnia documentis agenda sunt: faciat periculum, qui mendacium in iudicio promit. & alia manu : Adeodatus episcopus recognoui. Nouatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iube presbyterum loci intromitti.

CXC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Ad præsentem cognitionem ista non pertinent, quæ mihi mandata est : reliquorum subscriptio relegatur. Saluianus episcopus dixit : Nobis præscriptum est dudum, quo dicerent, de episcopis agitur, non de presbyteris.

CXCI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : A nostris partibus propterea respondetur, quia ibi catholica denegatur : Vnde impudentiæ vestræ satisfactū fuisse, præsentia gesta loquentur. & alia manu: Recognoui.

CXCII.

Adeodatus episcopus dixit: Agimus tibi gratias, quod

semper

ANNO CHRISTI 411. semper facis iniuriam. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

CXCIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista in tempus aliud reseruentur, nunc quod delegatum est sacro iudicio, peragatur. item recitauit: Felicissimus episcopus Obbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Rufinus presbyter pro episcopo meo Iuliano Milensi, subscripsi.

CXCIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Respondeatur, vtrum pro præsente subscripserit. & alia manu: Recognoui.

CXCV.

Adeodatus episcopus dixit: Iulianus ægritudine præpeditur: sed ne videretur aliquo pacto defuisse, presbyterum misit, per quem suam absentiam excusaret: & ipse pro illo subscribit. & alia manu: Recognoui.

CXCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Probabilis & rationabilis excusatio est.

CXCVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Etiam hoc testatum esse volumus, quia pro absente subscripsit. & alia manu: Recognoui. item recitauit: Optatus episcopus Timicitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Victorianus Tigimmensis episcopus. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Honorius episcopus Vartanensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Martinus episcopus Siccesitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Vindemius episcopus Acenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Tanudaiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: item recitauit: Possidius episcopus Sililitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Reparatus episcopus Aquensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Honoratus epi-

ſcopus Larenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Proficentius epiſcopus Macomazenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Licet non habeam aduerſarium, Mandaui & ſubſcripſi. Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: De qua Macomadia? Proficentius epiſcopus dixit: Ruſticiana. Item recitauit: Paſchaſius epiſcopus Duſitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Antonianus epiſcopus Druenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Ianuarius epiſcopus Aquæ Albenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Creſcens epiſcopus Icoſitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Paſchaſius epiſcopus Turenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Victor epiſcopus Orienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Marcianus epiſcopus Tabazagenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Creſconius epiſcopus Siguitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. Sicut aduerſarium non habeo, ſic nunquam habeam. Item recitauit: Datiuus epiſcopus Viſenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Quodvultdeus epiſcopus Nebbitenſis. cumq; acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Conſtantius epiſcopus Ruſubiccarienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Auguſtalis epiſcopus Altiburitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Saturninus epiſcopus Tamagriſtenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: Item recitauit: Simplicius epiſcopus Tibilitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit: Ipſe eſt epiſcopus, qui rebaptizatus eſt, & factus eſt Audiens. ANNO CHRISTI 411.

CXCVIII.

Adeodatus epiſcopus dixit: Hoc cognitioni ſeruandum eſt, agnouit veritatem. item recitauit: Verianus epiſcopus a Turre alba. cumque acceſſiſſet, idem dixit:

ANNO CHRISTI 411. Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Veriſſimus epiſcopus Tacaratenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Seruatus epiſcopus Amphorenſis. cumque acceſſiſſet. idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Martialis epiſcopus Vatarbenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. item recitauit: Donatus epiſcopus Tamaſcaninenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Quadratianus epiſcopus plebis Sicilibbenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: item recitauit: Saturnus epiſcopus Sitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Iunior epiſcopus Ruſiccadienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Miggin epiſcopus Ediſtianenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Fidentius epiſcopus Dianenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Geminius epiſcopus Clypienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Marcianus epiſcopus Aſſabenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Rogatianus epiſcopus a vico Ateri. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Donatus epiſcopus Bucconienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. item recitauit: Donatus epiſcopus Tegulatenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Donatus epiſcopus Zicenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Felix epiſcopus Magarmelenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Marcellinus epiſcopus Mullitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Benenatus epiſcopus a Caſis Siluanæ. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Rufinus epiſcopus Labdenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. Item recitauit: Victor epiſcopus Dionyſianenſis. Primianus epiſcopus Carthaginis dixit: Ægrotat. Item recitauit: Benenatus epiſcopus Meſarfeltenſis. cumque acceſſiſſet,

idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: & aduerſarium non habeo. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit: Habes: perſecutio tua plurimos ciues euertit: Lucianus ibi fuit epiſcopus, adhuc ordinari habet. item recitauit: Glorioſus epiſcopus Migirpenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Iunianus epiſcopus Lamiggigenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Paulus epiſcopus Siccenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Felicianus epiſcopus Aquænouenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Æmilianus epiſcopus Verronenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Secundinus epiſcopus Vuazienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Bellicius epiſcopus Telleptenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. Item recitauit: Lucius epiſcopus Habenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Bebianus epiſcopus Duſenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Bonifacius epiſcopus Vtummenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Reſtitutus epiſcopus Membreſſitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Creſconius epiſcopus Aquenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi, & traditorem in plebe mea non habeo. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Macomadienſis dixit: Habemus ibi presbyterum. nam & epiſcopus ibi fuit, modo defunctus eſt, & in loco eius necdum eſt ordinatus. item recitauit: Victor epiſcopus Curubitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Saturus epiſcopus Byzacienſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Florentinus epiſcopus Furnitenſis. cumque acceſſiſſet. idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Æmilianus epiſcopus Caſenſis Medianenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Victor epiſcopus Gratianenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Lu-

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. culus episcopus ab Hospitiis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. duo aduersum me habeo,& ordinauerunt modo vnum. item recitauit: Romanus episcopus Lesuitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Restitutus episcopus Segermitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Crescónius episcopus ab Horrea Aninicensi. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Faustinus episcopus Tabaiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Item recitauit: Primilianus episcopus Lucimagnensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi, aduersarium non habeo. item recitauit: Maximianus episcopus Bennefensis. Primianus episcopus Carthaginis dixit: Hodie exiuit de corpore. Item recitauit: Donatus episcopus Tiseditensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Vrbanus episcopus Talensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Innocentius episcopus Guzabetensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitauit: Felix episcopus Tuzummensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Leontius episcopus Rusticianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: aduersarium non habeo. Terentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iste rebaptizabat post partem Donati: rebaptizatus est postea, & sic est ordinatus.

CXCIX.

Adeodatus episcopus dixit: Serua partibus quæ competunt. item recitauit: Euasius episcopus Girbitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi.

CC.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit: Felix Zummensis quomodo absens subscribere potuit doceatur. & alia manu: Recognoui.

CCI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Videtis quid a partibus vestris flagitetur: quæritur enim quis nomine istius qui impræsentiarum videtur minime consti-

tutus ſubſcripſerit mandato. Adeodatus epiſcopus dixit: Expecta, hoc quæritur. & alia manu: Adeodatus epiſcopus recognoui. Optatus epiſcopus dixit: Felix Lambienſis infirmatur. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cuius loci Felix epiſcopus ſubſcripſerit, officium aperte demonſtret. & recitauit: Felix Zummenſis. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Subſcriptionis falſitatem deprehenſam fuiſſe teſtatum ſit. Et alia manu: Recognoui. Adeodatus epiſcopus dixit: Hic error eſt, non falſitas. & alia manu: Recognoui. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Magnus error, neſciuit vnde eſſet. & alia manu: Recognoui. Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quis ſub eius nomine ſubſcripſerit, ſaltem hos notarius eorum edicat, vt ſuperius. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Sufficit, non nos prætermiſiſſe iſta, vt ſuperius. Petilianus epiſcopus dixit: Felix quidam Lambienſis, collega noſter, hic ægrotat, ſed & alii duo, id eſt Flauianus & Donatus idem, non mediocri ægritudine retinentur. credo quod alicui mandauerit pro ſe ſubſcribi ille Felix: & in nomen ſedis vel loci factus eſt error: quem aut ſimpliciter accipiant, aut facimus huius nominis iacturam. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepiſtis proſecutionem, quam vobis æſtimo poſſe ſufficere. vnde patimini vt reliqua perlegantur. & recitauit: Ianuarius epiſcopus de Tuburſicu Numidiarum. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Securus epiſcopus Tenitenſis vrbis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Hic ſum, & mandaui & ſubſcripſi: item recitauit: Donatus epiſcopus Arenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: & traditores in plebe mea non habeo. item recitauit: Marinianus epiſcopus a Borea. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Montanus epiſcopus a Cemerinianu. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: aduerſarium non habeo. Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Conſtantinam habemus illic eccleſiam & presbyterum Terentium. item recitauit: Donatianus epiſcopus Carcabianenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Iuſtus

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. episcopus Niciben. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Item recitauit: Felix episcopus Tagaraiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Victor episcopus Eguizetensis, cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Ianuarius episcopus Harran.. Celtensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Pudẽtianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Traditores vero in plebe mea & omni diœcese mea non habeo. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Episcopum ibi habebamus Memmianum, reuerentissimum virum, postea alterum Memmianum illi ordinauimus. defuncti sunt, ordinamus aliũ. Adeodatus episcopus dixit: Cui? Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiẽsis dixit: Remotis vobis ordinamus: ipsi deposuerunt basilicas, ipsi tulerunt ornamenta ecclesiæ, ille qui loquitur quatuor basilicas deposuit vno loco. item recitauit: Ianuarius episcopus Aptucensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: Victor episcopus ecclesiæ catholicæ Libertinensis dixit: Vnitas est illic, publicam non latet conscientiam. item recitauit: Fidentius episcopus Cullitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Saturninus episcopus Gazabianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Vitalis episcopus Masculitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Iste Vitalis diaconus fuit catholicus in ciuitate Sitifensi: rebaptizatus, factus est presbyter: proiectus est causa adulterii, & factus est postea episcopus. Petilianus episcopus dixit: Accusatoris loco stare voluisti. & alia manu: Recognoui. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Non accusatoris loco, sed purgationis. item recitauit: Rufinus episcopus Tuburbitensis. cumque accessisset: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Baiesitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Saturninus episcopus Victorianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item reci-

tauit: Lucianus episcopus Burugiatensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Maximus episcopus Abitinensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Victor episcopus Gibbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: item recitauit: Victorianus episcopus Tunusudensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi, item recitauit: Cresconius Ausugrabensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Fortunatianus episcopus Asenemsalensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Salustius episcopus Zertensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Hilarus episcopus Sullitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. & cum recitasset: Victor episcopus Taborensis diœcesis. Suscepera-ram quidem mandatum; sed quia beatissimus pater & princeps noster Primianus nunc suscepit, me necesse est mandare his actis. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Voluntatem tuam gesta retinebunt. item recitauit: Argutus episcopus Tabudensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Manazenensis Regiorum. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Macrobius episcopus Ipponinensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Maximinus episcopus Vzabirensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Item recitauit: Cresconius episcopus Silemsilensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Traditores non habeo in plebe mea. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Presbyterum habemus qui interuenit.

Anno Christi 411.

CCII.

Adeodatus episcopus dixit: Interuenit, dixisti. si vbique vestros spargere velitis, iam videmini habere nobiscum partem, in his locis vbi Christiani sunt. & alia manu: Recognoui. item recitauit: Gaudentius episcopus Niguzubitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Sinitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi.

ANNO CHRISTI 411. scripsi. item recitauit: Currasius episcopus Fissanensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Speratus episcopus Cataquensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Fortunatus episcopus Vensanensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Ianuarius episcopus Centurionensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Comparator episcopus Mactaritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Banzarensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi; traditorem non habeo in plebe mea. item recitauit: Victor episcopus Hiltensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Victor episcopus Titulitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Voseten. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi.

CCIII.

Palatinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diaconus fuit & rebaptizatus est. Adeodatus episcopus dixit: Serua partibus quæ competunt. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. item recitauit: Rogatus episcopus Zaraitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Crescónius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diaconus catholicus erat, & rebaptizatus est. Adeodatus episcopus dixit: Serua partibus quæ competunt. item recitauit: Maximinus episcopus Tuburbitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus a Medianas Zabunior. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi.

CCIV.

Victor episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Probet se accessisse ad vnam domum quam dicit. Nouatus episcopus ecclesiæ catholicæ Sitifi dixit: Scriptum sit me Medianas Zabunior. habere presbyterum: ipse hodie tenet plebem & basilicam: vnitatem habeo, nullus illic est Donatistarum. Supra corpus episcopi catholici presbyterum ordinaui, & Deo volente ordinabitur illic episcopus: episcopus autem Donatistarum in eodem loco non est.

Adeodatus episcopus dixit: Contra hæc serua quæ competunt. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quæ partibus competunt, salua erunt. item recitauit: Felix episcopus Vzalensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Seruandus episcopus Casis Fauensibus. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: traditorem non habeo. item recitauit: Felix episcopus Putiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi.

CCV.

Petilianus episcopus dixit: De mandato constet, non de causa, quæ postea est ventilanda. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista frequentius interlocutus sum, superflue in his creditis immorandum. item recitauit: Messianus episcopus Seleucianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Liberantius episcopus Tisanianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Crescónius episcopus Aduocatensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Scillitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Vrbanus episcopus Bicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Victorinus episcopus Adrumetensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Maximus episcopus Canianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Ampelius episcopus Neapolitanus. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Maximus episcopus Macrensis. cumq; accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Idaxius episcopus Muzucensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Restitutus episcopus Flumenpiscensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Tertullus episcopus Cilibiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Ia-

ANNO CHRISTI 411. nuarius episcopus Narensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. Item recitauit: Honoratus episcopus Tusdritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Crescentilianus episcopus Lambiritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi, & profiteor me traditores non habere. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Superflue profiteris: episcopus ibi fuit, proxime defunctus est, ordinandus erit illic alius. item recitauit: Habetdeum episcopus Aurusulianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Burcaton episcopus Gemellensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: traditorem non habeo, nec vnquam habui. item recitauit: Ianuarius episcopus Betagbarensis. cumq; accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatianus episcopus Lamzellensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: traditorem autem nec habeo, nec habui, nec habiturus sum. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Rufus episcopus ibi fuit noster, Lamzelli in basilica nostra positus est Gildo. scriptum sit, dum expectatur electio. Ceterum in nomine Christi ordinabitur illic episcopus. item recitauit: Celer episcopus Capsensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Crescónius episcopus Mustitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui. item recitauit: Donatus episcopus Tubursicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Quodvultdeus episcopus Cessitensis.

CCVII.

Petilianus episcopus dixit: In itinere defecit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Qui in itinere dicitur defecisse, quemadmodum inuenitur subscripsisse doceatur. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Non de ipso dictum est, calumniose agis: de altero suggestum est. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De quo? Petilianus episcopus dixit: Qui decessit in via. & alia manu: Vt superius. Alypius episcopus ecclesiæ catho-

licæ dixit: Recitentur nomina, vt eadem agnoſcat. & alia manu: Recognoui. Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Si in via defecit, quomodo ſubſcripſit? & alia manu: Recognoui. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit: Clericus pro mortuo ſubſcripſit. & alia manu: Recognoui. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Eligat ſibi, vt oſtendam quomodo mentiatur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Doceatur quomodo is qui in itinere dicitur defeciſſe, ſubſcripſerit. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Recitetur vtrum clericus ex nomine ſuo ſubſcripſerit, an ex nomine defuncti. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitetur, cuius nomine ſubſcripſerit qui in itinere dicitur defeciſſe. & recitauit: Quodvultdeus epiſcopus Geſſitenſis æger ſubſcripſi. Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Aduertit nobilitas tua, nullius clerici nomen pro defuncti nomine ſubſcripſiſſe, ſed tamquam viui mortui nobis qui in via iuxta eorum profeſſionem dicitur defeciſſe, ſubſcriptionem obtuliſſe. & alia manu: Recognoui. Petilianus epiſcopus dixit: Quid ſi & iſte moriatur, qui æger ſubſcripſit? quaſi hodie non vnus defecit. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Aurelius epiſcopus eccleſiæ catholicæ Carthaginis dixit: Sed in itinere defeciſſe dixiſti. & alia manu: Recognoui. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Sufficiunt iſta deprehenſa, cetera ſubſequantur. & alia manu: Recognoui. Petilianus epiſcopus dixit: Nihil reprehendiſti, argumentaris contra veritatem. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Tu dixiſti. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si verum eſt, vt aſſeritis, quod in itinere defecit, conſtat eius ſubſcriptionem falſiſſime recitatam: ſin vero ipſe ſubſcripſit, non potuit in itinere deperire. Petilianus epiſcopus dixit: Non eſt humanum mori? non etiam morientes teſtamentis ſuis ſubſcribunt? & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Humanitatis eſt mori, ſed inhumanitatis eſt fallere. & alia manu... Petilianus epiſcopus dixit:

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. Non est hoc fallere, quia potuit reuertens in itinere mori. mandatum adhuc modo accipio, dico quod moueat. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mandatorum dies prolatus a partibus recitetur, vt appareat de nomine defuncti, quæ pars in mendacium prosilierit. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandati diem pandat officium. Rufinianus scriba dixit: Recitato sicut præcepit sublimitas tua die mandati. & recitauit: Post consulatum Varanis viri clarissimi octauo Kalendas Iunias Carthagine. & cum recitasset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cetera perlegantur. Rufinianus scriba recitauit: Ianuarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Antonianus, Donatianus, Victorianus, Fortis, & ceteri; Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiscopis nostris præsentes præsentibus salutem. Et recitauit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iamdudum ipse subscripsit, modo dixit clericus subscripsit, modo episcopus. & cum diceret, alia manu: Recognoui: Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aduertitis, præsentes præsentibus peragendi negotii dedisse mandatum. Quomodo igitur hic qui præsens in hac vrbe se inter ceteros sine dubio mandasse professus est, & in itinere dicitur defecisse, & in hac vrbe subscripsisse mandato? Adeodatus episcopus dixit: Octo dies emensi sunt, vt mandatum confectum est. is qui mandauit, de cuius nomine nunc agitur, cum ægrotare cœpisset, ad propria remeans, in itinere defecit. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dicat quo in loco defecit. & alia manu: Recognoui. Adeodatus episcopus dixit: Non noui locum. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniã probabilis est vestræ sanctitatis prosecutio, qua eum hic fuisse & ægrum ad propria remeantem defecisse testaris, saltem hoc docere te cõuenit, vt vtrum in hac vrbe fuerit sub Dei testificatione designes. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si præcipit sublimitas tua, Petiliani viri grauissimi prosecutio recitetur, vt ex lectione

cognoscant vniuersi, quam non vere nunc dicatur eum repedantem de Carthagine in itinere defeciſſe, quia aliter eum eius proſecutio demonſtrauit. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur proſecutio poſtulata: cumque ex codice legeretur, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil mihi videtur amplius de hac parte quærendum, niſi vt ſub teſtificatione diuina vtrum hic præſens fuerit de quo agitur, ſimplici profeſſione pandatur. Emeritus epiſcopus dixit: Quid ſi ſe alius pro eodem oppoſuit? & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui. ANNO CHRISTI 411.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: De hoc Dei erit, etiam ſine ſacramenti interpoſitione, circa fallentes omni ex parte iudiciũ. vnde reliqua ſubſcribentium nomina relegantur. & recitauit: Quod vult deus epiſcopus Voliten. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Donatus epiſcopus Atturren. Rutunda. idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Victorius epiſcopus Selendetenſis. Creſcentianus epiſcopus dixit: Hic eſt, ægrotat. item recitauit: Creſcentianus epiſcopus Ammederenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Felix epiſcopus Bullenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Creſconius epiſcopus a Cibaliana. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi: item recitauit: Iurata epiſcopus a Turre Tamallemen. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Liberalis epiſcopus Milidien. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Donatus epiſcopus Auzageren. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Victor epiſcopus Villaregenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Donatus epiſcopus Buzen. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Lucius epiſcopus Tamallen. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Quintus epiſcopus Tagaratenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Datianus epiſcopus Teleptenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Megaſius

ANNO CHRISTI 411. episcopus Tucaborensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Honoratus episcopus Immitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Vitalis episcopus Virensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Plutianus episcopus Masilianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Faustinus episcopus Naraggaritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Felicianus episcopus Viltensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Boncarensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Telensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi, item recitauit: Secundus episcopus Arensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi; aduersarium in plebe mea non habeo. item recitauit: Iulianus episcopus Tignicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: item recitauit: Splendonius episcopus Mutigennensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Serenianus episcopus Mammilensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi: item recitauit: Saluianus episcopus Leptit. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Reparatus episcopus Vindensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Leontius episcopus Præsidiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Titianus episcopus Sufetulensis, cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Nestorius episcopus Malianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Ancusensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Flauosus episcopus Cissitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Maximinus episcopus Turreblansis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Miggin episcopus Vagalitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandaui & subscripsi. item recitauit: Donatianus episcopus Capsen-

sis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Marcianus epiſcopus Cebarſuffenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Licet aduerſarium non habeam, tamen mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Reſtitutus epiſcopus Laritenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Victorinianus epiſcopus Aquenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandaui & ſubſcripſi. Aſellicus epiſcopus eccleſiæ catholicæ municipii Tuſurritenſis dixit: Sub teſtificatione omnipotentis Dei, & Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri, dico nos ſic eſſe de Arzugibus profectos, die tertio Kalendarum Maiarum: presbyter fuit, non epiſcopus: in via ordinatus eſt, ſed hac factione qua valet eſt illic epiſcopus, in adulterio detectus. adhuc pendet cognitio. ANNO CHRISTI 411.

CCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Epiſcopum ſufficit ordinatum. Hac parte tranſita, reliqua percurrat officium. & recitauit: Fauſtinus epiſcopus Nationenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Aduerſarium non habeo, mandaui & ſubſcripſi. item recitauit: Marcianus epiſcopus.... Eminentius epiſcopus in itinere remanſit: Felix Nouaſinnenſis ſubſcripſi pro eo. Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quomodo præſentes præſentibus mandauerunt? Felix Nouaſinnenſis epiſcopus dixit: Ipſe me rogauit in itinere, & ego pro ipſo ſubſcripſi.

CCIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet hoc lectum atque dictum ſit, quod præſentes præſentibus mandauerunt, tamen ne mora ſuperflua conteratur, reliqua percurrat officium. & recitauit: Martialis epiſcopus Idicricenſis pro Felice Garbenſi & Iuſto Formenſi, qui in itinere cauſa infirmitatis detenti ſunt, pro eis ſubſcripſi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam hoc ſuperiori conſtat eſſe conſimile: & adiecit: Aliud recitetur. Marcianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Felix epiſcopus Garbenſis de domo ſua non exiuit. & recitauit: Creſconius epiſcopus Sigguitanæ dixit: Gaudentius collega noſter, epiſcopus loci Tigiſitenſis, infirmitatis cauſa in itinere remanſit: pro eo ſubſcripſi.

CCX.

ANNO CHRISTI 411.

CCX.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Testatum sit actis sublimitatis tuæ, ideo hæc fieri vt maior videatur eorum numerus episcoporum: quamuis nec sic catholicis possit æquari. & alia manu: Recognoui. Item recitauit: Donatus episcopus Sucardensis. Marinianus episcopus dixit: Hic est, in ciuitate, sed ægrotat.

CCXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt statui, lecta in seriem referentur actorum. Quoteni autem sint vtriusque partis episcopi, quorum subscriptio recitata est, canculatim pandat officium.

CCXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Adhuc sunt præsentes collegæ nostri, qui subscriptiones suas mandato non indiderunt; occupati enim fuerant, vel infirmitate vel necessitate, vel etiam postea superuenerunt. ii etiam iube vt cogniti accedant. & alia manu: Recognoui.

CCXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interim eorum numerus, qui subscripserunt, ab officio demonstretur. Rufinianus scriba dixit: Excepta ea pagina quæ errorem habet in subscriptione Donatistarum, inuenimus nomina contineri. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ipsa autem pagina quot nominibus continetur? Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sed annumeratis etiam absentibus. & cum diceret, & alia manu: Recognoui. Rufinianus scriba dixit: Sex, ac sic efficiuntur omnes ducenti septuaginta nouem.

CCXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alterius quoque partis quot episcopi recitati sunt, intimetur. Rufinianus scriba dixit: Catholicæ partis episcopi secundum subscriptionem huic breui insertam, efficiuntur ducenti sexaginta sex, exceptis his quos dicunt necdum subscripsisse.

CCXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunc quot sunt ii, quos subscripsisse testantur, edicere non mo-

rentur. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Transeant, & cognoscantur, viginti sunt. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo si adsunt, suam debent singuli demonstrare præsentiam. Cumque Apronianus episcopus accessisset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cuius es ciuitatis episcopus? Apronianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mazacensis. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandato cui per absentiam non subscripsisti consentis? Apronianus episcopus ecclesiæ catholicæ Mazacensis dixit: Consentio. item & accedente Maximino Suffeto episcopo, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Consentis tu quoque mandato? idem dixit: Consentio & mando. Item accedente Victore episcopo Aiurensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo Ficense, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo Macrianensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Lucio episcopo Oliuensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Tertulliano episcopo Hirenensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Ioanne Gummitensi episcopo, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Ampelio Vagense, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Primulio episcopo Vagense, idem dixit: Mando & consentio. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diu obseruauit Seuerus, sed nunc infirmitate discessit. Item, accedente Regino episcopo Tigillabensi, idem dixit: Mando & consentio. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Delfinus episcopus hic est, sed infirmitate detinetur. Nam & Faustinianus episcopus Rusiccadensis hic est, in hac ciuitate, sed male habet, & Felix Sertirtensis pedem dolet. Item accedente Victore episcopo Abitinensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Ænea episcopo a Turburnit. idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Annibonio episcopo Abbiritensi, idem dixit: Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo Nouensi, idem dixit: Mando & consentio. item accedente Argyrio Sitipensi, idem dixit: Mando & consentio. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quot sunt

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 411. isti quorum professio nunc processit, edicat officium. Nampius scriba dixit: Viginti sunt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Omnium episcoporum partis vtriusque claruit & certa esse mandata, & firmas adstare personas. Et ideo debent egredientes reliqui eis iam præstare secretum, quibus omne negotium crediderunt. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit ducentos viginti esse absentes, quos aut infirmitas, aut ætas, aut certe necessitas detinuit. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Scriptum erit. Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit multo plures absentes esse, & iam cathedras viduatas, quibus episcopi ordinandi sunt. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quoque gesta retinebunt. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit: Quia de viduatis cathedris dixit sanctissimus Petilianus, nos quoque sexaginta quatuor vacuas habere his gestis intimamus. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam hoc hæret publicis monumentis, & alii exeant. Quibus egressis,

CCXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrum ii tantum adsint qui a partibus secundum imperiale præceptum electi esse noscuntur, edicat officium. Rufinianus scriba dixit: Partis ecclesiæ catholicæ secundum formam edicti tot stant, id est, decem & octo, id est, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas. Etiam ex parte Donati adstant decem & octo, septem actores, septem consiliarii, & quatuor ad chartas.

CCXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat officium, quantum diei iam videatur emensum. Rufinianus scriba dixit: Exemptæ sunt horæ vndecim diei.

CCXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu negotium differri placeat, intimetur. Ab vtrisque partibus dictum est, Placet: quoniam iam iste dies videtur emensus.

CCXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In quem diem hæc ipſa comperendinatio differatur, pars vtraque deſignet.

CCXXII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Sicut edictum nobilitatis tuæ præſcripſit, craſtino intermiſſo, propter deſcriptionem ſchedarum, perendie, ſi præcipis, obſeruabimus. & alia manu: Recognoui. Adeodatus epiſcopus dixit: Etiam nos conſentimus, vt perendino die negotium peragatur. & alia manu: Adeodatus epiſcopus recognoui.

CCXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut partibus placuit, interiecto die negotium repetetur. illud autem vtræque partes obſeruare debebunt, vt deſignatos cuſtodes exceptoribus atque codicibus in deſcribendis ſchedis inuigilare faciant, quatenus fideliter omnia conſcribantur. Alios quoque binos, vt quaterni ſint, ſicut diſpoſitum eſt, his qui nuper exceperunt, adhibete cuſtodes.

CCXXIV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Alii duo præſentes ſunt, ſicut iam & officium ſuggeſſit, id eſt, fratres noſtri Leo & Aſterius. & alia manu: Recognoui. Primianus epiſcopus dixit: Damus etiam nos cuſtodes tabularum quatuor. Duos iam dedimus, duos nunc ſubrogamus, id eſt, Veratianum & Victorem, præſentes collegas noſtros. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam iſtis aduerſantibus, id quod poſtea exceptum eſt, ſignatis nunc tabulis craſtino deſcribetur. & alia manu: Edantur. Item alia manu: Hilarus & Martialis exceptores edicimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

GESTA SECVNDÆ COGNITIONIS CVM EDICTO.

FLAVIVS Marcellinus v.c. & ſpectabilis tribunus & notarius dixit: Omnium conſcientia retinetur, id me dudum edicto propoſito fuiſſe pollicitum, vt quidquid inter vtriuſque partis epiſcopos ageretur, ſubinde in publicam notitiam perueniret. Vnde ea quæ interim geſta ſunt, ſanctitati veſtræ demonſtrare curaui, quatenus habiti partem conflictus etiam oculis iudicetis. & alia manu: Proponatur.

I.

Poſt conſulatum Varanis v. c. tertio Nonas Iunias in ſecretario thermarum Gargilianarum Carthagini, aſtantibus, Sebaſtiano, Maximiano & Petro, viris deuotiſſimis protectoribus domeſticis, Vrſo, Petronio & Liboſo ducenariis, ſed & Bonifacio & Euaſio apparitoribus illuſtrium atque eminentium poteſtatum, Fileto apparitore illuſtris comitiuæ ſedis, Exitioſo adiutore cornicularii, Poſſidio, Quodvultdeus & Colonico adiutoribus commentariorum officii domini noſtri v.c. & ſpectabilis proconſulis, Nauigio adiutore numerorum domini noſtri v. c. & ſpectabilis vicarii, Nampio ſcriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano ſcriba v. c. curatoris celſæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus domini noſtri v. c. & ſpectabilis proconſulis, Fabio exceptore domini noſtri v. c. & ſpectabilis vicarii, & Romulo exceptore v.c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis eccleſiæ catholicæ, Victore & Creſconio notariis eccleſiæ Donatiſtarum, Liboſus ducenarius illuſtrium poteſtatum dixit: Quoniam in hodiernum diem comperendinata cognitio eſt, & pro velo ſunt vtriuſque partis epiſcopi, ſi iubet ſublimitas tua, intromittentur.

II.

Flauius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Veniant, & ingreſſis Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vin-

centio, Fortunato, Fortunatiano, Possidio, Nouato, Florentio, Maurentio, Prisco, Sereniano, Bonifacio, Scillacio, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto episcopis ecclesiæ catholicæ; ingressis etiam ex alio latere, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato episcopis partis Donati: ANNO CHRISTI 411.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et superiore iudicio sæpe me obtulisse certissimum est, & nunc deprecor vt sedere dignemini. Cumque catholici episcopi consedissent, Petilianus episcopus dixit: Quod priore iudicio factum non est, facere non audemus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet & superiore iudicio me obtulisse meminerim, tamen illa arbitror tunc minime factum esse ratione, quia multis sacerdotibus conuenientibus, locus confidendi esse non poterat. Vnde quia nunc definitas video conuenisse personas, deprecor vt vel nunc sedere dignemini.

IV.

Petilianus episcopus dixit: Patribus nostris absentibus non sedemus, maxime cum lege diuina confessus prohibeatur; ne cum huiusmodi aduersariis nostris confidere velimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si petitionem meam sanctitas vestra audire neglexit, vt confidere dignaretur, hoc mihi extorqueri non poterit, quominus stando cognoscam. Cumque episcopi catholici surrexissent, atque sessus iudicis auferretur, eiusdem iudicis iussione, & dominus v. c. tribunus & notarius stetisset:

VI.

Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit, hoc tuæ voluntatis esse, non nostræ. alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

VII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Decet me vobis stantibus habere huiusmodi voluntatem, quæ ad reuerentiam tantorum pertinet sacerdotum. Petilianus

ANNO CHRISTI 411. epiſcopus dixit: Honorifice feceris. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

VIII.

Martialis exceptor dixit: Cuiuſmodi notoriam epiſcopi heſterno die nobilitati tuæ obtulerint, hanc in manibus habemus: ſi præcipit nobilitas tua, recitamus.

IX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ne quid celatum parti alteri videatur, recitetur.

X.

Petilianus epiſcopus dixit: Epiſcopos nos veritatis Chriſti Domini noſtri, & dicimus, & ſæpe actis publicis dictum eſt. Donatum autem ſanctæ memoriæ, martyrialis gloriæ virum, in præceſſorem ſcilicet noſtrum, ornamentum eccleſiæ iſtius ciuitatis, loco ſuo meritoque veneramur. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

XI.

Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Epiſcopos veritatis probare opus eſt, non iactare. & alia manu: Recognoui.

XII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrarumque partium proſecutiones geſta retinebunt, & adiecit: Quod præceptum eſt, recitetur. Martialis exceptor recitauit: Poſt conſulatum Varanis v. c. quarto Nonas Iunii, Flauio Marcellino v. c. & ſpectabili tribuno & notario, Primianus, Petilianus, Emeritus, Protaſius, Montanus, Gaudentius epiſcopi & defenſores eccleſiæ veritatis, per notoriam hæc dicunt: Heſterna die Kalendis Ianuariis inter nos & aduerſarios noſtros ſpectabilitas tua audire dignata eſt. Et quoniam euoluto pene die partibus patientiam præbens, aliquanta, quæ principia negotii fuerant, audire dignatus es, opuſque eſt ad cauſam, vt mandatum quod aduerſarii noſtri obtulerunt, nobis in notitiam perferatur, quoniam ſeries actorum propter ſui prolixitatem non poteſt explicari, ne imparati ad iudicium venire videamur, id mandatum quod aduerſarii noſtri legendum dederunt, in exemplaribus nobis hodie, quod eſt quarto Nonarum die Iuniarum, dari præ-

cipias, vt instructi negotio nobis iuncto adesse valeamus. & alia manu: Primianus episcopus huic notoriæ subscripsi, quarto Nonas Iunias Carthagini. Flauius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ea quæ instructionis gratia postulantur concedi debere perspicuum est, vt nulla cognitionem futuram morarum impedimenta suspendant; mandatum a catholicis episcopis datum, sub ea quæ cominus constituta est custodum asseruatione descriptum, vobis tradere maturabit officium. cumque recitasset, ANNO CHRISTI 411.

XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lecta gestis indentur: & adiecit: Quoniam inter multas conditiones, de quibus superiore iudicio definitum est, vna illam constat fuisse dilatam, vt sicut ego interlocutionibus meis, ita prosecutionibus suis vnusquisque subscriberet, quid de hoc videatur sanctitati vestræ debetis edicere.

XIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos in hoc consensisse, literis nostris expressimus. & alia manu: Recognoui.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid etiam voluntas partis alterius habeat, intimetur.

XVI.

Petilianus episcopus dixit: Multum nos solicitos facit, quod de nobis id quæritur, idque præcipimur facere, quod vsus nunquam habere consueuit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Testatum sit partem aduersam noluisse, quod edicto nobilitatis tuæ publicatum est. & alia manu: Recognoui.

XVIII.

Petilianus episcopus dixit: Testatum sit vos adhuc ecclesias pleraſque non reddidisse, nec fecisse satis priori eius edicto. & alia manu: Vt superius.

XIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo ad inte-

ANNO CHRISTI 411. integram gestorum fidem contenta est sanctitas vestra custodibus ab vtraque parte delectis, qui notariis & exceptoribus videntur appositi.

XX.

Petilianus episcopus dixit: Edantur nobis primitus gesta, tunc respondebimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XXI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dubitatur ergo vel de fide officii, vel de fide custodum. & alia manu: Recognoui.

XXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad hoc etiam consensisse sanctitatem vestram, superiorum gestorum fides euidenter ostendit.

XXIII.

Petilianus episcopus dixit: Legamus & recenseamus: & alia manu: Vt superius.

XXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et de custodibus ab vtraque parte delectis, & ad quam partem fuerit dilata cognitio, ab officio recitetur.

XXV.

Emeritus episcopus dixit: Si iubes. Petilianus episcopus dixit: Edantur nobis primitus gesta, relegantur a nobis, recensentur verba nostra, & aduersariorum instructio. sic legibus semper concessa hæc est humanitas rerum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quãuis recens actio nullum potuerit præterire, tamen ex hoc sensus nobilitatis tuæ volumus esse edoctos, vt intelligantur iam dilatione quadam ad causæ negotium nolle venire. & alia manu: Recognoui.

XXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur quod præcepi, vt nouerim ad quem articulum sit delata cognitio. Emeritus episcopus dixit: Si iubes, ad hoc competit mihi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Age.

XXVIII.

Anno Christi 411.

Emeritus episcopus dixit: Sunt quidem humana ingenia ita velocitate sui prompta, vt vel visu, vel auditu facili cuncta capiant, quæ in eorum notitiam perferuntur: sed hoc doctis forte aut eruditis viris pro rei ipsius qualitate permixtum sit; me autem ad hanc rem minus idoneum esse profiteor. Quis enim leuem vocem & facilem sermonem ipso pene apice transeunte, aut sensu retinere aut concipere potest, vir nobilis? cum ad tractatum omnem disceptationemque & verba & sensus & interiora sint negotii pertractanda. ergo cum de scheda legitur, & leues voces aura quodammodo ventilantur, sensus nostri capere & retinere non possunt. Vbi hoc, aut cui concessum est? si hac felicitate ingenii gaudent, non se iactent de arrogantia memoriæ suæ. Mihi autem non competit nisi sæpius repetere, & diuturna lectione edoceri, vt fidem veri & quæ dixerim, relegam, & quæ aduersarius obiecit, aduertam. Intelligis ita rem esse gestorum, adeo memoriæ scripturarum per literas digeruntur, ne sola memoria, quæ capax esse non potest, obliuione decepta quid gesserit, nesciat. Neque enim aliter sapientia prouidente scripturarum notitia monumentisque publicis prouisa est, nisi vt ex lectione quæ per silentium forte, aut per longum tempus, aut per ipsorum actuum continuationem, minus capiam quod minus intelligi potest, & ex lectione, & ex ipso assiduo tractatu possit agnosci, quid sit iudicio ventilatum. Vides ergo, vir nobilis, iusta nos deposcere, nec per transitum causam debere ventilari, sed editis gestis in notitiam nostram datis, vniuersis pertractatis, causam debere cognoscere. & alia manu: Vt superius.

XXIX.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum
Prouerb. 10. est, *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Hoc quoniam nos ante oculos habemus, Deo inspirante verbosi videri nolumus. Itaque, si placet, ad causam veniatur quæ proxime agi potuerit, & definiri. moratorias autem prosecutiones. & cum diceret. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur quod præcepi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

XXX.

Emeritus episcopus dixit: Sicut de scriptura proposuit, scriptum est nobis: *Sapientia abscondita, thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtroque?* & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Eccl. 20.

XXXI.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: In multiloquio nunquam fuit sapientia. & alia manu: Recognoui.

XXXII.

Martialis exceptor ex codice recitauit: Nobilitas tua dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu differri negotium placeat, intimetur ab vtrisque partibus. Dictum est: Placet; quoniam iam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua perscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, obseruemus. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus vt perendino die negotium peragatur. Nobilitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. Et cum recitasset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Videt sanctitas vestra contra proprios vos venire non posse consensus. Vnde, causa dicatur.

XXXIII.

Emeritus episcopus dixit: Non adeo immemores sumus vt contra nostra veniamus, nec ego hic incuriam officii, aut exceptorum negligentiam damno, vbi intelligo prolixitate gestorum diem minime occurrere potuisse. Quod si factum est, & explicitis omnibus gesta res est, cur non in notitiam nostram quæ acta sunt perferuntur? Cum enim nobilitas tua ea quæ recenseri iussit ab officio fuerint ventilata, necesse vt acceptis vniuersis tractem discutiamque, quibus causis quibusve modis debeam respondere. Tantam etenim ex mandato illorum confusionem causæ esse cognoui, vt & de præteritis instrui debeam, & agnoscam de præsentibus, cui debeam respondere. & alia manu: Emeritus recognoui.

XXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet professio sanctitatis vestræ sola sufficiat, tamen quidquid vobis ad instructionem plenissimam credidistis posse sufficere, hesterna die & postulasse vos & accepisse non dubium est. vnde, nunc ad causæ meritum veniatur. ANNO CHRISTI 411.

XXXV.

Petilianus episcopus dixit: Aduertit sublimitas tua exceptionem ex codicibus legisse quod nudiustertiana die vel promissum fuerit vel pronuntiatum. Ex qua re magis agnosco acta adhuc exposita non fuisse. Quod si exposita sunt & parata, idem exceptor respondeat; proferat gesta. Subscribe, tractamus, postea respondemus. & alia manu: Petilianus recognoui.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Studium dilationis agnosco, & mutatæ voluntatis iudicium. Potuerat enim sanctitas vestra, ex magnitudine gestorum, vt hodie negotium differretur superiori iudicio postulare. Huc additur, quod ea quæ vobis ad plenissimam instructionem sufficere credidistis, hesterno die edi vobis, data notoria, postulastis.

XXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Dicant exceptores, vtrum exponere vna die potuerint, quod vna die videtur esse confectum. & alia manu: Vt superius.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Exceptores vtrum hesterno die omnia potuerint in schedis gesta describi, apud acta designent. Martialis exceptor dixit: Adhuc partem in codicibus habemus: siquidem etiam ii episcopi qui nobis custodes dati sunt, non nesciunt.

XXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Accepit sublimitas tua ex responsione officii, acta adhuc digesta non esse in paginas, nec esse quod pars vtraque legat atque recenseat, nec dari aut reuocari memoriæ paululum possit. Proinde sublimitas tua, vt quoniam res honesta postulatur, largiri dignetur quod petimus, vt gesta ex more edan-

ANNO CHRISTI 411. tur, legamus vt respondere possimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XL.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Longitudo gestorum magis in numero & responsione vtriusque partis episcoporum est, quam in aliqua commendatione negotii. nihil ergo est vnde causetur pars diuersa. aut hodie cognitio differatur, præcipue quia etiam ipsi professi sunt ad hodiernum diem differendum fuisse negotium. & alia manu: Recognoui.

XLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt iterum partibus euidenter appareat, venerabilium virorum denuo professio recitetur. Petilianus episcopus dixit: Vnde recitabitur? & alia manu: Vt superius.

XLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo quæ codicibus tenentur inserta, cum tanti sacerdotes custodes appositi fuerint, in dubitationem aliquam existimas deuocanda.

XLIII.

Petilianus episcopus dixit: Notas non nouimus, neque ea natura rerum est, atque ipsarum, vt ita dixerim, literarum, vt quisquam notas legat alienas. In codicibus legere non possumus, nisi edita fuerint gesta in paginis, non habeo quod tractem, non habeo quod legam. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt dictum est, iterum venerabilium virorum professio recitetur.

XLIV.

Martialis exceptor ex codice iterum dixit: Quoniam diei pene omnem partē constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur ab vtrisque partibus. Dictum est: Placet; quoniam iam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie si præcipis obseruemus. Adeodatus episcopus dixit: Et-

iam nos consentimus, vt perendie negotium peragatur. Sublimitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. & cum recitaret, Petilianus episcopus dixit: Vnde leget? ANNO CHRISTI 411.

XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid super hac parte legum sit auctoritate definitum, sanctitatem vestram arbitror non latere; cum contra proprios non liceat venire consensus. Vnde ne qua forte de exceptoribus officii fraude suspecti sint, ex tabulis notariorum ecclesiasticorum hæc eadem conditio relegatur.

XLVI.

Emeritus episcopus dixit: Ingredientibus nobis, nobilitas tua interfari dignata est, si edictis propositis adhiberemus assensum, & vtrum subscriptiones nostras accommodaremus propriis prosecutionibus: cui rei satisfaciam non aduerto. Tenet me enim propositum nobilitatis tuæ, quo me subscriptionem indere gestis, & vniuersa, quæ publice acta sunt, publice proponi promisisti. Nunc autem cogor agere, & ante agnitionem gestorum in negotium præcipitari. Quæ ista sunt, quid primum eligam nescio, quod votum iudiciorum tuorum teneam non agnosco. Si subscribendum est paginæ, edatur pagina, vt subscribi possit. Si huius rei est facienda iactura, edictum tuum omne vacillabit; quidquid proposuisti in publicam conscientiam destruetur. Dixisti enim, ex subscriptione nostra, & ex sublimitatis tuæ annotatione cuncta quæ gesta sunt in notitiam publicam debere differri. Prius est ergo vt ea quæ gesta sunt recitentur, & publicentur, & agnoscantur: vt ex iudicio tuæ sublimitatis ad cetera, quæ sunt negotii, veniatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut interlocutus sum, ab ecclesiasticis notariis ea, quæ ab exceptoribus officii recitata sunt, percurrantur.

XLVIII.

Petilianus episcopus dixit: Tene modum tuum, vir nobilis: tene promissam sæpe iustitiam. Nam cum a parte nostra nudiustertiana die fuisset obiectum, quod dies

ANNO CHRISTI 411. legitimus causæ iam videretur fuisse transactus, & a causa cecidisse eos qui nos in iudicium vocauerunt, coacti sumus id velle, vt recedentes ab eadem conditione in tempus præsens consentire videremur. Nemo mihi sit hac in parte ingratus, vir nobilis: nam si ego concessi tantumdem temporis saluis his, tamen si illi adstipulationibus suis non fuerint refragati, cur mihi breue non conceditur tempus, vt scribantur gesta, vt subscribatur a sublimitate tua, videamque ac perlegam cui rei subscribere debeam, percipiamque ac recipiam meos scilicet sensus, aduersariorum quoque calliditatem subtilemque argutiam, vt scilicet plenissime instructus, intentionibus eorum valeam respondere? Humanum esse arbitror atque iustum, ne dederis, vir nobilis, huic rei atque huic iustissimæ petitioni aliquid quod in solicitudinem habeam: siquidem te iustissimum promiseris, & nos id credere sit necesse, si tamen iusta nobis nullatenus denegentur. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc rectius & iustius præterito iudicio debuerant postulari, in quo ex consensu vtriusque partis in hunc diem dilata cognitio est. Vnde ab ecclesiasticis notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur. Petilianus episcopus dixit: Ergo circumuenti sumus. & alia manu: Vt superius.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non est nostra causa factum, quod nobis volunt imputare fratres nostri, e diuerso sistentes. & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

L.

Petilianus episcopus dixit: Iniuriam nobis facis. & alia manu: Vt superius.

Edictum nobilitatis tuæ sic se habet, quartum mensem concludi ad diem Kalendarum Ianuarii. Ante autem nos venimus, & ipsi qui videntur nobis hinc facere inuidiam, octauo Kalendas Iunias mandauerunt; cum vtique, si ante diem venerant, ante ipsum diem mandare debuerunt. Legatur etiam ipsius Primiani professio, ad quem diem se pollicitus est occursurum, & soluatur ista

quæstio, de qua nobis iam apud populum magna inuidia concitata est. & alia manu: Recognoui. ANNO CHRISTI 411.

LI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc superiore iudicio determinata iam constat, præsertim cum personæ ab vtraque parte videantur esse firmatæ: & tamen si, cum causa cœperit retractari, putauerit hæc sanctitas tua relegenda, tunc rectius relegentur. Quamuis superfluum sit, vt post confirmationem personarum hæc denuo retractentur. Vnde, vt interfatus sum, ab ecclesiasticis notariis quod præceptum est recitetur.

LII.

Emeritus episcopus dixit: Scriptum sit tunc nos in diem consensisse, cum isti suam retinuerint voluntatem. & alia manu: Vt superius.

LIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Susceptæ tabulæ ab ecclesiasticis notariis recitentur. Cumque intra Sabanum volumen schedæ membranarum pro parte descriptum & codices tabularum pariter obsignati, iudiciariis offerrentur aspectibus, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Custodes edicant vtrum signa cognouerint. Leo episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Agnosco sigillum meum. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ab vtraque parte impressionem signorum agnitam constat, ea quæ præcepi a notariis relegantur.

LIV.

Petilianus episcopus dixit: Sic solent testamenta, non gesta reserari. & alia manu: Vt superius.

LV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quod propter solicitudinem partis vtriusque factum est, & ex communi consensu, non decet reprehendi. Petilianus episcopus dixit: Non reprehendo cautelam, sed peto consuetudinem rerum, vt gesta legitima exponantur, vt legi ac pertractari possint. Quæ res vrget? quid festinatur? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc

solum

ANNO CHRISTI 411. solum constet, ipsos rem velle differre, vt concedat sublimitas tua, petimus te. Humanum est, considerare volunt, discutere volunt, paratiores volunt venire, ne nolentes differre prolixiora gesta faciamus, & ipsa gestorum prolixitas maiores nobis moras incutiat. & alia manu: Recognoui.

LVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et vt in hunc diem cognitio differretur vtriusque partis constat fuisse consensum, quod video hodie prodesse non posse. interim vt præcepi ab ecclesiasticis notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur.

LVIII.

Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit hoc non nostro vitio fieri, sed tantum quod notarii occurrere non potuerunt, vel exceptores. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recita. Ianuarius notarius ecclesiæ Sitifensis partis Donati, ex codice recitauit: Nobilitas tua dixit: Edicat officium quantum iam diei videatur emensum. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Exemptæ sunt horæ vndecim diei. Nobilitas tua dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. Ab vtraque parte dictum est; Placet: quoniam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter schedarum descriptionem, perendie si præcipis obseruamus. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus, vt perendino die negotium peragatur. Sublimitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. & cum recitaret,

LX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrarumque partium professione monstratum est, in hunc diem cognitionem fuisse dilatam: item hodie negotium

tractaretur. Petilianus episcopus dixit: Si perfecerunt gesta exceptores, agatur. & alia manu: Vt superius. ANNO CHRISTI 411.

LXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet apertissimis fuerit professionibus designatum in quem diem dilatum esset iudicium; tamen ne quid ei parti quæ dilationem postulat negatum esse videatur, cognitio differetur, ita vt edicat in quem diem debeat iudicium protelari.

LXII.

Petilianus episcopus dixit: Dicant exceptores quando edituri sunt gesta. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Exceptores, quando possunt in schedis gesta conscribi & edenda compleri, edicere non morentur. Hilarus exceptor dixit: Sicut consensus accessit vtrarumque partium, dum in schedas prosecutiones suas subscripserint, tunc demum diem edendorum gestorum possumus edicere.

LXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Possunt hodie schedæ vel ab officio compleri, vel ab vtraque parte subscribi. Hilarus exceptor dixit: Hodie schedas complemus.

LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam suggessit officium hodie se schedas posse complere, edicat sanctitas vestra, vtrum hodie vel crastino die sit parata subscribere. Adeodatus episcopus dixit: Cum nobis scheda oblata fuerit, subscribemus. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

LXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat nunc officium, post subscriptionem schedarum etiam in editione gestorum quot dierum sufficere possit sine vlla excusatione dilatio. Hilarus exceptor dixit: Si crastino die subscripserint vel hodie, possumus die noctuque inuigilantes, post tertium diem gesta edere, ita vt notarii eorum nobis de scheda subscripta dictent. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quis iste dies

ANNO CHRISTI 411. sit ab officio designetur. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Hodiernus dies est tertius nonas Iunias. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Diem quæro quo edi gesta promissum est. Hilarus exceptor dixit: Possumus gesta edere septimo Iduum Iunii die.

LXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet iam de professionibus dubietas mihi magna nascatur, tamen denuo vtrum sexto Iduum Iuniarum die omnibus ambagibus amputatis negotium sit principale tractandum, pars vtraque designet. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos & hodie volumus, &, si fieri posset, vellemus: tamen quia humanum fuit hoc concedere fratribus nostris, quod nobis non iniuste videntur postulasse, ad diem sextum Iduum Iuniarum, adiuuante domino Deo nostro, adfuturos nos ad peragendum principale negotium ecclesiæ pollicemur. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam pars alia quid voluntatis habeat dignetur edicere.

LXVII.

Emeritus episcopus dixit: De professionibus nostris nulla est ambiguitas. quantum autem ad instructionem quam fieri debere in iudicio flagitauimus, aduertit nobilitas tua, nos iusta & legitima postulasse. Diem autem statutum, hoc est sextum Iduum Iuniarum, si Deus iusserit, obseruabimus, ita tamen vt accèptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus iudex, quo possit esse tractatus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Septimo Iduum Iuniarum die matutinis horis vobis gesta tradentur. Edicite vtrum alia die, id est sexto Iduum Iuniarum adesse dignemini, vt principale negotium peragatur. Emeritus episcopus dixit: Aderimus ad iudicium, si quæ statuit nobilitas tua habuerint effectum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Memores periculi & professionis propriæ exceptores constituto die, matutinis horis, id est septimo Iduum Iuniarum,

gesta edere festinabunt, ita vt notarii partis vtriusque in dictando non desint. Sciat autem vtraque pars officio se cauere debere de perceptione gestorum hora pariter designata. Sacerdotale vero est, vt amputatis ambagibus nulla morarum impedimenta nectantur. ANNO CHRISTI 411.

LXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Secundum præceptum nobilitatis tuæ, cum gesta susceperimus, de subscriptione & de tempore consequenter cauebimus. & alia manu: Recognoui.

LXX.

Emeritus episcopus dixit: Cum oblata nobis fuerint gesta, satisfacimus iudicatis. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam istius diei gesta, ne qua possit denuo esse causatio, eadem die edere vobis festinabit officium.

LXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Multa nudiustertiana die falsa iactata sunt. Ne huiusmodi illusionibus populus perturbetur, petimus vt ipsos petisse dilationem nobilitatis tuæ edicto noscatur. & alia manu: Recognoui.

LXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ populus loquitur sanctitatem vestram promouere non condecet. tamen sicut edicto meo definitum est, gesta proponentur. & infra: Hilarus & Martialis exceptores edidimus, & hæc similiter vt supra emendaui.

GESTA TERTIÆ COGNITIONIS.

I.

POST consulatum Varanis v. c. sexto Idus Iunias Carthagini in secretario thermarum Gargilianarum, adstantibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris deuotissimis protectoribus domesticis, adstantibus etiam Vin-

ANNO CHRISTI 411. centio & Taurillo viris deuotiſſimis, agentibus in rebus, Vrſo, Petronio & Liboſo ducenariis illuſtrium poteſtatum, Bonifacio & Euaſio apparitoribus illuſtrium atque eminentium poteſtatum, Fileto & Octauiano apparitoribus illuſtris comitiuæ ſedis, Reſtituto & Exitioſo adiutoribus cornicularijs, Poſſidio, Quodvultdeus & Colonico adiutoribus commentariorum officii domini v. c. & ſpectabilis proconſulis, Nauigio adiutore numerorum, & Peregrino adiutore ſubadiuuarum officii domini v. c. & ſpectabilis vicarii, Nampio ſcriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano ſcriba v. c. curatoris celſæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilaro & Prætextato exceptoribus domini v. c. & ſpectabilis proconſulis, Fabio exceptore domini v. c. & ſpectabilis vicarii, Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notarijs eccleſiæ catholicæ, Victore & Creſconio notarijs eccleſiæ Donatiſtarum, Vrſus ducenarius illuſtrium poteſtatum dixit: Præterito iudicio, Donatianæ partis epiſcopi in hodiernam diem, vt exinde inſtructi in iudicio ſublimitatis tuæ reſponderent, cauſa ſibi edendorum geſtorum inducias poſtularunt. Nunc vtræque partes pro foribus ſunt: ſi præcipis, intromittentur.

II.

Flauius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Veniant. & ingreſſis epiſcopis catholicis Aurelio, Alypio, Auguſtino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Poſſidio, cum Nouato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Priſco, Sereniano, & Scillacio coepiſcopis ſuis, Deuterio, Leone, Aſterio, & Reſtituto æque coepiſcopis & cuſtodibus geſtorum: item e diuerſo ingreſſis epiſcopis Donatiſtarum, Primiano, Petiliano, Emerito, Montano, Gaudentio, Adeodato, & Habetdeum, cum Peregrino, Apto, Clarentio, & Habetdeum coepiſcopis eorum.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum eſt ob hoc dilatum fuiſſe negotium, vt hodierno die geſtis editis principalis actio tractaretur. quod vtrum factum ſit, edicat officium. Martialis exceptor Domini v.

c. & spectabilis proconsulis dixit: Constat iuxta præceptum nobilitatis tuæ gesta ante eum diem edita qua paruitas nostra fuerat professa. Quod si iubet nobilitas tua, ad plenam fidem ex cautionibus partis vtriusque monstrabimus. ANNO CHRISTI 411.

IV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Martialis exceptor recitauit: Post consulatum Varanis v. c. octauo Idus Iunias, Fortunatianus episcopus catholicus ciuitatis Siccensium, scripsi me gesta geminæ cognitionis pariter suscepisse, habita primum die Kalendarum Iuniarum: item habita die tertia Nonarum earumdem: & suscepi tradente Martiale exceptore sedis proconsularis, qui sit deputatus Flauio Marcellino v. c. tribuno & notario die octaua Iduum Iuniarum, hora diei quinta, in ecclesia catholica Restituta. Et quamuis exceptores septimo Iduum Iuniarum gesta promiserint edituros, melius tamen eorum festinauit industria, vt nobis ante diem promissum acta cognitionum duarum pariter traderentur. Quibus perceptis, loco & tempore suprascripto instructos nos ad peragendum negotium, die qui actis expressus est, pollicemur esse venturos. Cumque recitaret, idem dixit: Lego aliam, si præcipit nobilitas tua.

V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lege. Martialis exceptor recitauit: Post consulatum Varanis v. c. octauo Idus Iunias, Montanus episcopus ciuitatis Zumensium Regiorum, scripsi vobis, Hilare & Prætextate exceptores, me accepisse a vobis gesta geminæ cognitionis: in quibus vna cum traditoribus & persecutoribus nostris confliximus, habita primum die Kalendarum Iuniarum, & alia habita die tertia Nonarum earumdem. quæ vos exceptores superius proconsularis, tradidistis nobis coram patribus & coepiscopis nostris, die octaua Iduum Iuniarum, hora diei tertia, in ecclesia Theoprepia. quibus perceptis, loco & tempore suprascripto profitemur nos ad agendum negotium die actis expressa ordine integro esse venturos.

VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lectæ

ANNO CHRISTI 411. cautiones gestis præsentibus adhærebût. & adiecit: Quoniam constat ante diem editionem factam esse gestorum, supereſt vt principale negotium proponatur.

VII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Principale negotium iam diu est vt cupimus terminari. Proinde, si vel sero conceditur, probet, quoniam ex parte aduersa esse desiderant, totiens obiecta ecclesiæ sanctæ catholicæ toto orbe diffusæ crimina, & nunquam probata. Et cum diceret: & alia manu: Recognoui,

VIII.

Adeodatus episcopus dixit: Proponant. sciamus quid agunt. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui.

IX.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Propositionem ex mandato non didicisti? & alia manu: Recognoui.

X.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Morarum tendiculas nullus interponat, si de causæ nostræ defensione aliquam habemus fiduciam. & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

XI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si quid intenditur proponatur.

XII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mandatum ipsorum legatur, & intentionem ipsorum inde agnoscet nobilitas tua. & alia manu: Recognoui.

XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Amotis omnibus moris, quoniam constat omnia quæ ad principia negotii pertinebant superiore iudicio terminata, causa dicatur.

XIV.

Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Duo in mandato suo obiecisse monstratur pars aduersa, traditionem & persecutionem. Si igitur causam ecclesiæ volunt vt peragamus, iamiamque te iudicante finiatur. Ne-

fas est enim, vt exspectatione populus in errorem mittatur. Si agnoscenda est ecclesia toto terrarum, sicut promissum est, orbe diffusa, testimoniis scripturarum doceatur. Sin vero, solitis præstigiis solitisque ambagibus, id intendit pars aduersa ne ad veritatem veniamus, dicatur, vt hoc omnibus innotescat. & alia manu : Recognoui. ANNO CHRISTI 421.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid his refertur?

XVI.

Emeritus episcopus dixit: Nunquam memini in iudicio condemnatam esse patientiam. Quinimo semper id laudi est, vt secretum retinens lingua, obiectis, si potest, dilucide respondeat. Ergo quoniam omnium actionum debent esse principia, totiusque negotii initia semper ex se sumere consueuerunt, quid præteritorum dierum actus inuoluimus, & quasi non fuerint peracta, iterum refricamus, cum præsentis diei propositio suam debeat sumere accipereque personam? Vnde si propositio eorum & responsio nostra in iudicium mittitur, personarum primum est discutienda qualitas, quis in iudicium adduxit, quis conueniri fecit, quis principes sæculi conuenit, quis legatos misit, quis supplicauit, quis legem meruit, quis iudicium postulauit: vt cum eorum intentionibus docti fuerimus, respondere valeamus. & alia manu : Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

XVII.

Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diffidentia est causæ personas velle discutere, quas priore conflictu visus est confirmasse. Et ideo causam ecclesiæ peragamus, quæ sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur. & alia manu : Recognoui.

XVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sanctitas tua propositionem, quantum arbitror, non diligenter aduertit: alia enim constat esse quæsita.

XIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad id ergo quod quæsierunt, iube recitari partis vtriusque mandata,

ANNO CHRISTI 411. data, & instruentur, ad id quod desiderarunt. & alia manu: Recognoui.

XX.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Quæsitum est, per quos hæc sit postulata collatio, quive episcopos qui e diuerso consistant, ad iudicium postularit. Vnde ad hoc sanctitas vestra respondere debebit.

XXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si ad rem iudicas pertinere, prudentiæ tuæ est considerare, catholicis episcopis, vel legatis catholicorum episcoporum, concessum esse habendam collationem. Tenor rescripti imperialis ostendit. Venimus vtrique, hic sumus, & Deus nos disputatores & collatores magis quam litigatores esse præcepit, & nihil aliud voluit Deum timens & Deo seruiens clementissimus imperator. Adstitisse legitimas personas, & confirmata esse mandata, primo die conflictus nostri iudicauit sublimitas tua. Non interponantur quæ ad rem necessaria non sunt. Ecclesia est quam asserimus testimoniis scripturarum diuinarum, nota omnibus, in monte, sicut scriptum est, constituta: ad quam veniunt omnes gentes. Si est aliquid contra istam ecclesiam quod dicatur, iam dicatur, & nullæ moræ interponantur. Si nihil est quod dicatur, cedat veritati, qui suam criminationem affirmare, & ostendere, & probare hominibus non potest. Quamdiu ista tanta populi expectatio suspensa est?

De anima sua omnes cogitant, & nos moratorias præscriptiones ad hoc interponimus, vt ad finem cognoscendæ veritatis nunquam veniatur? & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt aduerti possit, in quem modum sit delegata cognitio, imperialis præcepti forma relegatur.

XXII.

Petilianus episcopus dixit: Catholicos se sine præiudicio nostro dixisse, hoc actis signatum est. Huiusce rei serua conflictum. Et alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod præceperas recitetur. Et alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Apud nos est enim

vera catholica, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, saluo appellationis effectu. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc probare opus est, non iactare. & alia manu: Recognoui. ANNO CHRISTI 411.

XXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc vtrarumque partium conflictus inueniet. Et adiecit: Imperialis sanctio interim relegatur.

XXIV.

Martialis exceptor recitauit: Imperatores Cæsares Flauii, Honorius & Theodosius, pii, felices, victores ac triumphatores, semper Augusti, Flauio Marcellino suo salutem. Et cum recitaret,

XXV.

Petilianus episcopus dixit: Terreri me imperator voluit non occidi, non persecutionem pati, non pertrahi, non spoliari. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

XXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod amplius est, nec territus es. & alia manu: Recognoui.

XXVII.

Petilianus episcopus dixit: Laudasti constantiam bonæ fidei, & vere catholicæ disciplinæ. & alia manu: Salua appellatione recognoui.

XXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nec territus, dictum est, non timuisti. & alia manu: Recognoui.

XXIX.

Martialis exceptor recitauit: Inter imperii nostri maximas curas, catholicæ legis reuerentia aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi vt verum Dei cultum orbis nostri plebs deuota custodiat: vt etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim iam implere conuenerat, qui Africam, hoc est, regni nostri maximam partem, & sæcularibus officiis fideliter seruientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare, quæ omnium retro

ANNO CHRISTI 411.

principum deuota in Deum definiuit auctoritas, ne temporibus noſtris, ſi quid forte in iniuriam legis catholicæ fuerit generatum, iuſto iudicio hoc nobis poſſit imputare poſteritas.

Nec ſane latet conſcientiam noſtram ſermo cæleſtis oraculi, quem errori ſuo poſſe proficere ſcæua Donatiſtarum interpretatio profitetur. Qui quamuis deprauatos animos ad correctionem mitius inuitaret, aboleri eum tamen ante iuſſimus, ne qua ſuperſtitionibus præſtaretur occaſio. Nunc quoque excludendam ſubreptionem ſimili auctoritate cenſemus. Illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ ſtatuta fuerant ſubmouere, ne in diuinum cultum nobis ſe quiſquam auctoribus æſtimet poſſe peccare. Et quamuis vna ſit omnium & manifeſta ſententia, catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cæleſti ſententia comprobatam, ſtudio tamen pacis & gratiæ, venerabilium virorum epiſcoporum legationem libenter admiſimus, quæ congregari Donatiſtas epiſcopos ad cœtum celeberrimæ deſiderat ciuitatis, vt lectis etiam ſacerdotibus quos pars vtraque delegerit, habitis diſputationibus, ſuperſtitionem ratio manifeſta confutet. Quam rem intra quatuor menſes præcipimus explicari, vt conuerſos animos populorum, etiam noſtra clementia, ſicut deſiderat, celerius poſſit agnoſcere. Quod ſi intra præſtitutum tempus ſtudioſe Donatiſtarum epiſcopi declinauerint conuenire, trini edicti euocationem volumus cuſtodiri: ita vt vicenis diebus in euocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emenſis atque tranſactis, ſi prouocati adeſſe contempſerint, cedat cum eccleſiis populus, qui doctores ſuos ſilentio cognouerint ſuperatos, & victum ſe aliquando gratuletur: ſciatque ſi non præceptis noſtris, vel catholicæ legis veris imperiis ſeruiendum. Cui quidem diſputationi, principe loco te iudicem volumus reſidere. Quidquid etiam ante in mandatis acceperis, pleniſſime meminiſti, omnemque vel in congregandis epiſcopis, vel euocandis, ſi adeſſe contempſerint, curam te volumus ſuſtinere, vt & ea quæ ante mandata ſunt, & quæ nunc ſtatuta cognoſcis, probata poſſis implere ſolertia; id ante omnia ſeruaturus, vt ea quæ circa catholicam legem

vel olim ordinauit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roborauit, nouella ſubreptione ſubmota integra & inuiolata cuſtodias. Vt ſane adminicula competentia actibus tuis deeſſe non poſſint, viros ſpectabiles proconſulem atque vicarium ſerenitas noſtra cõmonuit, vt ſi propriarum dignitatum ſtatum cupiunt retinere, ſi apparitionem ſuam extrema declinare ſupplicia, tam ex propriis officiis quã ex omnium iudicum apparitione abunde neceſſarios faciant deputari. Erit iam ſolicitudinis tuæ, ſi quid vlla cognoueris arte differri, miſſis relationibus indicare, vt negligentes puniat digna correptio. Omnia ſane quæ vel in vnum epiſcopis congregatis diſputatio completa firmauerit, vel deſiſtentibus forte ſtatuerit circa contumaces lata ſententia, te referre conueniet, vt quid ad confirmandam catholicam fidem præceptio noſtra profecerit, celerius poſſimus agnoſcere. Et diuina manu: Vale Marcelline, cariſſime nobis. Datum pridie Idus Octobris, Rauennæ. ANNO CHRISTI 412.

XXX.

Petilianus epiſcopus dixit: Donatiſtas non appellandos eſſe credunt, cum, ſi nominum paternorum ratio vertitur, & ego eos dicere poſſum, imo palam aperteque deſigno Menſuriſtas & Cæcilianiſtas eſſe, eoſdemque traditores & perſecutores noſtros. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui, ſine præiudicio appellationis noſtræ.

XXXI.

Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Et hoc recuſas quod in præfectorum iudicio pro voto complexus es. & alia manu: Recognoui.

XXXII.

Petilianus epiſcopus dixit: Nec nunc abnuo eſſe mihi principem ac fuiſſe beatiſſimæ ſanctæque memoriæ Donatum, huius ciuitatis epiſcopum; eiuſque tanta merita floruiſſe, vt & illius temporis gloriam vetuſtas ipſa. & cum diceret; & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui, ſaluo appellationis effectu,

XXXIII.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Damnent

ANNO CHRISTI 411. nomen Donati, & deinceps non appellabimus illos Donatiſtas. & alia manu : Recognoui.

XXXIV.

Petilianus epiſcopus dixit: Damna nomen Menſurii & Cæciliani, & non diceris Cæcilianiſta. & alia manu : Petilianus epiſcopus recognoui, ſine præiudicio appellationis noſtræ.

XXXV.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Feci enim mentionem Menſurii. & alia manu: Recognoui.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc omnia vtriſque partibus ſalua erunt, & adiecit: Euidenter apparuit epiſcopis poſtulantibus diſputationem a venerando principe me diſceptante fuiſſe mandatam, vt cauſa primi diſcutiatur erroris: quæ iam in medium proferatur.

XXXVII.

Emeritus epiſcopus dixit: Lectum eſt reſcriptum. legantur & preces, vt cauſa poſſit audiri. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Peritiam ſanctitatis veſtræ arbitror non latere, pragmaticis reſcriptis preces inſeri non ſolere. quas quidem ab epiſcopis qui collationem poſtulauerant, ſicut eiuſdem ſanctionis textus oſtendit, præceſſiſſe non conſtat. Vnde tandem aliquando negotium proponatur.

XXXIX.

Emeritus epiſcopus dixit: Si pragmatico reſcripto preces inſeri non ſolere prudentiæ tuæ interlocutione ſignatum eſt, eos quos legatos eſſe dixerunt, vtrum ex omnium voluntate, vtrum ex communi mandato perrexerint, doceant; vt ſi non in principibus, certe vel in legatis poſſit ſtare perſona. & alia manu : Emeritus epiſcopus recognoui, ſine præiudicio appellationis meæ.

XL.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Aduertat nobilitas tua quanta aguntur vt nihil agatur. & alia manu: Recognoui. Montanus epiſcopus dixit: Ordine

integro cauſa peragenda eſt. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, ſalua prouocatione. Anno Christi 411

XLI.

Auguſtinus episcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Præſentes ſunt, vtrique conuenimus: locus iſte episcopis pene refertus eſt, mandata recitata atque firmata ſunt: non negatur a partibus noſtris poſtulatam eſſe collationem, vt in ea collatione tandem aliquando vel probent vel probare non potuiſſe monſtrentur, quæ ſolent non nobis, non vnicuique noſtrum, ſed vniuerſo orbi Chriſtiano obiicere crimina: qui Chriſtianus orbis non opinione humana ſed diuinis teſtimoniis & promiſſus eſt & impletur. Quid adhuc neſcio quæ tergiuerſationes moratoriæ ab eis interponuntur qui ſe episcopos Chriſti dici volunt? expectatio non dico huius ciuitatis, ſed vniuerſi pene generis humani ſuſpenſa eſt, aliquid de eccleſia cupit audire; & nos adhuc forenſes formulas diſcutimus, & miſerrime litigamus? Iam aduertat nobilitas tua quid agatur: iam aliquando nos de hoc negotio amputatis omnibus morulis, adiuuante Deo, liberare dignare. & alia manu: Recognoui.

XLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad omnem confirmationem ſufficere poſſe non ambigo vniuerſorum ſubſcriptiones, ſuperiore iudicio mandato inſertas atque digeſtas. Vnde quoniam omnium conſenſus expreſſus eſt, amotis ſuperfluis aliquando negotium proponatur.

XLIII.

Emeritus episcopus dixit: Duo ſunt in iudicium miſſa, a quibus deuiari nullo modo poteſt: vnum, quod ſecundum imperiale præceptum: aliud, quod ſecundum mandati tenorem agere ſe iudicio demonſtrarunt. Igitur ſi vtraque connexa ſunt, debet edoceri: ſi autem ſeparata atque ſeiuncta ſunt, vnius neceſſe eſt faciant iacturam, qui vtrumque nolunt ad probationem in iudicium mittere. Conuenire enim debet cum reſcripto mandatum, & ad formulam ſtatuti imperialis mandatorum debet ſenſus aſtringi. quod ſi neutrum eſſe intelligit prudentia tua, neque moratoriis nos velle agere, neque nos a cauſæ

ANNO CHRISTI 411. actione ſuſpendere, ſed conſtitutis primitus fundamentis eccleſiaſticum negotium velle definire, quid eſt quod nobis de mora præſcribitur, & tamquam cauillatoribus, & a cognitione refugientibus, quaſi moras quaſdam per nos innecti cauſantur; cum vtique, ſi aduertant, magis his qui proponunt incumbere aut neceſſarium eſſe dicimus, vt omnibus moris amputatis ad negotii inſtrumenta arcemque veniatur, vt oſtendatur, ex aduerſa parte quis petierit, quemadmodum petierit, vel quid petierit, vt cum de mandato vel de reſcripto vtraque concordantia complexus fuero, & ea quæ in reſcripto ſunt confirmata, & ea quæ ex ipſorum petitione ſuggeſta ſunt, poſſint iudiciis approbari. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui.

XLIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Tuæ ſunt partes, vir nobilis. ſi reſpondit ad ea quæ diximus, opus eſt vt reſpondeamus. Si autem peruidet prudentia tua, nihil eum reſpondiſſe ad id quod iuſte flagitamus, ſed moris ſuperfluis alias moras ſuperfluas addidiſſe, iudica vt videtur. & alia manu: Recognoui.

XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum cognitionis tenorem principali conſtat auctoritate definitum. Hoc enim relictæ ſanctionis ſeries demonſtrauit, vt conuocatis epiſcopis atque partibus delectis, ſuperſtitionem, vt ipſius legis verbis loquar, ratio manifeſta confutet. vnde dignabitur ſanctitas veſtra clarius demonſtrare in qua ſit parte ſuperſtitio conſtituta.

XLVI.

Petilianus epiſcopus dixit: Aduertit ſublimitas tua magnam diffidentiam eos habere, magnumque mendacium, ſi ea quæ petimus prodere noluerint. Etenim ante de ſua conſcientia iudicat, qui petitionem ſuam timuerit publicare. Non igitur moram aliquam facimus; ſed per ipſos moras fieri ſublimitati tuæ. & cum diceret, & alia manu: Petilianus epiſcopus ſaluo appellationis noſtræ merito recognoui.

XLVII.

Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Non

sufficit quod tibi respondit iudex. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Aut legant quod petimus, aut negent. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, salua appellatione nostra. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid ad rem pertinet, quod pars diuersa est prosecuta, & non propter moras quasdam? Et cum diceret: & alia manu: Recognoui: Petilianus episcopus partis Donati, Iudica: & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, saluo nostræ appellationis effectu. ANNO CHRISTI 411.

XLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euidentius sanctitas vestra quid postulet designare debebit.

XLIX.

Emeritus episcopus dixit: Longo volumine præterito iudicio quasi mandati tenorem pars aduersa prodidit, cui rei si vera adstipulatur assertio, id in iudicio publicare ac prodere debent, tantummodo se sequi hoc ipsum: iacturam autem facere imperialis rescripti, ad cuius promulgationem neque tenorem precum, neque mandatum legatorum monstrare voluerunt. Igitur quia nihil ab re est quod in iudicio postulamus, petimus vt primitus aut rescripti iacturam, aut mandati sui faciant cessionem, vt ad causam venire valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui, sine præiudicio appellationis.

L.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legatur mandatum nostrum, & intelligent quam cuncta contineat. Et alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus partis Donati dixit: Patere, præsta iudici patientiam, quam nobis præstat. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, sine præiudicio appellationis nostræ.

LI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil aliud præcipue principali sanctione aduerti esse constitutum, nisi vt conuenientibus episcopis, disputatione habita, causa primi inueniatur erroris. Cui disputationi me iudicem voluit residere. Accepit autem sanctitas vestra prosecutionem partis e diuerso sistentis; in qua euidenter

osten-

ANNO CHRISTI 411. ostensum est atque promissum, vt ecclesia toto orbe diffusa diuinis testimoniis demonstretur, cum videatis ex mandati serie & ex præsenti professione id fuisse declaratum, vt legis exemplis atque documentis omnia comprobentur. Nec enim clementissimus princeps formam collationi dedisse monstratus est, sed tantum collationem debere fieri iudicauit. Vnde quoniam secundum desiderium vestrum diuinis testimoniis se agere eorum professio declarauit, quid amplius desideretis, ignoro.

LII.

Petilianus episcopus dixit: Apertissime intelligitur ea diffidentia vel sero pudore id agere, ne petitionem suam omnibus publicent, quoniam eos constat clementissimo imperatori mentitos. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

LIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Collatio petita est a legatis nostris, lex ipsa hoc continet, quæ ad tuam nobilitatem data est. & alia manu: Recognoui.

LIV.

Petilianus episcopus dixit: Non differimus agere. & alia manu: Salua appellatione nostra recognoui.

LV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Data est. Omnes fatemur nos petisse collationem, quoniam eam recusabatis; vt tandem sic saltem ad hunc locum, vel ad hoc tempus, collationis & disputationis & demonstrandæ veritatis gratia veniremus. Factum est, venimus; & nihil vultis prodesse quod venimus. confitemur nos collationem petisse: nihil aliud imperator quam nos collationem petisse suis verbis expressit. Iam fiat ipsa collatio. Videamus quid dicatur contra ecclesiam toto orbe diffusam, quam demonstramus diuinis testimoniis & promissam esse, & nunc ita exhiberi, vt cæcorum oculos feriat, surdorum aures irrumpat. Ad hanc demonstrandam nolunt peruenire fratres nostri, vt demonstretur quod latere non potest. Edicant crimina: videamus quibus criminibus perit quod promissum est Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* quæ crimina istam promissionem iurantis Dei delere potuerunt, audiamus, Genes. 22.

discamus, nouerimus, sequamur. Si autem nihil est quod contra dici possit, aut pronuntia, aut tolle omnes moras, & aliquando negotium finiatur. & alia manu : Recognoui. ANNO CHRISTI 411

LVI.

Emeritus episcopus dixit : Magno argumento veritas occultatur, vt cum ad inquisitionem nostram modicum quid ex parte aduersa prolatum sit, cetera sileantur. Dixit enim suos isse legatos, quorum neque nomina, neque ordinem, neque mandatum vult iudicio publicare. Igitur aut huius rei iacturam faciat, quia non potest approbare; aut si valet hoc legibus edocere, vel qui legati fuerint, vel quando missi sint, vel quid pertulerint, legati mandatum in iudiciorum notitiam asserere debebunt. Videt prudentia tua, nihil nos abs te petere : quippe cum ipsorum sit causa, cur non ad interna negotii veniamus. Proposuerunt enim ex mandati sui tenore nescio quibus se allegationibus aduersum nos stare debere. has ipsas allegationes & nos possumus legalibus testimoniis superare. Prius est ergo vt initio actionis exposito, personam suam siue suscipientis siue mandantis in iudicio approbare valeat : tunc demum ad negotii merita descendatur. Et alia manu : Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Quid est aliud causam dimittere, & personas quærere, nisi effugere velle? quare venisti? Et alia manu : Recognoui. Petilianus episcopus dixit : A personis incipit omnis causa. & aliâ manu : Petilianus episcopus recognoui, saluo nostræ appellationis effectu.

LVII.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Non tibi forum tuum designauit, quæ omissa sunt, repeti non posse? & alia manu : Recognoui.

LVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Collationem fuisse postulatam, & collationem fuisse concessam, cælestis sanctionis forma declarauit; cur nunc legatorum personæ in medium veniant, nec dum diligenter aduerti.

ANNO CHRISTI 411.

LIX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si negaremus nos petisse collationem, imperatoris testimonio conuinceremur. Habemus imperatorem testem, petisse nos confitemur. Venimus, vt fiat quod & nos petiuimus, & ille concessit; & adhuc nescio quæ dubitationes vel moræ interponuntur. & alia manu: Recognoui.

LX.

Emeritus episcopus dixit: Ecce iam professus es partem. Dic quando petisti, dic per quos petisti. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad demonstrandam veritatem, personarum non est necessaria inquisitio. & alia manu: Recognoui.

LXII.

Montanus episcopus dixit: Quoniam pars aduersa ad clementissimum imperatorem confugit, oportet eamdem & mandatum edere & legationem, vt cum hæc potuerimus aduertere, in iudicio nobilitatis tuæ nouerimus quid possimus respondere. Et alia manu: Montanus episcopus, salua appellatione. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Satis longum est a causa, & præter hanc causam illa velle repetere quæ huius iudicati tenor in statum inquisitionis suæ omnino non quæsiuit. Et alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Tuæ actionis est quod flagito. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Definitiua est iudicis qui præsidet sententia, ad quid nos ad hodiernum diem distulit, satis pudoris esse debere. hoc si transimus, quid de causa iudicamus nosipsi? Et cum diceret, & alia manu: Recognoui: Montanus episcopus dixit: Tuæ actionis est quod flagito, tu fundamentum causæ constituisti, tu ad imperatorem confugisti. Oportet ergo me & mandatum repetere & legationem, quibus vsus sis verbis; vt cum hæc omnia in iudicio nobilitatis tuæ a nobis fuerint pertractata, tum demum quid vtilitati nostræ conueniat, valeam respondere. Et alia

manu, Montanus episcopus saluo prouocationis effectu recognoui. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Professionem tuam tu superare non potes. Vnde recessisti cognosce, omissa repetere non potes. Et alia manu: Recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid flagitas quando petierim, cum videas quando venerim? quid quæris vtrum petierim, cum vniuersum catholicum præsens in hac vrbe concilium mandatum dederit, mandato subscripserit, subscriptiones præsens te instante cognouerit? Nihil hic aliud quam moræ inquiruntur, quia contra ecclesiam vniuersam Dei testimoniis commendatam, nihil est quod dicatur. & alia manu: Recognoui. ANNO CHRISTI 411.

LXIII.

Montanus episcopus dixit: Scriptum sit, partem aduersam moratoria innectere, cum quod a nostris partibus flagitatur non produnt. Ac per hoc si volunt eamdem moram de medio tolli, prodant quod flagitamus, prodant mandatum, prodant & legationem; tum deinde ad merita negotii veniemus. & alia manu: Montanus episcopus, saluo prouocationis effectu.

LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non hoc quæri voluit clementissimus imperator, causam dissidii & erroris iussit inquiri.

LXV.

Montanus episcopus dixit: Sed clementissimus imperator rescripto suo eosdem publicauit, legationem inseruisse. Vnde quia etiam ipse hanc facultatem nobis tribuere voluit pro clementia sua vt hoc in iudicio requiramus, oportet eosdem & mandatum proferre & legationem, vt sciamus quid idem in eodem textu fortasse fuerint ementiti, vt tum demum his omnibus pertractatis, nouerimus personarum meritum; an valeant honoribus suis integro ordine respondisse. & alia manu: Montanus episcopus, saluo prouocationis effectu, recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legationi eos concessisse vniuersi concilii & subscriptionis tenor ostendit euidenter. Denique integram confirmationem cum omnium subscribentium nomina legerentur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411. sanctitas vestra dixit, sibi hoc plene non posse sufficere, nisi etiam omnes adueniissent, vt impræsentiarum positi, vtrum ipsi subscripsissent atque mandassent, propriis professionibus iudicarent.

Montanus episcopus dixit: Personas eorum flagito qui mandatum dederunt ad clementissimum imperatorem, non eorumdem qui hodie ad hoc iudicium peruenerunt. Vnde, vir sublimis, oportet istos quam refugiunt actionem in iudicio nobilitatis tuæ prodere. Iam ergo prodant mandatum, prodant & legationem, vt cum his recensitis aduerterimus qui iisdem commandarint, valeamus eorum obiectionibus respondere. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eos quos legationem peregisse dicis, si præsentes esse vel impræsentiarum mandato subscripsisse cognoscis, euidenter ostende. Sin vero absentes, necesse est vt veniant, quatenus omne possit negotium pertractari.

LXVII.

Montanus episcopus dixit: Ergo, vir sublimis, eorum præsentia facienda est, qui ad clementissimum imperatorem per maria volauerunt. Ipsorum ergo & persona adstans doceat sibi aliquid ab istis esse mandatum, vt de ipso mandato intelligam quid in sua causa voluerint innectere, quid deinde forsitan in eadem legatione contra nos ementiri. Est enim studium semper aduersariorum, incerta de aduersariis auribus sacratissimis innectere. Ergo vnde probabo episcopalem quam sibi iactant esse personam, sub verecundia & textu aliquid imperatori suggerere potuisse, nisi eamdem legationem vel mandatum sibi creditum potuero perlegere, & de eodem iudicare. & alia manu: Montanus episcopus, saluo appellationis effectu, recognoui.

LXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Eadem superfluo etiam repeti nobilitas tua nobiscum considerat. sufficit persona assertorum præsentis mandati auctoritate firmata. Iam nunc remotis superfluis ad negotium venia-

mus. Cuius firmamentum nullam poterit habere dubitationem; quando persona nostra quibus vniuersale negotium mandauit, disputationem ab imperatore præceptam ita firmauit, vt ne ipsi quidem dubitare possint, in quorum aspectibus processerunt omnes qui mandauerunt. & alia manu: Recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Petisse nos collationem quis negare potuit, aut potest? & alia manu: Recognoui. ANNO CHRISTI 411.

LXIX.

Emeritus episcopus dixit: Quid petisti? quem misisti? Dic nomen. quæ mandasti? & alia manu: Emeritus episcopus saluo appellationis effectu recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De causa loquere, mandatum audisti, recitetur idemtidem: & respondе, si habes quod dicas: superfluis immoraris. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Quem misisti, quid mandasti, quid egisti aduertere debeo. non enim clanculo tibi licet suggerere, quod postea non debeat publicari. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

LXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Qua ratione legatorum nomina postulantur ignoro, cum collationem tantum postulatam esse & collationem fuisse concessam, sicut superius interfatus sum, principalis sanctio diligenter ostenderit. Vnde sanctitas vestra iam ad negotii interna venire dignetur, quatenus veritas eluceſcat.

LXXI.

Montanus episcopus dixit: Sed clementissimus imperator me magis instruere voluit, quid de aduersariis nostris requiramus, dum vtique eorum legationem publicat. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Separationis & dissensionis tuæ ab ecclesia vniuersali quæ toto orbe diffunditur causas expone. & alia manu: Recognoui.

LXXIII.

Montanus episcopus dixit: Legatur ad locum, si lega-

ANNO CHRISTI 411. tionem eorum non publicauit clementissimus imperator. De hac re, de hac causa, me voluit disputare, eorum legationem in iudicio voluit publicari. Ab statutis clementissimi imperatoris non est deuiandum, faciendum est satis in hoc loco clementissimo imperatori. Siquidem de eorum legatione in iudicio publicata, nos voluit pertractare. & alia manu: Montanus episcopus, manente appellationis nostræ effectu, recognoui.

LXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc clementissimus non censuit imperator, sed id partibus dignatus est statuere, vt ab vtrisque partibus electis episcopis, veternosum errorem tandem aliquando propter salutem populorum & animarum in medium prolata veritas monstret. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Lege vtrum hoc petieris. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ceterum superfluis immoramini, catholicam monstramus ecclesiam de lege, de prophetis, de euangeliis, de psalmis, de omnibus diuinis testimoniis. Contra hoc a vobis profertur mandatum: publica. tecum ad ecclesiam demonstrandam euangelium proferamus. & alia manu: Recognoui.

LXXV.

Petilianus episcopus dixit: Ecclesiam catholicam penes me esse, & pura obseruatio nostra facit, & vitia vestra atque flagitia. nostra omnis ecclesia Dei pura, sancta, sine macula & ruga esse debebit. Quare igitur vt ad huius disputationem rei possimus descendere, & congruo tempore testimoniis dominicis vti, prius est, quod de te flagito, si non diffidis; maxime cum id agat causa iustissimus cognitor, vt quidquid agendum sit populo publicetur. Mentitum te igitur clementissimo imperatori sat constat, cum dubitas proferre quid dixeris, quid egeris, quid mandaueris, quid susceperit ille legatus, quod mandatum acceperit, quid peregerit. Nouerit hæc conscientia populi, sciat vniuersa prouincia, hoc acta ista quæ controuersia plene contineant, ... sciant vos apertissime de mendacio vestro diffidere, moraque innectere actioni, ne

ad veritatem aliquando veſtris præſtigiis nebuliſque obſtantibus veniatur. Et alia manu: Petilianus epiſcopus ſalua appellatione noſtra recognoui. Vincentius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quod neſcis an petiuerim quomodo in mendacio reprehendis? & alia manu: Recognoui. Petilianus epiſcopus dixit: Petiſſe ſe confeſſus eſt. Et alia manu: Petilianus epiſcopus ſalua appellatione noſtra recognoui. ANNO CHRISTI 411.

LXXVI.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Eccleſiam catholicam apud ſe eſſe teſtatus eſt, hanc voluimus reſidente nobilitate tua teſtimoniis edoceri. Publicet quod promittit, vt aut in eius apertam veritatem noſter conſenſus accedat, aut patiatur monſtrari luce clarius veritatem, & tandem aliquando ab errore deſciſcens cedat veritati, congrue pro ſalute, qui cogitat in errore vincere contra ſalutem. & alia manu: Recognoui. Petilianus epiſcopus dixit: Vt poſſimus facere hæc, prius fac quod de te flagitamus. Et alia manu: Petilianus epiſcopus ſine præiudicio appellationis noſtræ recognoui. Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Si ordo flagitat geſtorum, publicamus. & alia manu: Recognoui.

LXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cum legationis formam demonſtrarit auguſta præceptio, cur legatorum nomina poſtulentur, ignoro. An inuictiſſimum principem aliquid contra rationem dixiſſe veſtra ſanctitas putat? Cum ad cauſam peragendam perſonæ videantur expreſſæ atque firmatæ, cur nunc legationis mentio fiat, nec dum potui diligenter aduertere, vel cur legatorum nomina poſtulentur, ignoro. Vnde tandem aliquando motis ſuperfluis, negotium prouocatur.

LXXVIII.

Emeritus epiſcopus dixit: Mandatum quod in recenti negotio recitatum eſt, actis videtur inſertum. Quid autem per legatos ſuos mandauerint, inſinuare noluerunt. & alia manu: Emeritus epiſcopus ſaluo effectu appellationis noſtræ recognoui.

LXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem

ANNO CHRISTI 411. tionem postulatam euidenter recitata principalis sanctio declarauit, hancque fuisse concessam restat. Et quoniam in vnum sanctitas vestra, delectis ab vtraque parte qui negotium possent actitare, conuenit; quæso vos vt tandem proponere negotium, & peragere atque explanare dignemini. Emeritus episcopus dixit: Hoc ipsum dicat quod prudentia tua sua interlocutione signauit. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXXX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc olim clamamus vt fiat: Collatio postulata est, collatio concessa est, causa collationis vtrique venimus. Iam tandem fiat, quod & petitum fatemur, & concessum esse ipsa concessio declarauit. & alia manu: Recognoui. Emeritus episcopus dixit: Postulatã esse dixit, per quem petiit? Et alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Finem superfluis imponere noluit. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Tu ad actionem moras innectis. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatorum personæ ibi fuerant exigendæ, vbi peracta legatio est. Cum autem de nominibus legatorum clementissimus tacere voluerit imperator, cur hic desiderentur ignoro. Emeritus episcopus dixit: Ipsi non taceant, si tacuit imperator. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Causam dicant, vt iam diximus, separationis & diuisionis ab ecclesia toto terrarum orbe, promissa lege, firmata testimoniis prophetarum, luce clarius demonstrata euangelio, vsque hodie magna firmitate perducta: & discedant moratoriæ tergiuersationes, & separationis crimen vel sero cognoscant. & alia manu: Recognoui.

LXXXIII.

Montanus episcopus dixit: Cum ediderís ea quæ po-

stulamus, assertionibus nostris non deerimus. & alia manu: Montanus episcopus prosecutiones meas, saluo appellationis effectu, recognoui. Anno Christi 411.

LXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legationem a catholicis susceptam imperialis sanctionis tenor ostendit, in qua collationem constat fuisse postulatam. Cui me iudicem idem clementissimus princeps voluit residere. Vnde quoniam de personis legatorum nihil inquirere præceptus sum, nec excedere me posse præcepti formam vestra sanctitas mecum melius recognoscit, dignamini tandem aliquando negotium proponere, vt & ipsi veritati & principali iussioni satisfactum esse in omnibus videatur.

LXXXV.

Emeritus episcopus dixit: Quid secreto agatur intelligis, vir spectabilis, dum rem in medio positam & pene ipsa luce clara volunt nebulis obligare. Collationem imperiale præceptum inter partes fieri, pro sua censuit voluntate: nos quoque secundum eorum petitionem vt dicunt, quam nunc in iudicio negant, quam approbare nolunt. & alia manu: Emeritus episcopus, salua appellatione nostra, recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non negamus. & alia manu: Recognoui. Emeritus episcopus dixit: Quam publicare detrectant, prouinciis nostris acciti, conflictum quod se proponere pollicẽtur, refugere nos non debere omnino profitemur. Igitur quoniam nihil de re, nihil de causa, nihil de persona actum est, cum primitus illud debeat ventilari, vtrum petierint, per quos petierint, vel quid petierint, quare id sileant, quare non publicent, aduertit sublimitas tua. Si concordant petitiones, debent in iudicio ventilari. Si neutrum volunt, vnius debent facere cessionem. Si ad prioris mandati volunt nos tenere consensum, non negamus secundum imperiale præceptum adesse nos conflictationi debere. Si autem secundum præsens mandatum volunt agere, debent cognitionem eiusdem quoque rei: profiteantur adstipulationem. Si dubitant proponere, vt nos eorumdem propositionibus respondere valeamus, videat prudentia tua, non e nostris partibus nasci

ANNO CHRISTI 411. quominus negotium ventiletur. quippe cum hac ago & hac quodammodo ianua ad negotii merita descendendum sit, intelligit prudentia tua, vel negare saltim eos, vel reticere, vel contemnere respondere propositionibus nostris: vt cum hæc aduerteris, iudicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis nostræ recognoui.

LXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid petierint, vel quid pertulerint, inquirere me debere non iussit clementissimus imperator. quare autem petita collatio sit, apertissime demonstratum est, id est, vt superstitionem ratio manifesta confutet. Hoc hodie fieri posse non dubium est: siquidem delectas ab vtraque parte personas, conueniisse agnosco. Vnde iam, sicut sæpius interfatus sum, negotium proponatur.

LXXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Petierunt, aut non petierunt. Si petierunt, dicant per quos, vel quid petierunt. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXXXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sufficit iam rescripti recitatio. Agnouerunt quid voluerit inter nos discuti clementissimus imperator, remoueantur superflua, ad causam veniamus. Considerandum est enim quid agat pars diuersa, vt quemadmodum priore iudicio longitudine præteritorum gestorum prætendit dilationem, ita etiam hodie desiderat superfluis codices onerare, vt item causentur de mora describendorum vel edendorum gestorum. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Tu moras innectis, cum non profers quod nos a te flagitamus. & alia manu: Montanus episcopus prosecutionem meam recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Proxime præterita cognitione atque controuersia, quamuis ante causæ principium ventilatū, non nostro vitio neque nostra petitione dilationem proueniisse manifestum est, sed humanitate

iudiciorum tuorum, quam non poteras denegare : quippe cum exceptores onerati longitudine controuersiæ ac prolixitate, id etiam professione sua responderint. Vnde quoniam ista peracta sunt, sed fecit inde hodie mentionem, ideo hæc volui replicare . At nunc eosdem nunc moras innectere , eosdem in præsenti actione obtendere nebulas, ne ad eorum mendacia veniamus, ipsa eorum taciturnitas monstrat. Loquuntur enim , cum tacent, se vereri id proferre, quod clementissimo imperatori mentiti sunt. Si igitur freti sunt bonæ petitionis voluntate atque ordine, quid eam dubitant ventilare? Et quoniam potestas tua meminisse dignatur, id priore controuersia agitatum, vt aut iure publico agerent, aut legis dominicæ auctoritate descenderent disputare, idque suo mihi promisere consensu , nobilitas autem tua id sibi exceperit, a legibus tolli se minime oportere, tuarum partium est, vir nobilis, id tenere quod legum est: illorum autem est promissa necessitas, vt lege diuina debeant experiri. Si igitur apud te legibus publicis agitur, quoniam tu iisdem præsidere te professus es, exige quod leges habent. Si autem disputatio legalis in medium mittitur, interrogo te his quid desideras disputare, quid petiueris, quid egeris, quid contra me dixeris. Quem si inuenero vera dixisse, necesse habeo eius legis disputationem committere. Si autem cognouero a perfidia atque mendacio te cœpisse, necesse est vt tuam personam longe prorsus euitem. Quid enim mihi prodest docere mendacem ? Quid mihi prodest refragatori ac refragaturo reddere rationem? Et alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

XC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem a catholicis tantum postulatam fuisse relecta imperialis sanctio declarauit.

XCI.

Petilianus episcopus dixit : Catholicos nos esse acta contineant. & alia manu : Petilianus episcopus recognoui.

XCII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Necesse

ANNO CHRISTI 411. est me eos nomine appellare, quo eos appellari voluit clementissimus imperator.

XCIII.

Petilianus episcopus dixit: Ante causam nomen inane est illis. Etiam de ipso nomine erit disputatio nobis, atque contentio: cum demum obtinebit hoc nomen, qui fuerit inuentus esse Christianus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum est post habitum conflictum eos catholicos nuncupandos, apud quos veritas fuerit deprehensa. Ego autem etiam in hac parte formam necesse habeo sequi præceptionis augustæ, in qua catholicos eos appellare dignata est.

XCV.

Petilianus episcopus dixit: Sine præiudicio nostro hoc interfari dignata fuerit prudentia tua. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, saluo nostræ appellationis effectu.

XCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sanctitas vestra, si eos falso hoc nomine asserit nuncupandos, negotium proponere tandem aliquando dignetur, quatenus de præsumpto nomine, si potuerit comprobari, pars e diuerso consistens, in omnibus confutetur.

XCVII.

Emeritus episcopus dixit: Magnis actum est voluminibus, & respondere noluerunt, tenentes apud se quodam præiudicio voluntatem, ne satisfacerent iudicatis. & cum diceret, alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui: Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quibus iudicatis? & alia manu: Emeritus episcopus dixit: Vel illud reuerentiæ ac patientiæ iudiciorum præstare dignentur, vtrum petitoris loco adstant, vtrum ipsi proponant, vtrum ipsi nos in iudicium vocent, vt cum ex eorumdem responsione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propositiones respondere valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

XCVIII.

Anno Christi 411.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Respondeatur obiectis. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecclesia, quod audire non vultis, & necesse est audiatis, quoniam tot testimoniis & diuinis eloquiis proclamatur, toto terrarum orbe diffusa, cuius communionem videmur tenere, falsis criminationibus a vobis appetita est. vnde extitit vestra separatio, quam dolemus. Istæ criminationes quibus insectari soletis ecclesiam toto, sicut promissa est, orbe diffusam, hodie audire volumus vtrum veræ sint. Si enim veræ sunt istæ criminationes, quas ecclesiæ memoratæ obiicere consuestis, si eam pollutam, maculatam, euersam, destructam & extinctam, nescio quibus vestris criminibus demonstrare potueritis, supererit vt quæramus, vtrum apud vos remanserit, quam vbique periisse clamatis. Si autem illa perire non potuit, superest vt eam vos agnoscatis, & litem tandem aliquando finiatis. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis prosecutionem partis aduersæ: cui respondere dignamini.

XCIX.

Emeritus episcopus dixit: Puto importunum esse alienam causam velle defendere, & in id medium negotium mittere, quod præter ruborem non potest vnusquisque sine mandato in iudicio ventilare: Possem enim nunc asserere & clamare aduersus istos vniuersum orbem reluctari, reniti. Non vobis mandaui, ab huius cognitionis euentu longe mea posita est conscientia, ego agnosco victorem, quicumque iustis legitimisque ex causis Christianus fuerit approbatus, ille meus est catholicus, illi hoc nomen imponitur, ille debet sibi hanc regulam vindicare, quamuis ipsa catholica quæ nunc pro præscriptione partis aduersæ quasi in fronte quadam rite aduersum nos temperari cognoscitur, medium esse debet, & in iudicio ita constitui, vt hoc nomen victor accipiat. Intelligit prudentia tua nihil nobis de peregrinis, nihil nobis de longe positis præiudicari posse, cum inter Afros hoc negotium ventiletur; sed magis hoc expectari, vt quicumque ex veridica cognitione fuerit superatus, is ab orbe videatur esse reiectus. Intelligant e diuerso venientes, propositio-

ANNO CHRISTI 411. nibus noſtris ſe reſpondere debere, vt adſtantes aut non adſtantes, quid perſonæ gerant, dicere non morentur, vt eorum intentionibus reſpondere valeamus. & alia manu: Emeritus ſaluo noſtræ appellationis effectu.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid refertur?

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Perſonas primo die iudicii eſſe firmatas, & ſequenti etiam die interlocutionis tuæ. & cum diceret, & alia manu: Recognoui:

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aliud quæſitum eſt.

C.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Interlocutionis tuæ forma declarauit. Sed quia dicit cum peregrinis Chriſtianis non ſe habere aliquam rationem, ſed hoc totum quod agitur inter Afros agi; Afrorum Chriſtianorum catholicorum hæc vox eſt: Nos vniuerſo orbi Chriſtiano communione cohæremus: hanc eccleſiam elegimus retinendam, quam in eis ſcripturis inuenimus. & alia manu: Recognoui.

Emeritus epiſcopus dixit: Sic ſemper eligere & mutare conſueſti. & alia manu: Emeritus epiſcopus ſalua appellatione recognoui.

CI.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Nos eam eccleſiam retinemus, quam in illis ſcripturis inuenimus, in quibus etiam cognouimus Chriſtum. Scripturæ quippe noſtræ, quarum auctoritati vtrique ſubdimur, Chriſtum & eccleſiam tamquam ſanctum commendant coniugium, Chriſtum ſponſum, illam ſponſam. Vbi illum cognoſcimus, ibi & illam inuenire debemus. Si itaque nunc exorti eſſemus, & cogitaremus in Africa cui communioni Chriſtianorum ſociari debemus, procul dubio eam tenere debuimus, quam in ſcripturis inueniremus, & criminatrices opiniones hominum repudiare, ad ſola eloquia diuina, quæ mentiri neſciunt, nos tenere. Hoc fecerunt Chriſtiani Afri, & appellantur & merito ſunt catholici, ipſa ſua communione nomen teſtantes: catholon enim, ſecundum totum, dicitur. Qui autem a toto ſepara-

tus est, partemque defendit ab vniuerso præcisam, non sibi vsurpet hoc nomen, sed nobiscum teneat veritatem. & alia manu: Recognoui. Anno Christi 411.

CII.

Gaudentius episcopus dixit: Catholicum nomen putant ad prouincias vel ad gentes referendum, cum hoc sit catholicum nomen, quod sacramentis plenum est, quod perfectum, quod immaculatum, non ad gentes. Nam doceat sibi omnes gentes communicare, & plenus est catholicus. Sed prius est tamen, vt doceant quid petierint, quid meruerint. & alia manu: Gaudentius episcopus salua appellatione nostra recognoui.

Petilianus episcopus dixit: Vtrum debeant edere quæ poposcimus necne, statuere dignare, vt scilicet. cum diceret: & alia manu: Petilianus episcopus sine appellationis nostræ præiudicio recognoui: Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Aut interloquere, aut iube nos satisfacere postulatis. & alia manu: Recognoui.

CIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad transacta recurritur. & adiecit: catholici nominis doceatur assertio, & illud quod pars e diuerso sistens credidit prosequendum, vtrum in omnibus gentibus eadem catholica esse ostendi possit ecclesia.

CIV.

Emeritus episcopus dixit: Si proponit, doceat. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Petilianus episcopus dixit: Dignare pronuntiare de supra comprehensis. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui. Emeritus episcopus dixit: Si proponit, doceat. Nam si proponere noluerit, quemadmodum docebit? & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis interpositæ recognoui.

CV.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia de singulis. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod postulauerunt, doce me. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Hoc nobis debet tua persona. & alia manu: Petilianus episcopus

ANNO CHRISTI 411. pus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CVI.

Emeritus episcopus dixit: Petimus vt nulla sit mora, vt aut proponentis aut respondentis possit esse persona. Igitur quoniam approbandum est, & de causa iam in iudicio ventilandum, edicant vtrum petunt, aut respondent, vt cum eorum intentionem in iudicio videro, valeam respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

CVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta poscuntur, sanctitas vestra dignetur edicere, vtrum petitoris loco in iudicio adstare videatur.

CVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tuæ sublimitatis est iudicare, nos ad eorum criminationes refellendas ingressi sumus. Solent ecclesiam quam tenemus crimine traditionis arguere. & alia manu: Recognoui.

CIX.

Emeritus episcopus dixit: Quis me in iudicium vocauit? ad cuius suggestionem conflictum voluit fieri imperator? & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis recognoui.

CX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Solent ecclesiæ quam tenemus, crimina traditionis obiicere, & nescio quorum peccatis eam contendere esse destructam & extinctam. & alia manu: Recognoui.

Emeritus episcopus dixit: Non hoc a te petii: fac satis iudicatis. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Atque his criminationibus fallere corda simplicium, de quorum salute satagimus, his nos permoti, conuenimus eos, vt nobiscum conferrent, & quod intendunt vtrum probare possent in ecclesiam cui intendunt ostenderent. Quam conuentionem nostram quoniam recusauerant, cum autem nuper in comitatū venissent quidam illorum apud acta etiam præfectoria dixerunt audiri se velle, discuti velle amplectentes nos, aliquando eorum de collatione consensum, petendum ab imperatore

credidimus, vt collatio ad hoc fieret, vt ea crimina quæ Anno Christi 411
solent dicere in vniuersam ecclesiam aut probarent, vt veritas appareret, aut non probarent, vt nihil ominus veritas appareret. Hæc crimina si volunt aut possunt ostendere, proferantur & demonstrentur. Si autem non possunt aut nolunt, iam tuæ sublimitatis est de re tota, sicut ratio ipsa indicat, iudicare. & alia manu: Recognoui.

CXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis prosecutionem partis aduersæ. Si quid obiicitis, iamiamque proponite.

CXII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiet prius nobilitas tua vtrum recte petamus quæ petimus, necne. tum demum eis ad singula respondebimus. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recte vos petere prosecutionis vestræ textus ostendit: & recte respondisse partem e diuerso sistentem, eorumdem similiter prosecutionibus declaratum est. Assertum est enim quod criminibus nescio quibus ecclesiam quam tenent a vobis hodieque asserant incestari. Quæ si qua sunt, debetis edicere. Si vero non sunt, est necesse vt ad hæc respondere dignentur.

CXIV.

Emeritus episcopus dixit: Sic igitur causa, hæc iudicii forma est, sic veritas inquiritur, vt de persona taceatur. Dicit me nescio quo auctore crimina in ecclesiam ventilare, & quasi per famam quamdam honorem suum meritumque destruere: quidquid velit, quo nomine velit, quo potest argumento, huic ipsi causæ nomen imponat, necesse est, vt quia iterum prouocat, petitor assistat. Vtrum ego dixerim necne, vtrum vere dixerim anne confinxerim, cum ipsius propositione cognouero; cum ea quæ mihi obiicit vera esse, & ex me prolata constiterit, tunc demum necesse est eorumdem me intentionibus respondere. Videt ergo prudentia tua sine prouocante respondentis esse superfluam personam, nec posse quem-

ANNO CHRISTI 411. quam dici respondentem, nisi primo fuerit prouocator. Ergo si prouocatoris loco, hoc est quod dicitur petitoris adsistit, instituat actionem, cui respondere debeam. Sæpissime enim dicunt, nos superfluis moratoriis vti, ne ad negotium veniatur. Ergo cum iste cardo sit causæ, vt is qui alterum in iudicium vocat, instituere actionem debeat, & prouocare ad responsionem, aduertat prudentia tua, eos prosequi debere, vtrum nobis vel quam instituant actionem, vt respondere possimus. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis nostræ recognoui.

CXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat pars catholica vtrum e diuerso sistentibus obiiciendum aliquid credit.

CXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos collationem poposcimus vbi obiecta diluamus, non vbi obiiciamus diluenda. Quandoquidem cum illi obiecta probare non potuerint, quid sint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifestum erit omnibus, & a tua sublimitate iudicabitur. Nunc ingressi sumus diluere criminationes eorum, quas solent ecclesiæ quam tenemus obiicere: mandatum quoque ipsorum hoc continet: Aduersus traditores & persecutores nostros. Quondam autem Primianus, si dignatur, frater noster, conuentus pro ipsa collatione respondit: Indignum est vt in vnum conueniant filii martyrum & progenies traditorum. Hæc crimina diluenda suscepimus: vt hæc crimina diluantur istam collationem poposcimus. Concessa est: aut probentur aut purgentur. & alia manu: Recognoui.

CXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandati series traditorum partem e diuerso sistentem esse profitetur. Collationem vero, si tamen prosecutio catholicæ partis veritate subnixa est, ab vtrisque partibus constat esse postulatam. Vnde nunc id quod mandato videtur expressum, sanctitas vestra probationibus fulcire dignetur. Accepistis enim ex eorum prosecutionibus magis a vobis aliqua obiici, & ea obiecta se velle diluere.

CXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiare dignare de persona, tunc itur in causam. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam non est nostrarum partium, de hoc aliquid superfluo respondere. & alia manu: Recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Interlocutiones superiores sublimitatis tuæ recitentur, & agnoscant quid postulant. & alia manu: Recognoui.

CXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si collationem ab vtriusque partibus constat esse postulatam, constat eum esse petitorem, qui crimen intendit.

CXXI.

Emeritus episcopus dixit: Doceat ab vtriusque partibus collationem esse in iudicio flagitatam. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Docemus. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc pars catholica docere debebit.

Adeodatus episcopus dixit: Catholicos nos esse scriptum sit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam saluo appellationis effectu recognoui.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Donatistas vos esse ex Primiani mandato docemus. & alia manu: Recognoui.

CXXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Cæcilianistas vos esse scriptum sit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

CXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si præcipis, gesta recitamus, in iudicio habita præfecturæ, vbi se pars aduersa audiri tantopere flagitauit: Et ideo, si præcipis, recitentur. & alia manu: Recognoui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Gesta habita in iudicio illustrium potestatum, susceptа ab officio recitentur.

Petilianus episcopus dixit: Contra hæc serua quæ competunt. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Salua erunt. Petilianus episcopus dixit: De persona pronuntia. Quid petierint, quid suggesserint clementissimo imperatori; quidve mentiti sint, hoc prodatur. Hic pronuntia vtrum id superflue flagitem, necne. tum demum itur in causam. & alia manu: Petilianus episcopus saluo merito appellationis nostræ recognoui.

CXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem fuisse postulatam missis legatis sermo cælestis ostendit. Hanc fieri euidenti sanctione præcepit, qua iudicem residere pariter constitutum est. Excedere me huius præceptionis formam etiam sanctitas vestra omnino non posse, mecum melius recognoscit.

CXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiare te constanter conuenit, vir nobilis, vtrum proferri debeant illa quæ clanculo habentur, quæ rubore compressa sunt mentientium: aut certe si superflue petimus, hoc pronuntia. & alia manu: Sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si quid est quod contra nos vbi mentitos esse pars aduersa designat proferre poterit, iam proferat, ne superfluis nos accusationibus agens, populus adhuc vsque cui consulere volumus decipiatur. Et ideo si nobilitas tua præcipit, apud præfecturam gesta habita recitentur. & alia manu: Recognoui.

Petilianus episcopus dixit: Ordine suo cuncta legantur. Legantur primo quæ petimus. Et alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXIX.

Anno Christi 411.

Emeritus episcopus dixit: Hoc est quod volebamus in iudicio prodi, vtrum imperialibus auribus intimari nos in iudicio præfecturæ, vel voluntarios adstitisse, vel quæsisse conflictum. Si enim ista dixisses, possem te digestorum fide in iudicio confutare. Si autem non dixisses, intelligat is qui cognitor datus est de omnibus se imperatoriæ notioni referre oportere. Igitur quoniam euidentissime comprobamus istos docere minime valuisse, vel ea quæ imperatoris auribus intimasse se dicunt, vel vtrum ierint, vel quando ierint, vel cum quo mandato ierint, hoc ipsum potestas tua iudicare dignetur: vt si putant personam nostram tamquam petitorum de actorum confectione quæ apud illustrissimas potestates in iudicio habita sunt comprobare, cum excitatione gestorum fuerit approbatum, iudicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

CXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad ea ex quibus constat esse transitum, regressum fieri minime oportere sat clarum est. Vnde vt euidenter petitoris persona monstretur, illustrium potestatum gesta relegantur.

CXXXI.

Petilianus episcopus dixit: Nebula est ista quæ obtenditur. Nam ab initio ipsos esse petitores, certo loco monstrabimus, cum dignaberis de his quæ iamdudum petiuimus atque petimus pronuntiare. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam sanctitas vestra quæ offert per ordinem relegentur. & adiecit: Patimini nunc interim quæ postulata sunt ab officio recitari.

CXXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia, & patior recitari. & alia manu: Petilianus episcopus saluo merito appellationis nostræ recognoui.

CXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Petitoris

ANNO CHRISTI 411. persona tunc aperte poterit demonstrari, cum hoc gestis euidentissimis fuerit approbatum.

CXXXV.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia me recte an non recte petisse, quod diutius flagitaui. Res enim nobis cum populo est, tecum: tu quoque cum populo voluisti habere rationem, qui de iudicio tuo voluisti iudicari. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legantur gesta. & alia manu: Recognoui.

CXXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Pronuntiare me postulat sanctitas tua, cum ab aliqua parte gesta necessaria probationibus publicentur. vnde hoc fieri patiatur sanctitas tua: tum demum, vtrum de parte negotii pronuntiari debeat, existimabo.

CXXXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Aliud ostendit, cum aliud postulem. Conscientia ipsa publica tenet, nec tacebo vlterius, nec differam, vir nobilis, teipsum populo fuisse edictis frequentibus pollicitum, quidquid auditurus esses inter disceptantes scilicet partes, te rursum edictis subsequentibus prolaturum. Tu hoc videris, tuæ existimationis est causa, vtrum tam facile me cogere debeas de causæ meritis disputare, cum id mihi aduersarius meus negauerit, quod ego magnopere postulo esse prodendum. Ipse videris, ipse hoc quomodo volueris extimes. Ego tamen tuam desidero prouidere pronuntiationem, quid hoc loco sentias. Mihi hoc expedit, nolo a populo denotari, quod prætermiserim id, & eumdem locum prætermiserim, vbi occulte video tegi mendacium, quod debeat publicari. Proinde tu, vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco personam, assume illam puram innocentemque constantiam, nec dubites pronuntiare quod licet. Neque enim fas est, vt, cum mihi satisfactum non fuerit, ego cogar ad intima causæ descendere. Vnde quidem magnopere præsumo, sed ea quæ expeto non debeo præterire. & alia manu: Petilianus episcopus saluo

merito appellationis noſtræ recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CXXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt diligentius aduerti poſſit, quid debeat iudicari, patimini geſta recitari.

CXL.

Petilianus epiſcopus dixit: Non is eſt ordo geſtorum, vt hæc primitus recitentur. & alia manu: Petilianus epiſcopus, ſalua noſtra appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil debet partibus denegari.

Adeodatus epiſcopus dixit: Si nihil partibus denegandum, tandem nobis cedendum eſt quod flagitauimus. Oſtendant legationem. Neque enim nudis verbis hæc potuit concipi legatio; ſcripta ſunt, demonſtrentur, prodantur in publicum: videamus vtrum hæc contra nos vera an falſa ſint ficta. & alia manu: Adeodatus epiſcopus proſecutionem meam ſalua appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iam pronuntiaui atque iudicaui, formam me excedere non poſſe imperialis oraculi. Nec enim in iudicio meo legatorum certum eſt diſcuti debere perſonas. Vnde geſta relegantur, vt quis petitoris loco aſſiſtat, clarius demonſtretur.

Adeodatus epiſcopus dixit: Hoc imperator non præcepit vt geſta illuſtrium poteſtatum in iudicio prodantur, & tamen datur aduerſæ parti licentia prodendi. Produnt ipſi quæ volunt, nobis non finitur accipere quod poſcimus. & alia manu: Adeodatus epiſcopus proſecutionem meam ſalua appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et ſanctitas tua quæcumque geſta obtulerit, vel prolaturam ſe eſſe promittit, neceſſe eſt vt eadem relegantur.

Adeodatus epiſcopus dixit: Quæcumque cauſæ neceſſaria ſunt, negari non debent. & alia manu: Adeodatus epiſcopus proſecutionem meam ſalua appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Patere igitur, vt hoc quod cauſæ proprie neceſſarium dicit pars e diuerſo ſiſtens, ab officio recitetur.

Adeodatus epiſcopus dixit: Concedere non poſſum, vt

ea quæ

ANNO CHRISTI 411. ea quæ volunt in iudicio ventilent, nisi ea quæ de ipso flagitaui in iudicio deprompserit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos ista de archiuis accepimus. Si quid est quod & tu accipere potuisti, si recitandum popposceris, & a nobis fuerit contradictum, iniquos deputa, & vicem redde. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Suspicionem iudiciis facis, quod ea non pateris, cum & tibi fas sit vniuersa quæ ingesseris publicare. Vnde tandem aliquando ea quæ oblata sunt recitentur.

Petilianus episcopus dixit: Noluisse pronuntiare potestatem tuam quod petimus, acta contineant. Vlterius non possumus aliquid dicere, maxime cum videam potestatem tuam aliud velle, cum ego aliud flagitem. Pronuntia superflue me postulare quod peto, sit quod teneam, sit quod populus nouerit: tum demum ad necessaria causæ descendam. & alia manu: Petilianus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non possum de eo iudicare, quod necdum est approbatum.

Petilianus episcopus dixit: Vtrum recte petam prodi oportere id quod clanculo imperatori suggesserint, hoc pronuntia. & alia manu: Petilianus episcopus hanc prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Clanculo imperatori nihil suggestum esse, ad vniuersos iudices datæ sanctionis, & ad meam quoque mediocritatem, ipsius recitatione monstratum est: vnde cum ex lectione gestorum agnouero quid debeam iudicare, sine dubio iudicabo.

CXLI.

Martialis exceptor recitauit: Exemplum actorum habitorum sub die tertia Kalendas Februarias Rauennæ. Domino nostro Arcadio perpetuo Augusto, & Probo quartum consule. & cum recitaret, Petilianus episcopus dixit: Si iubes contra hoc aduertit sublimitas tua, non adhuc satisfactum petitionibus nostris, vt exceptione eo-

rum constaret ipsos esse petitores, ipsosque intendere oportere, quæ obiicienda esse putauerunt. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui. ANNO CHRISTI 411.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iam nunc ex lectione gestorum, qui petitor assistat euidenter aperteque monstrabitur.

Petilianus episcopus dixit: Sunt longe primitus gesta confecta, quibus spectabilis viri proconsulis. & cũ diceret, & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Prosecutiones suas formidat, ideo gesta recitari non permittit. Et cum diceret, & alia manu: Recognoui, Petilianus episcopus dixit: Sunt gesta habita in iudicio proconsulari, habita etiam in iudicio vicariæ præfecturæ, quibus nobis plurima intendisse monstrat. Sunt etiam alia quæ de clementissimo imperatore idem scilicet mentientes longe ante petiuerunt, assistentes ac supplicantes, scilicet Theodosio & Ennodio, illos scilicet quos præcursores ac nauigatores semper habent, furiæque suos legatos, qui expetant sanguinem, expetant proscriptiones, incutiant metus, pericula ingerant, homines per prouincias diuersas occidant. Hæc omnia igitur principio præcipe recitari, tum demum eos inuenies petitores. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

CXLII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Qua impatientia & tumultu agant, sit testatum his gestis, interlocutione nobilitatis tuæ: causam enim satis timent, ad cuius meritum omnino descendere nolunt. Non sint vacua omnia quæ a partibus nostris in prosecutionibus tanta dicta sunt de ecclesiæ Dei promissionibus & exhibitionibus. Quid tergiuersantur? Quid nescio quæ forensia rimantur? Iam dignetur nobilitas tua pronuntiare faciem defensionis eorum. & alia manu: Recognoui.

CXLIII.

Petilianus episcopus dixit: Ordine suo a principio cuncta recitentur: tum demum inuenies petitorem. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

ANNO CHRISTI 411.

CXLIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si a principio, ex quo causa ad imperatorem Constantinum miserunt criminum Cæciliani, iube recitari. & alia manu: Recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quia voluistis de prioribus gestis mentionem facere. Et cum diceret: & alia manu: Recognoui,

CXLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc gesta quæ recitari postulat sanctitas vestra, posteriora sunt his gestis quæ obtulit pars catholica, an priora?

CXLVI.

Petilianus episcopus dixit: Non est equidem pars catholica, nisi quæ huius conflictationis sumpserit palmam. Igitur cupimus recitari quæ in iudicio proconsulari & vicariæ præfecturæ, ab ipsis sunt ante longius prompta atque petita. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si de causa præsumeres, ad causæ meritum venires. & alia manu: Recognoui.

CXLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sine præiudicio catholicos dico, sequens nuncupationem clementissimi principis. Vnde ea gesta quæ antiquiora sunt, si placet, ab officio recitentur.

CXLVIII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Offerimus antiquissima, quæ petimus suscipi ab officio, præcipiat nobilitas tua ea recitari.

CXLIX.

Petilianus episcopus dixit: Si hoc potestati tuæ mandatum est, si non recesserunt ab his quæ iamdudum promiserant se legaliter agere oportere, redde nobis illam primam obiectionem, cuius visi quodammodo sumus sub huius exceptionis ratione feciſſe iacturam. Si igitur ad legem se retinet, peruidet potestas tua nullatenus eos harum chartularum, quas proferunt, facere posse mentionem: & nunc etiam atque etiam flagito, vt promant quid eligant, vtrum forensi actione mecum agant, an le-

gali concertatione disceptent. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione, recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Suscipiat officium quæ ab vtrisque partibus offeruntur, & conferat tempus, vt quæ priora esse constiterint, eadem recitentur.

CLI.

Petilianus episcopus dixit: Sensim in causam inducimur. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

CLII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod petistis, offerimus, non vos pœniteat petisse. Antiqua gesta voluistis recitari, hæc in manibus habemus, iubeat nobilitas tua quod offerimus recitari. & alia manu: Recognoui.

CLIII.

Petilianus episcopus dixit: Me id petisse adhuc recalent gesta, vt ea quæ imperatori mentiti sunt, proferant, legant quæ obiecerunt, contra hæc huiusmodi nebulas, vt vellent acta relegere quæ sunt habita in iudicio præfecturæ, his quæ ego longe prætuli, antiquiora. Igitur, vir nobilis, si tenor se ita habet causæ sicut ab initio videtur esse formatus, aut iacturam chartularum istarum publicarum faciant, & ad legalem disceptationem veniant; aut si his rebus vti desiderant, faciant legis diuinæ iacturam. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

CLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Proconsularia gesta & habita in iudicio illustrium potestatum, officium diligenter inspiciat, vt ea quæ priora sunt, primitus recitentur.

CLV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Adea quæ prosecuta est modo pars diuersa, paucis aduertat sublimitas tua: Nos ecclesiam catholicam retinere, ipsa nostræ communionis testificatione monstramus. quam

ANNO CHRISTI 411. ecclesiam probare discedimus, si permittant, non rumoribus humanis, neque errantibus opinionibus, sed diuinis eloquiis declaratam. Vt autem leges, vel gesta, vel quæcumque de archiuis prolata offeramus in hac collatione recitanda, ipsi cogunt, qui talibus agunt. Nam si remotis huiuscemodi omnibus chartis, nollent ecclesiam nisi in scripturis aduerti, nihil vellemus, nihil aliud optaremus. Crimina dicunt traditionis: ea crimina traditionis, aut non probant archiuis & nihil dicunt: aut probant, & archiuis nos vicissim agere compellunt. Itaq; prouidet prudentia tua, distinguendas esse causas, quando cogamur publicis legibus agere; quando autem velimus & optemus negotium ecclesiæ, non nisi diuinis eloquiis terminare. & alia manu: Recognoui.

Petilianus episcopus dixit: Quid elegerit dicat. Ambo enim tenere non poterunt. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam incolumi appellatione recognoui.

CLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Apertissimam prosecutionem partis aduersæ fuisse sat clarum est: in qua id videtur ostensum, vt si traditionis crimen obiicitur, quod sine dubio legibus diuinis non potest approbari, sed gestorum fide diligentius inueniri, tum demum gestis publicis omnia peragantur. Sin vero causa fidei cœperit agi, tunc ad ea quæ veteris & noui testamenti exemplis docenda sunt, venietur. Vnde sanctitas vestra, si petitionem suam prosecutionemque aduersæ partis vult professionibus roborari, euidenter ostendat, vtrum traditionis crimen, quod probari nullatenus potest, nisi quibusdam euidentissimis documentis, agi in iudicio desideret, an tantum fidei causam cupit in iudicio mediocritatis meæ disquiri atque terminari.

CLVII.

Emeritus episcopus dixit: Quæ ad causam pertinent, sæpius me replicare non pudet: adeo enim & in prima fronte negotii postulauimus, vt mandatũ legatorum suorum luce clarius demonstraret, ne, cum hæc in iudicium mitterentur, forte renuerent. Possunt enim dicere: Alia mandauimus, non eadem censuimus, nec petenda ab

imperiali præcepto conſenſimus. Sicut enim nunc.& cum diceret: & alia manu: Emeritus epiſcopus ſalua appellatione recognoui, ANNO CHRISTI 411.

CLVIII.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Hæc vniuerſorum ſubſcriptionibus conſtat eſſe mandata.

CLIX.

Emeritus epiſcopus dixit: Quoniam duo ſunt negotia, duo debent eſſe mandata; mandatum quod in negotio præſenti recitatum actis inſertum eſt; mandatum vero quod legatis videtur traditum, nullo modo recitatum eſt. Debemus ergo aduertere, vtrum & hoc ante, vt imperialibus auribus deferretur, ab iiſdem videtur eſſe conſcriptum, vt cum vtraque mandata in iudicio fuerint recitata, vtrum vnam habuerint voluntatem, iudicare digneris.& alia manu: Emeritus epiſcopus ſaluo effectu appellationis recognoui.

CLX.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Iam toties conclamauimus, mandatum quod iniunctum eſt legatis epiſcoporum, ab epiſcopis flagitant ſibi recitari. Hoc eſt aliena requirere, ad cauſam non pertinentia. Mandatum quod nobis propter collationem cum his faciendam iniunctum eſt, hoc recitatum eſt, hoc eis ſufficiat. Quid ſi enim aliqua legatis mandata ſunt ad cauſam quidem iſtam non pertinentia, ſed quæ ipſos ſcire nolumus? Sufficit quod imperator collationem nos petiſſe ſuo teſtimonio declarauit. Hæc conceſſa eſt, ad hanc venimus, hæc aliquando agatur, ſi veritati aures hominum patent. & alia manu: Recognoui.

CLXI.

Adeodatus epiſcopus dixit: Confeſſus es quæ olim tacuiſti. Oſtendiſti te multa aduerſus nos mandaſſe, quæ ſcire non facile debeamus. Vnde aduertit ſublimitas tua, quid ex eius proſecutione debeamus aduertere, quid illud mandatum continet, quod contra nos mandatum ſcire non facile debeamus. & alia manu: Adeodatus epiſcopus proſecutionem meam ſalua appellatione recognoui.

CLXII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Non

ANNO CHRISTI 411. hoc dixi, non aduertisti, aut dissimulas te audisse quod dixi. Audi, planius hoc dicimus, ne forte culpa mea non intellexeris, dum id obscurius aliquantum dixi studio breuitatis, quod percipere nequiueris. Notum est omnibus multas causas habere ecclesiam, & suam & priuatarum personarum sibimet commissarum: & potest fieri, vt ad episcoporum intercessionem multa pertineant. Secreta nobis committuntur negotiorum & causarum alienarum: in quibus nostra interuentio sæpe postulatur, propter quæ auxilium ab ecclesia poscitur. Hæc prodenda non sunt, ne proditores inueniamur. Sufficit tibi, quod collationem me petisse in causa tua ipse testis est clementissimus imperator. nihil vltra quæras, si negotia aliena non quæris. Negotio tuo sufficit, quod de ipsa imperatoris lege recitatum est, quod nostro mandato subscriptionibusque firmatum est. & alia manu: Recognoui.

CLXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Non possunt in vno mandato diuersa mandari negotia. Sed si forsitan eadem quæ aduersus nos mandastis, etiam aduersus alias prouincias mandasse te constat, bene facis non prodere. Non te cogo, in medium proferas. Quoniam me primum insequi desideras, seruas hoc aliis prouinciis. Ostendisti quid fecisti, ostendisti quid celes, teneo tuum mendacium, teneo falsitatem. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui.

CLXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Prosecutione sua, vir venerabilis, si dignatur sanctitas tua, diligenter aduertere, non aduersum te aliquid se mandasse, sed ea quæ ad te non pertineant, propria prosecutione signauit. Illud tantum euidenter confessus est, collationem se omnimodis postulasse, & hanc fuisse concessam. Vnde illius mandati, ne excedere videamur imperialis præcepti formam, mentionem fieri video non debere. Quapropter ad ea quæ quæsiuit, sanctitas vestra respondere dignetur, vtrum traditionis crimen, quod archiuis publicis poterit monstrari, agi in iudicio velitis, an ecclesiæ & fidei tantum causam cupiatis inquiri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLXV.

Petilianus episcopus dixit: Vrbane nobis eluditur, vt, cum ipsi sint petitores, semperque nostram pacem inquietauerint atque turbauerint, nos loco petitorum constituamur; cum pacis & ecclesiæ Dei possessores semper fuerimus ac simus. Peto igitur nobilitatem tuam vt hunc ordinem serues. Ostendant quid egerint, ibi inuenies petitores. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui.

CLXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si sanctitas tua permitteret vel permisisset gesta recitari, iam olim qui petitoris loco assisteret, potuisset ostendi. Vnde vel nunc antiquiora, vt interfatus sum, gesta recitentur. Petilianus episcopus dixit: Ordinem serua gestorum. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

CLXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eorum gestorum quæ a partibus offeruntur, id est proconsularium & illustrissimæ sedis, tempora recitentur.

CLXVIII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Offerimus chartas antiquiores nostris definitionibus profuturas. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Si iubes, de codice lego. & alia manu: Montanus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

CLXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut statui, ab officio recitetur. Nauigius adiutor numerorum recitauit: Post consulatum domini nostri Theodosii perpetuo Augusti, Idus Septembris Carthagini. & cum recitaret,

CLXX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Antiquiora proferimus. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interim ista quæ antiquiora sunt, gesta in sede illustrium habita potestatum, patimini relegantur. Nauigius adiutor numero-

ANNO CHRISTI 411. merorum recitauit: Domino Arcadio Augusto & Probo v. c. consule. Et cum recitaret,

CLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quæ priora sunt, ab officio suggerantur.

CLXXII.

Rufinus scriba v.c. curatoris, dixit: Ea sunt priora quæ in codice oblata continentur.

CLXXIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecce antiquiora proferimus. & alia manu: Recognoui. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Siquidem sicut suggessimus consulē contineant, Theodosii Augusti & Rumoridi v. c. alia vero consulatum contineant domini Arcadii Augusti & Probi v. c.

CLXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ antiquiora sunt, recitentur. Nauigius adiutor numerorum officii v. c. & spectabilis vicarii recitauit: Æquitatem tuam petimus Septimine v. c. proconsulum summe subl. Multa contra diuinas humanasque leges ab hæreticis de parte Donati ecclesia catholica sustinet. Quæ si vel anterioribus vel recentioribus imperialibus iussis prohibenda & tollenda, postulanda vellemus, nequaquam audere deberent de nostris actionibus conqueri, scientes se, cum nulla tali lege adiuuarentur, schismaticos tamen suos Maximianistas, per iudicum iussa locis ac sedibus eorum pellendos exturbandosque curasse. Verumtamen nos saluti eorum & nostræ existimationi pacifice consulentes, propter caritatem qua Christiani sumus, leniter eos volumus admonere, vt errorem suum cogitando & agnoscendo, non negligant; aut si putant se habere aliquid veritatis, non eam furiosis Circumcellionum violentiis contra publicam quietem, sed tranquilla rationis redditione defendant. Vnde petimus sublimitatem tuam: vt cum eos de hac re per magistratus, siue in ciuitatibus, siue in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiā nobis præberi gestorum, & eos ex allegatione nostra honeste conuenire præcipias: quo consecuti, agamus excellentiæ tuæ apud Deum vberes gratias. Domino Theodosio perpetuo Augusto, & Rumorido v.c. consulibus, Idus

Septembres, Carthagine, Septiminus v.c. proconsul dixit: In quolibet loco antistitibus legis venerabilis ob quietis imperium gestorum conficiendorum tribuitur facultas; hoc etiam tenore huius præceptionis limitato, vt intelligant se deuiæ plebis magistris salubriter petentibus propriæ persuasionis ratiocinia persoluere, vt rebus in medio prolatis amica legis moderatio seruetur, superstitione suppulsa. Data ab vniuersis episcopis catholicis ex consilio Carthaginensi. cum recitaret, ANNO CHRISTI 411.

CLXXV.

Petilianus episcopus dixit: Petitor est qui petit, an quid vocabitur? & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

CLXXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hæc postulauimus, sed præcedentibus vestris criminationibus & accusationibus. Nam proferimus antiquissima gesta, quibus vestri maiores, tunc in tempore ad Analinum venerunt proconsulem, & illi chartas in quibus dicerent maiorum nostrorum crimina esse conscripta, obtulerunt, & rogauerunt, vt eadem ad Constantinum imperatorem misisset. Has offerimus, & petimus nobilitatem tuam vt eas suscipi ex officio & ex ordine recitari præcipias. & alia manu: Recognoui.

CLXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Libellus datus a vobis, euidenter ostendit schismatis & hæreseos crimen obiectum; quod probare vos conuenit.

CLXXVIII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Omnia probabuntur, si ea quæ obtulimus, & suscipi, & ex officio recitari, præcipere fueris dignatus. & alia manu: Recognoui.

CLXXIX.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Vniuersa per ordinem recitentur. Emeritus episcopus dixit: Ergo loco est petitoris. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum chartæ fuerint recitatæ, petitor facilius inuenietur. & alia manu: Recognoui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet ex his geſtis petitorum loco adſtare videantur, tamen melius & euidentius approbabitur, cum omnia fuerint recitata.

CLXXXI.

Petilianus epiſcopus dixit: Si in forenſem conflictum reuertimur, conſtat eos legis diuinæ feciſſe iacturam. Reſpondeant igitur etiam atque etiam quod exegi, vtrum legibus publicis agant, an legis diuinæ conflictum eligant, alterum de duobus: vtrumque enim tenere non poſſunt. & alia manu: Petilianus epiſcopus ſalua appellatione recognoui.

CLXXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc quæ ſanctitas veſtra obtulit relegenda, non ambigitur, quia in iudicio viri ſpectabilis proconſulis acta ſunt, ad forenſem diſceptationem abſque dubio pertinere. Vnde, ſicut interfatus ſum, vt diligentius oſtendatur qui loco petitoris aſſiſtat, etiam illa patimini recitari.

CLXXXIII.

Petilianus epiſcopus dixit: Contra iſta præſcribo: Si forenſis eſt actio, huius temporis cauſam audire præceptus es, vir nobilis: ſi ſimpliciter & eccleſiaſtico more res geritur, acquieſcam in ea quæ lege diuina proferuntur, vel a me, vel a parte diuerſa: ſi autem annoſas antiquaſque chartulas cupiunt recitare, habeo pro me validas præſcriptiones, recito illud tempus, cuius ſub conteſtatione prætermiſſionem interim feci. Lapſum cauſa incurrit, non poteſt rurſus audiri. & alia manu: Petilianus epiſcopus ſalua appellatione recognoui. Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Crimina traditionis obiiciunt. & alia manu: Recognoui. Petilianus epiſcopus dixit: Hoc cauſæ eſt. & alia manu: Petilianus epiſcopus ſalua appellatione recognoui. Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Redde vicem, auditus es cum proſequereris nobis patientibus. Crimina traditionis eccleſiæ quam tenemus, obiicere conſueuerunt. & alia manu: Recognoui. Petilianus epiſcopus dixit: Legaliter agit, an more forenſi? & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Poſſidius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Prior

chartas obtulisti. Et alia manu : Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Redde mihi tempus; calculetur officium de temporibus, vtrum hodierna die causa dicenda sit, ad forenses descendimus actiones. & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CLXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam vestra sanctitas in hac parte iudicare deberet. Constat enim ex consensu vtriusque partis iudicium fuisse dilatum. Cur nunc superfluo temporis præscriptionem obiiciendam esse credetis, cum eam constet, ex consensu partium fuisse secluſam? Vnde nunc ea quæ ad causam pertinent, peragi debere manifestum est.

CLXXXV.

Petilianus episcopus dixit: Quia ipsi se ad forensia contulerunt, ideo forensia postulaui. Respondeatur mihi ad ea quæ postulo. Forensi more agit, an ecclesiastico? & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CLXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Respondeatur obiectis. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si patiatur, ecclesiæ, quam tenemus, sicut omnes nouerunt, quorum solent animos suis solicitare criminationibus, etiam sui mandati tenore declararunt, ecclesiæ inquam quam tenemus, crimina solent traditionis obiicere. & alia manu : Recognoui. Petilianus episcopus partis Donati dixit: Profiteantur ad quæsita: professionem petiuimus, non conflictum. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CLXXXVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si horum criminum iacturam faciunt, de chartis publicis nihil proferimus. Si autem in eadem criminatione persistunt, chartis publicis docemus hanc causam olim esse finitam, nec tamen eos ab huiusmodi obiiciendis criminibus cessauisse. Vnde nunc collationem istam poposcimus, non vt illam causam, quam traditionis Cæciliano & eius collegis obiiciebant, suscipiamus denuo finiendam; sed demonstremus olim esse finitam : vt hoc cogno-

ANNO CHRISTI 411. scentes populi qui nesciunt, & istorum adhuc criminationibus commouentur, tandem aliquando cognoscant, in qua ecclesia Christianæ salutis viam requirant. Si ergo de ecclesia quæritur quæ sit, quanta sit, qualis sit, sola diuina testimonia ad eam demonstrandam sufficient. Si homines appetunt, si hominibus crimina intẽdunt, quamquam ecclesiæ causa ab hominum causa distinguenda est, nec in hominibus spes ponenda est ecclesiæ, si boni sunt; neque si mali sunt, iudicanda est ecclesia deperisse: sed tamen etiam ipsorum causam tamquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi potuerint criminosi, hodie illos anathematizamus: non tamen propter illos ecclesiam a Deo promissam & exhibitam deserimus aut relinquimus. Ipsi ergo eligant quod volunt. Non obiiciant crimina hominibus, & chartæ cessabunt, sola diuina loquetur auctoritas; sola Dei scriptura, cui vtrique subdimur, in medium proferetur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid his refertur?

CLXXXVIII.

Emeritus episcopus partis Donati dixit: Prolixæ orationi respondere non possum: tamen summatim, vt valeo, quæ superflue in iudicium missa sunt, ventilabo, cum optationes a nostris partibus propositas ne vel relectione confundant, vt neque velit esse petitores, neque se dicant responsores adstare, intulerintque nostris partibus prosecutionem; vt si forensis regulæ ordinem tenent, conditionalis diei non omittam internis sensibus notionem. Si autem legalibus magis cupiunt in iudicio colluctari, diuinis scripturis nos eis necesse est respondere. Primum est autem, quod in iudicio flagitamus, vt quoniam de mandatorum suorum allegatione in iudicio vacillant; quippe cum vnum legentes aliud negent, dicantque tamen se legatos ad imperiales aures destinasse antea, secutumque est idemtidem, vt ex responsione gestorum dilucide claruisset, vtrum nos inquietatores essemus, an inquietati ad iudicium veniremus, his tot propositionibus respondere nolentes, ad alia se nescio qua argumentatione deiiciunt. Quæso, vir nobilis, constituant gradũ: dicant se quo ordine quave actione in iudicio consistant.

Nos enim qui adducti sumus ad disceptationem, petitoris loco adstare non possumus. ipsos necesse est proponere, vt eorum propositionibus pars nostra valeat respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CLXXXIX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si petitoris loco assistunt qui crimina obiecta defendunt, tuæ nobilitatis est pronuntiare. & alia manu: Recognoui.

CXC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam prosecutione viri venerabilis Petiliani id constat fuisse signatum, vt vtrum pars catholica, quod nomen sine præiudicio dicere me multis interlocutionibus patefeci, iure publico agi vellet, an certe diuinis testimoniis, euidenter ostenderet. Sed denuo ad quæsita responsum est, ita vt euidentissime monstraretur, si crimina non obiicerentur, a documentis publicis discedendum, quæ probari non posse aliter nisi publicorum certum est attestatione gestorum: sin vero causa ecclesiæ tractaretur, legalia tantum testimonia proferentur. De quibus quid placeat, euidentius designetur.

CXCI.

Petilianus episcopus dixit: Duo sunt quæ præter cetera a diei huius principio cœpimus ventilare. Vnum, vt ipsi legissent quid imperatori clementi suggesserint: aliud, vtrum disceptationem legis diuinæ tenere cupiant, an publicas leges. De vtroque nihil mihi aperte responsum est. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CXCII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad omnia esse responsum superiora testantur gesta. & alia manu: Recognoui.

CXCIII.

Petilianus episcopus dixit: Peruidet igitur sublimitas tua, sensim nos ad causæ interna deduci: peruidet illa tua præstantia & viuacitas sensus, magis mihi interlocutionibus nobilitatis tuæ quam responsionibus aduersariorum fuisse responsum. Igitur euidentius aliquid de-

ANNO CHRISTI 411. cernatur, euidentius constet: nouerim quid debeam respondere. Mihi enim, sicut tua meminit nobilitas, idem a patribus meis mandatum est, vt obiectis respondeam, non vt obiiciam aliquid. Non enim loco petitoris assisto, sed responsuri. Qui sæpius apud imperatoris aures & coram omni populo sane apud se constituto, in crimen nos inuidiamque deducunt, vt hæreticos nominent, vt schismaticos quoque appellent, hoc doceant, hoc diluo, huic rei responsurus sum, si modo se ad legalia conuertant, ipsiusque legis quærant responsa atque iudicia. Sin vero vtraque miscent, euidentius designetur. Nouerim genus actionis, nemo me reprehendat in publico, nemo causæ bonæ infirmum esse iudicet defensorem, nemo iudicet obliquum, nemo aduersarium dolosum & licentiosum, cui omnia permittant, vt cum de his iusta atque euidentia requirantur, libeat illis delicate, quomodo voluerint, nebulas ac tenebras obtendere, vt veniri non possit ad cardinem veritatis. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CXCIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Duo sunt quæ sanctitas tua credidit postulanda: vnum, vt mandatum in quo legati delecti sunt a parte e diuerso sistente, relegeretur: aliud, vtrum a diuinis legibus recederent, euidentissime demonstrarent. Petilianus episcopus dixit: Respondeant breuiter ad vtrumque. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vni rei, quoniam mea intererat, ipse respondi. Nec enim de his legatis poteram dubitare, de quorum legatione pronuntiauerat clementissimus imperator, ne in eius iniuriam refricari aliquid videretur. Aliud vero eorum constat prosecutionibus definitum, quibus id euidenter ostensum est, velle se a publico iure sub ea conditione discedere, si de personarum criminibus taceretis. Vnde quoniam hinc conflictus tantum remansisse cognoscitur, vt qui petitoris loco assistat euidentissime demonstretur, quoniam gesta a vestra parte oblata recitata sint, patimini denuo etiam ea quæ a diuersa parte offeruntur, ab officio recitari.

CXCV.

Petilianus episcopus dixit: Cuius gesta sunt quæ a partibus meis recitata sunt? si absentes essent e diuerso sistentes, licuit tibi, vir nobilis, absentum partes iudiciario animo defensare. Nunc præsentes sunt: ipsi mihi respondeant, ipsi edicant, ipsi ad vtraque quæ proposui, respondere non differant. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nec respondere nos permittis. Petilianus episcopus dixit: Tuum est pronuntiare quid audias; illorum est agere causam, qui aduersus me loco petitoris. & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus recognoui,

CXCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc pronuntiaui vt ex gestorum lectione hæc omnia possint diligenter agnosci. Petilianus episcopus dixit: Ipsi dicant, ipsi profiteantur. & alia manu: Petilianus episcopus incolumi appellatione recognoui.

CXCVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam diximus vnde agamus potius, id est, vtrum publicis documentis an diuinis testimoniis in vestra est positum potestate. Si enim a criminibus hominum cessatis, & nos cessabimus a publicis documentis, & solam ecclesiæ causam diuinis testimoniis asseremus. Si autem ab hominum criminibus non desistitis, necesse est nos & a vobis publica documenta flagitare, & contra vos publica documenta proferre. Hoc autem cum cognitori insinuaremus, quia illi de corde non est excussum multiplicibus & superfluis prosecutionibus vestris, ideo vobis iam a nobis hæc acta esse ipse respondebat, non partes nostras agens, sed suas, cui iam insinuauimus, eiusque cordi penitus infiximus quid dicamus. & alia manu: Recognoui.

CXCVIII.

Adeodatus episcopus dixit: Quo ordine agere debeas, in nostra non est positum potestate, cum ipsum venire in nostra potestate non fuerit. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui.

CXCIX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ergo

ad

Anno Christi 411. ad interrogata respondete. Receditis a criminibus traditionis? Respondeant ad breue interrogatum nostrum. Facitis iacturam criminum quæ soletis obiicere Cæciliano & collegis eius, an in eadem criminatione persistitis? & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad quæsita respondete.

CC.

Emeritus episcopus dixit: Breue suum dicit esse postulatum, breue nostrum debet esse responsum. Omnis actio duas solet suscipere personas; petitoris, & e diuerso respondentis. Cum hæc causa suum ordinem teneat, conflictumque desideret, quid est quod ante principia negotii, quasi quædam mihi electio ex aduersa parte proponitur, vt dicam, vtrum criminibus intentatis Cæciliani refrager, atque ab iisdem quæ obieceram fileam, an obiecta in iudicio valeam confirmare? Memento, iudicum summe, sicut assoles, qui sit ordo dicendi. Nemo enim aduersum se adstanti dicit: Elige tibi vtrum me accusas necne. Nemo dicit: Intentaturus es crimen, an nihil mihi in iudicio oblaturus es, & intentionibus tuis mutum quoddam silentium imponens, inanis ac sine ratione de tam longinquis regionibus venisse dicaris, cum ad hoc ego assistam, vt si me ipse dixerit illa dixisse quæ grauiter ferre aut imperialibus auribus, aut in suo mandato subscripsit, tum demum eligam atque respondeam, vtrum velim intentionibus eiusdem secundum prosecutionis suæ tenorem legum confirmatione robustus accedere, an me ab hac actione remouere. Videt prudentia tua me respondere non posse, cum incertum dixerit, cum nihil tale proposuerit cur debeam reuocare responsum. Dico enim eum vtrum petitor an responsor stet. Ille mihi dicit: Si Cæciliani causam intermiseris, tunc petitor sum; si autem non prætermiseris, necesse est me respondere ad ea quæ videntur obiecta. Si times Cæciliani causam, metuisque tibi aliquid obiectum, tu proponere, tu instituere actionem in iudicio debebis. Attrahe me, & in publicum colloca. Dic me aliquod tibi crimen, quod ad aures imperatorias detulisti, per publicam conscientiam commendasse. Cum ego autem de te magis expetam quid audieris, quid me dixisse, quid me insinuasse iudiciis intimes, cur

metuis? cur vereris actionem istam in iudicio firmare? Nimirum illud attendis, ne petitoris suscipiens personam, ea quæ in iudicium mittis, aut accepta, aut dicta, aut ab aliquo promulgata docere in iudicio compellaris. Attende, vir nobilis, in quo statu sit ista causa, cum ego, qui pulsor, petitionem illorum promi in iudicium petam, eosque, qua possum postulatione, deprecer semper, ne moratoriis ad negotii cardinem venire minime permittamur. Non ergo ex nostra parte est quod adhuc vsque nihil de negotio gestum est, cum, si personam suam iudiciis adstruere voluissent, necesse nos erat obiectis illico respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

CCI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: O breue responsum! Quam multum dicitur, vbi inueniri non potest quid dicatur! Breuiter respondi ego postulationibus tuis. Voluisti ex me scire, vtrum legalibus testimoniis diuinis agam, an publicis gestis. Respondi: si recedis a criminibus quæ non possunt nisi gestis publicis declarari, recedo a publicis gestis, & solis diuinis testimoniis asseram causam ecclesiæ quam defendo. Si autem tu ab illis criminationibus non vis recedere, nec ego recedam ab eis documentis quibus te ostendam falsa crimina, vel nobis vel ipsi ecclesiæ quam retinemus, obiicere. & alia manu: Recognoui.

CCII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad hæc plene constat esse responsum. Quæ autem pars loco petitoris assistat, sciri omnino non poterit, nisi ex recitatione gestorum: quæ, vt statui, quoniam a parte vestra quæ oblata sunt, constat esse recitata, tandem aliquando perlegantur.

CCIII.

Petilianus episcopus dixit: Nemo duo eligit de duobus. Cum ergo proposuerim vt alterum elegisset, ille sibi ambo euidentius vindicauit. Non timeo, non recuso: si hoc potest esse retinendum, serua mihi primitus tempora legum, statuatur dies. Respondeat officium de die causæ, cognoscatur lapsus fuisse: hinc iudica, hinc debes

ANNO CHRISTI 411. ferre sententiam. Siquidem contra me sententiam ferres, si forte defuissem. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui.

CCIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si die decimoquinto venerunt, vt ad quartumdecimum occurrerent, quare octauo Kalendas mandatum constituerunt? & alia manu: Recognoui.

CCV.

Petilianus episcopus dixit: Non inquietasti, sciui te lapsum, superflue ingressus sum iudicium qui intrare non debui post diem lapsi negotii. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quare ad Kalendas se promisit adfuturum esse Primianus? & alia manu: Recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc iube recitari. Quamuis ista transacta sint; quamuis ad illusionem populorum has nebulas iniiciat pars diuersa, tamen etiam hoc petimus, præcipias recitari, vt sic saltim cognoscant, quam impudenter hæc iterum repetant quæ iam ante transmissa sunt. & alia manu: Recognoui.

CCVII.

Petilianus episcopus dixit: Dum non vis designare alterum de duobus, ambo tenens, facis me eadem repetere. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sciũt se in causa ecclesiæ nihil habere: ideo moratoriis agunt. Quapropter, quoniam illa iam transacta sunt, vt cognoscatur qui sit petitor, iube antiqua gesta recitari. & alia manu: Recognoui.

CCIX.

Petilianus episcopus dixit: Si legibus publicis vti vis, præscribo ne legas. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCX.

Marcellinus v.c. tribunus & notarius dixit: Contra

consensus proprios, quod legibus inhibetur, venire desideras: & consensu enim partium constat primum dilatum fuisse iudicium, vt alio die vel tertio, vel certe post editionem gestorum, negotium tractaretur. Vnde, vt quis loco petitoris assistat diligentius declaretur, gesta recitentur. ANNO CHRISTI 411.

CCXI.

Petilianus episcopus dixit: Seruarem consensum, si & ipsi seruarent. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur gesta. Adeodatus episcopus dixit: Contra hæc serua quæ competunt. & alia manu: Adeodatus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ rationi & æquitati competere potuerint, salua erunt.

CCXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Si enim consensus seruandus est, & retinendi sumus ad consensum nostrum, debent etiam nobis ipsi fidem sui consensus, qui se legibus diuinis acturos esse promiserunt. & alia manu: Adeodatus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sed causam ecclesiæ, non causam Cæciliani & collegarum eius, quibus crimina intenditis; ecce pollicemur, & toties pollicemur quoties exactum fuerit a nobis, & cum non exigitur, offerimus. Ecclesiæ causam non nisi diuinis testimoniis firmamus, docemus, ostendimus: Cæciliani autem & quorumlibet hominum, non nisi his documentis quibus solent ista vel demonstrari vel purgari. & alia manu: Recognoui.

CCXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista frequentius dicta sunt. Vnde quoniam constat primitus petitoris personam debere disquiri, gesta recitentur. Martialis exceptor recitauit: Incipit relatio Anolini proconsulis, vbi ostendit Donatistas Cæciliani causam ad imperatorem Constantinum detulisse. & cum recitaret,

ANNO CHRISTI 411.

CCXVI.

Montanus episcopus dixit: Vt quid iste titulus legitur? & alia manu: Montanus episcopus salua appellatione recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Neuter titulus actis inseretur. Martialis exceptor recitauit. Augustis nostris Anolinus v. c. proconsul Africæ. Scripta cælestia maiestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano, & his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, deuotio mea apud acta paruitatis meæ insinuare curauit. & cum recitaret,

CCXVII.

Petilianus episcopus dixit: Vnde hoc profert: ex publico scrinio, an de suo? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legat, & tunc de nobis exigat huius lectionis firmitatem. & alia manu: Recognoui.

CCXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ante lectionem vnde proferas, euidenter ostende.

CCXX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si inde dubitant, archiua proconsulis requirantur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam in archiuis publicis ea quæ recitantur inesse dixisti, sicut cœperat officium, omnia relegere debebit: Martialis exceptor ex superioribus gestis recitauit: Eosdem hortata est, vt vnitate consensu omnium facta munere maiestatis vestræ liberati esse videantur, catholica custodita sanctitati legis debita reuerentia, ac diuinis rebus inseruiant. Verum post paucos dies extiterunt quidam, adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ, atque impendio postularunt, vt ad sacrum ac venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem. Quæ, manẽte Cæciliano in statu suo, subiectis eorumdem actis, quo cuncta maiestas vestra possit dignoscere, paruitas mea dirigere curauit. transmisi libellos duos. vnus

in aluta ſignatus ita : Libellus eccleſiæ catholicæ criminum Cæciliani, traditus a parte Maiorini. Item alius ſine ſigillo cohærens eidem alutæ. Datum die decimoſeptimo Kalendarum Maiarum Carthagini, domino Conſtantino Auguſto III. conſule. Quo recitato,

CCXXI.

Petilianus epiſcopus dixit: Quis eſt iſte qui agit? Cæciliani filius eſt, an non? & alia manu : Petilianus epiſcopus ſalua appellatione recognoui.

CCXXII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Ne vobis dicatis patrem in terra: ſimul audiuimus, ſimul legimus, ſimul populis prædicamus. Quid de me quæris vtrum ſim filius Cæciliani? Cæcilianus, ſi innocens fuit, gaudeat de ſua innocentia me congaudente, non in eius innocentia me ſpem meam ponente. Si autem nocens fuit, quod fortaſſe diſcuſſa cauſa vel ſic vel aliter declarabit, ſuſtinuit eum eccleſia quam teneo, vt a ſimilitudinibus dominicis non recedam, ſicut paleam in area, ſicut in eiſdem paſcuis hœdos, ſicut in eiſdem retibus piſces malos: non tamen propter malos nos aut aream dominicam deſerere debemus, aut retia dominica nefaria animoſitate diſſenſionis abrumpere, & in mare ante tempus litoris proſilire. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Sicut ſtatutum eſt, omnia relegantur.

CCXXIII.

Emeritus epiſcopus dixit : Iube nos proſequi. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Agite. Emeritus epiſcopus dixit: Recitata ſcriptura quam pars aduerſa protulit. & cum diceret, & alia manu : Emeritus epiſcopus recognoui,

CCXXIV.

Fortunatianus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quis poſſit eſſe petitor, his geſtis poterit inueniri. & alia manu: Recognoui.

CCXXV.

Emeritus epiſcopus dixit : Recitata ſcriptura quam pars aduerſa protulit, conſors meus iuſta proſecutione

ANNO CHRISTI 411. signauit, nomen sibi imponere debere eum qui causam defendit in iudicio Cæciliani. Sed artatus is nobis e diuerso veniens, quasi quodam lubrico fugere atque elabi conatur, duas in iudiciis inferens personas & geminas actiones. Dicit enim: Si Cæciliani persona pro obiectis criminibus poterit destrui, Ecclesiæ, inquit, nihil oberit; cum vnius hominis persona destructa adstare videatur in fide. Quid ergo opus est, vir sublimis, Cæciliani causam in medium mittere, si nihil obestis, si nihil aduersus eos facit? aut cur in iudicio defenditur vel accusatur? Cum enim dicat, neque sibi obesse eiusdem reatum, neque posse aliquam nebulam vel maculam ecclesiæ innectere: vides ergo superflue Cæciliani nomen in iudicium missum, cum hac quasi peremptoria præscriptione excusatus esse videatur; vt si reus sit, ab ecclesia videatur extraneus; si innocens, quasi obiectis criminibus purgatus atque liberatus, bene in ecclesia sua stetisse videatur. Iudica, vir sublimis, vnum eos tenere debere. Si Cæciliani causam defendunt, superbire se & prosequi ea quæ in iudicio aduersus Cæcilianum de veritate promuntur: si autem dicunt obesse sibi omnino non posse quid fecerit Cæcilianus, quid opus est Cæciliani causam in medium mittere, cum eis obesse non possit si fuerit in iudicio reus manifestissimus deprehensus. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Doceatur a parte diuersa quod quæritur.

CCXXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cæciliani causam vel collegarum eius solent ipsi ecclesiæ catholicæ obiicere, vel, vt sine controuersia loquar, ipsi ecclesiæ quam tenemus. Proinde, vt video, magnum volunt afferre compendium. Si hanc causam non obiiciunt ecclesiæ quam tenemus, dicant quid ei obiiciant. Si enim nihil, quare separamur? Si aliquid præter causam Cæciliani, id ipsum offerant, id ostendant. & alia manu: Recognoui.

CCXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Tu quis es? filius es Cæciliani, an non? tenet te crimen Cæciliani, an non? si fue-

rit ? & cum diceret, & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui, ANNO GRATIAE 411.

CCXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ego in ecclesia sum, in qua Cæcilianus fuit. & alia manu : Recognoui.

CCXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Vnde cœpisti? quem habes patrem? Alioquin si patrem tuum damnaueris, hæreticum te esse profiteris, qui nec originem vis habere, nec patrem. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXXX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: In ecclesia sumus, in qua Cæcilianus episcopatum gessit, & diem obiit. Eius nomen ad altare recitamus, eius memoriæ communicamus, tamquam memoriæ fratris, non tamquam patris aut matris. Quæris autem a me vnde communio mea sumat exordium. Dominus ipse Christus asserit exordium communionis meæ dicens : *Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem.* Cœpit ista prædicatio ab Ierusalem: inde se ab illustrissimo exordio diffudit, diffundens ecclesiam quam tenemus. Primo per vicina, deinde per longinqua etiam in Africam venit. In hanc oculos aperuimus, hanc in diuinis eloquiis & testimoniis, sicut ipsum Dominum Christum & redemptorem nostrum comperimus : ab illo Deo patre, ab hac ecclesia matre, nullius me hominis crimina, nullius calumniæ separabunt. & alia manu: Recognoui. Luc. 24.

CCXXXI.

Petilianus episcopus dixit : Cæcilianus tibi pater aut mater est, vt dixisti? & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam audisti quia frater erat. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Frater non est, qui generat filios. & alia manu: Petilianus episc. appellatione incolumi recognoui.

CCXXXIII.

ANNO CHRISTI 411.

CCXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Nec patrem nec matrem ſibi eſſe Cæcilianum apertiſſima proſecutione ſignauit. Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit : Cæcilianus non eſt pater meus. Si bonus eſt, frater meus eſt bonus, ſi malus eſt, frater eſt malus. Tamen propter ſacramenta frater eſt, ſiue bonus, ſiue malus. & alia manu : Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt nec patrem ſuum nec matrem Cæcilianum fuiſſe diligentius demonſtretur, eiuſdem proſecutio ſuperior relegatur.

CCXXXIV.

Petilianus epiſcopus dixit:Satis illos defendis per Deum. & alia manu : Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXXXV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit : Ecce dico, quoties voluerint, dico : Cæcilianus non eſt pater meus, quia audio Dominum meum dicentem : *Ne vobis patrem dicatis in terra : vnus eſt pater veſter Deus.* Matth. 23. Dico Cæcilianum fratrem ; bonum fratrem, ſi bonus ; malum fratrem, ſi malus eſt ; quoniam propter communia ſacramenta frater meus eſt. Si autem iudicium de illo meum vis audire, etiam innocentem credo, appetitum falſis criminationibus exiſtimo, ſed tamquam homo de homine exiſtimans, non tamquam certum aliquid credens. Tu ſi obiicis eccleſiæ crimina Cæciliani, aſſiſto, defendo tamquam fratris, oſtendens non pertinere ad eccleſiam, nec ad eius cauſam, nec ei præiudicare ; & ſic demonſtro nihil te obiicere eccleſiæ catholicæ, etiamſi vera fortaſſe, quod nullo modo poteris demonſtrare, ſint crimina Cæciliani. Si autem nec ipſa vera potueris demonſtrare, etiam te iudice vides vbi remanſeris, & quid reiecta tandem animoſitate erroris eligere debeas, vt nobiſcum teneas veritatem, nobiſcum amplectaris, damnato errore, caritatem. & alia manu : Recognoui.

CCXXXVI.

Petilianus epiſcopus dixit: Ipſa illa ſunt ambigua, quibus ab hodierni diei percurrit principio, nec tamen ſe alterum tenere aliquando profeſſus eſt, cum vtraque

magno amplexu retineat, vtrumque metuens dimittere vel tenere. Tandem aliquando expreſſius dicat, vtrum patris loco habeant Cæcilianum, ex quo deducta eſt iſta progenies. Non enim poteſt aliqua res ſine generatore ſuo naſci, aut ſine capite incipere, aut ſine radice ſua creſcere. Videt igitur nobilitas tua ſe originem non habere ſæpius proteſtatum. Si igitur originem non habet; ipſe eſt magis hæreticus, qui non habet patrem, qui habitum patrem iudicio ſuo damnauit. Adſtipuletur igitur, vt ſi criminoſum patrem eius conſtiterit, eum crimina teneant; ſi autem innocentem, neceſſe habeat eſſe filius innocentis: ita quoque e diuerſo neceſſe habeat, vt ſit filius criminoſi, ſi conſtiterit criminoſum. & alia manu: Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CCXXXVII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Habeo caput, ſed Chriſtus eſt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Diligentius demonſtretur, vtrum patrem veſtrum Cæcilianum, aut matrem, ſicut quæſitum eſt, eſſe dicatis. Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Habeo caput, ſed eſt per cuius Apoſtolum audio. & cum diceret; & alia manu: Recognoui,

CCXXXVIII.

Petilianus epiſcopus dixit: Quis te ordinauit, vt epiſcopus eſſes? & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui ſaluo appellationis effectu.

CCXXXIX.

Montanus epiſcopus dixit: Et quid eſt, quod dicit Apoſtolus Paulus: *Si decem millia pædagogorum habueritis in Chriſto, ſed non multos patres. per Chriſtum enim ego vos genera-* 1. Cor. 4. *ui per euangelium.* Cumque ſtreperent,

CCXL.

Alypius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: De tumultu teſtatum ſit. & alia manu: Recognoui.

CCXLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad quæſita reſponde.

CCXLII.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Habeo

ANNO CHRISTI 411. caput ; sed Christus est, cuius Apostolum audio dicentem: *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus vero Dei.* Nam 1. Cor. 3.
& vbi se patrem dixit Apostolus, ne ipsius paternitatis velut basem humanam infirmitatem crederemus, addidit: *Per euangelium ego vos genui.* Semen ergo & vena semi- 1. Cor. 4.
nis mei de euangelio ducitur. Honorificentiæ causa patres appellamus eos qui nos vel tempore vel meritis præcesserunt. Aliud est cum quærimus ad fidem, quem habeamus patrem; ad salutem æternam, quem habeamus patrem ; ad retinendam ecclesiam & percipienda Dei promissa, quem habeamus patrem. Nam illud honoris est, vt quotidie senibus dicamus pater : quotidie etiam quibusdam non nobiscum in vna ecclesia, nec in iisdem sacramentis constitutis, dicimus frater. Sodomitis etiam dixit Lot, fratres ; vtique ad leniendum eorum animositatem, non ad cognitam fraternitatem, & quasi vnius hereditate consortium. Tollantur ergo ista, distinguamus vocabula, quæ hominibus propter honorem debentur, & vocabulum quod propter salutem requirimus. Pro salute æterna, pace Apostoli dixerim, imo iubente Apostolo dixerim, non pater meus Apostolus est ad salutem æternam, qui mihi dicit : *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed* 1. Cor. 3.
Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. De hoc Dominus dixit : *Nolite vobis dicere patrem in terra.* Vtique sci- Matth. 23.
uit dicturum Apostolum : *Per euangelium ego vos genui.* 1. Cor. 4.
Non enim Domino dicente: *Ne vobis dicatis patrem in ter-* Matth. 23.
ra, contrarius futurus erat Apostolus dicens: *Etsi multos* 1. Cor. 4.
habeatis patres, per euangelium ego vos genui. Sed quia distinxit ad quam rem patrem nobis constituerit Dominus, & pro qua honorificentia eum Apostolum possemus patrem accipere, ideo sic locutus est, vt eius oratio non esset contraria dominicæ veritati. Patres igitur quoscumque agnosco in terra, honorificentiæ causa agnosco. Patrem salutis meæ non teneo nisi Deum ; de quo mihi Dominus dixit: *Ne vobis patrem dicatis in terra ;* Matth. 23.
& cui quotidie dicimus, *Pater noster qui es in cælis.* & alia Matth. 6.
manu: Recognoui.

CCXLIII.

Petilianus episcopus dixit : Quis dicitur qui eum or-

dinauit? dicat, quis eum ordinauit. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ordinator eius inquiritur. Vnde quis eum ordinauerit euidentius designetur. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quem? Anno Christi 411.

CCXLIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quid ad causam pertineat veritatis vniuscuiusque episcopi ordinator, non satis agnoscimus. Testimoniis diuinis. Pater Deus est edoctus. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Qui vocatur, qui eum ordinauit edicat. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ordinauit quem? multi adstamus: multi assertionem causæ secundum tenorem mandati suscepimus. cuius ordinatorem quærit, aut quare quærit, exponat pars diuersa, vt videamus vtrum dignum sit ad hæc respondere. & alia manu: Recognoui.

CCXLV.

Adeodatus episcopus dixit: Augustinus hæc dixit. Dicat, quis eum ordinauit. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non modo Augustini causam suscepimus defendendam, qualemcumque ipse habet. Et cum diceret: & alia manu: Recognoui, Adeodatus episcopus dixit: Hoc est in iudicium causæ desperatæ, vt cum nos flagitemus alia, alia respondeantur; vt quoniam obiectis respondere non possunt, quærant alia quibus nebulas innectant. Dicat igitur Augustinus, quis eum ordinauerit. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Superflua quæri video. & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

CCXLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad interrogata respondere dignare.

CCXLVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Superflua quæri video a fratribus nostris e diuerso sistentibus, & ad ipsa superflua non denego responsionem; dum ta-

ANNO CHRISTI 411. men eccleſiæ cauſa, cui reſponderi nihil poteſt, in fundamento tutiſſimo collocetur. Ego, cuius ordinatorem requiris, homo ſum Chriſtianus, fidelis, quod Deo teſte loquor, catholicus. Vnde adhuc ambigimus quis dignus hoc nomine vocitetur? Ego illam eccleſiam defendo, hanc aſſero qualicumque voce; in qua quidquid fuero, illa eccleſia eſt. Video quo tendas. humanas calumnias conſectaris: & quæ ſoleatis iactare & dicere, non alienum eſt ab auribus vel a cordibus noſtris. Megalius me ordinauit, primatus eccleſiæ Numidiæ catholicæ, eo tempore quo ille me potuit ordinare. Ecce reſpondi. Proſequere, profer quæ præparas, ibi etiam calumnioſus appareas. Ecce dixi ordinatorem meum; profer iam calumnias tuas. & alia manu: Recognoui.

CCXLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepiſti proſecutionem. Vnde quid competat, reſpondere dignare; licet hæc, quæ de perſonis aguntur, cognitionem differre non debeant.

CCXLIX.

Emeritus epiſcopus dixit: Si nulla eſt actio perſonarum, cur Cæciliani in iudicio faciunt mentionem? Aut enim iuſte timent, quod eum deſiderant excuſare; aut ſi ſuperflua actio aduerſus Cæcilianum intenta, liberant mores, vitam purgant, hoc ipſum debent legalibus teſtimoniis approbare. Dicimus etenim multis legalibus documentis, ſacerdotum vitia, ac probroſos mores, & nefariam conuerſationem, maculam aut rugam inferre ſemper eccleſiæ. Vnde enim eſt, quod Apoſtolus ait: *Non habentem maculam neque rugam:* & iterum: *Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe?* Multis etiam documentis lex diuina diffunditur, quibus immaculata vita paſtoris debeat cæleſtibus teſtimoniis approbari. Sed ne per longitudinem proſecutionis audientiæ faſtidium faciam, aut forte præteream quæ competunt cauſæ, quoniam habemus in manibus diuinorum ſacramentorum collectam vndique vniformitatem, idipſum poteſtas tua aduerſum eorum mandatum, quod legaliter ſe ſcripſiſſe dixerunt, iubeat recitari, vt poſt aſſertionem noſtræ proſecutionis lectionemque libelli, ſiue literarum quas in iudicio petimus

Epheſ. 5.

1. Tim. 3.

recenſendas, vniuerſa quæ noſtris partibus competunt, ſpecialiter peragamus. & alia manu: Emeritus epiſcopus ſalua appellatione recognoui. ANNO CHRISTI 411.

CCL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Conſtare quidem primitus volueram, vt quis loco petitoris adſtaret, ex recitatione geſtorum euidentiſſime monſtraretur. Sed ſi vultis ab hac me parte diſcedere, euidenter oſtendite, vt ea quæ offertis debeant recitari.

CCLI.

Montanus epiſcopus dixit: Interim iube recitari, & reſpondebimus. & alia manu: Montanus epiſcopus ſalua appellatione proſecutionem meam recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Romulus exceptor recitauit: Flauio Marcellino v. c. ſpectabili tribuno & notario Ianuarianus & ceteri epiſcopi veritatis catholicæ quæ perſecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegiſque noſtris defenſionem mandauimus. & cum recitaret,

CCLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quantum ex iſtius epiſtolæ quæ profertur principiis demonſtratur, denuo aliud video proceſſiſſe mandatum, cum poſt confirmationem perſonarum, ea omnia quæ partibus competitorum veſtro nomine debuerant iudiciis intimari, quoniam ab illis, poſt mandatum ſemel factum, conſtat tranſiſſe negotium.

CCLIII.

Emeritus epiſcopus dixit: In mandato ſuo legalia quæque ſe poſuiſſe dixerunt. Hæc eadem legalia nos ſcripturis legalibus conuincimus. nihil abſque mandato eſt, imo, vt audientiam prudentia tua præbeat, hoc rogamus. & alia manu: Emeritus epiſcopus ſalua appellatione recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non hæc proferri prohibui, ſed rectius erat vt veſtro nomine qui aſſiſtitis, proferrentur. Emeritus epiſcopus dixit: Cum actio nobis competat, ſcriptura mandati, nihil intereſt, vtrum ex noſtra perſona, an ex eorum qui mandauerunt, dummodo hoc ipſum iubeas recitari. & alia manu: Emeritus epiſcopus ſalua appellatione recognoui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 411.

CCLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Ego enim, ne quod iuris esset omitterem, id videor interfatus. Romulus exceptor recitauit: Magnum iusti cognitoris indicium est, quod vni parti concesserit. & cum recitaret,

CCLV.

Emeritus episcopus dixit: Non legit, non distinguit sensus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CCLVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ipsi legant; concedamus eis quod ipsi nobis concedere noluerunt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ecclesiastici notarii ea relegant, vt apertius designetur, quæ a venerabilibus viris constat oblata. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit ipsos petisse, vt a suis notariis gesta, quæ proferunt, recitentur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil interest a quo relegantur. Petilianus episcopus dixit: Non de fide dubitatur officii, sed de pronuntiatione. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Superflua est ista causatio. Vnde, vt diligentius omnia cognoscantur, ab ecclesiasticis notariis quod oblatum est recitetur. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legantur, concedentibus nobis, quod ipsi nobis concedere noluerunt. Habetdeum episcopus dixit: Ego lego. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lege.

CCLVIII.

Habetdeum episcopus dixit: Flauio Marcellino v. c. & spectabili tribuno & notario, Ianuarianus & ceteri episcopi veritatis catholicæ, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandauimus, magnum iusti cognitoris indicium est, quod vni parti concesserit, alteri non negare, ne vni parti fauere, alteram premere videatur. Quod te pro tua prudentia & longe prospicere, & longius condecet præcauere, maxime cum populos edictis inuites de audientiæ tuæ libramine iudicare. Aduer-

sarii igitur traditores persecutoresque nostri cum elucubratum volumen sui mandati, diuque conceptum & expositum actis ingererent, sine præiudicio equidem nostro libenter audisti. Quod vt huic epistolæ nostræ concedas, impendio postulamus: non quo illorum praua peruersaque doctrina nos terreat, sed ne labor sit defensoribus nostris, contra librum illorum prolixum, & contra prosecutiones eorum confligere, cum nec dies totus causæ sufficiat, nec vox aut latera defensioni, vt liber cum libro, & defensio cum defensione concertet. Quare igitur hanc epistolam nostram petimus accipi atque inseri iubeas; tunc deinde causam audire digneris. Aduersarii enim nostri decursis testimoniis quibus ecclesia cum laude sui vbique diffunditur, id prius mandant suis defensoribus peragendum, vt contra nos, qui ecclesiæ defendimus puritatem, isto modo agant, vt eamdem ecclesiam, habituram in se permixtos simul bonos & malos vsque in finem sæculi, dicant esse prædictam. Cuius rei causam nos magis ostendimus, ecclesiam Domini in scripturis diuinis sanctam & immaculatam fore vbique nuntiatam. Per Isaiam: *Exurge Sion, indue fortitudinem tuam Ierusalem ciuitas sancta: non adiiciet transire per te incircumcisus & immundus.* Et iterum: *Dic filiæ Sion: Ecce tibi saluator aduenit, habens mercedem & opus ante faciem suam, & vocabit illum populum sanctum, redemptum a Domino. Tu autem vocaberis desiderata ciuitas, & non derelicta.* Et iterum: *Confortamini manus dissolutæ, & genua debilia confortamini. Qui estis pusillanimes, nolite timere, Deus noster iudicium retribuet, & ipse veniet, & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, plana erit lingua mutorum, & claudus saliet sicut ceruus: quoniam rupta est in deserto aqua, & fons in terra sitienti. Et adiecit, illic via munda, & via sancta vocabitur, & non transibit illic immundus, neque erit illic via immunda. Etiam illic non erit leo, neque ex bestiis malis ascendet in illa, neque inuenientur in illa, sed ambulabunt illic redempti & electi.* De qua in Canticis Canticorum ex persona Domini scriptum est: *Tota speciosa es soror mea, & reprehensio non est in te.* Quod Paulus apostolus apertissime demonstrauit, dicens: *Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit propter eam, vt eam sanctificaret, purgans eam lauacro aquæ in verbo, & adiungens sibi gloriosam ecclesiam*

Anno Christi 412.

Isa. 52.
Isa. 62.
Isa. 32.
Cant. 4.
Ephes. 5.

ANNO CHRISTI 411.

ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed sanctam & immaculatam. Et iterum: *Desponsaui enim vos vni viro virginem sanctam assignare Christo.* His ergo tot & tantis documentis de ecclesiæ puritate, quæ per spiritum promittebatur, spretis atque contemptis, malos in illa inter bonos esse mansuros per zizaniorum similitudinem incompetenter affirmant, cum ipsam similitudinem Dominus interpretatus sit apostolis suis, dicens: *Qui seminat bonum semen, filius est hominis.* ager autem est hic mundus: bonum autem semen, ii sunt filii regni: zizania autem, filii sunt maligni: inimicus autem, qui seminat ea, diabolus est: messis autem, consummatio sæculi: messores autem angeli sunt, & cetera. *Ager*, inquit, *est mundus*; non ergo ecclesia, sed mundus, in quo boni simul & mali vsque ad messem, id est, vsque ad diuinum iudicium reseruantur. Quia nec potest a Domino interpretata imo corrumpere. Quoniam si apostoli, ipsius Domini comites, in ecclesia zizania, id est, filios diaboli pullulantes, in sanctorum communione dimittendos esse didicissent, nunquam Simonem, Erastum, Philetum, Alexandrum, Deman, Hermogenem, ceterosque consimiles, ecclesiæ liminibus eiecissent. Imo, si ita esset, vacaret totum præconium scripturarum diuinarum, quo iubentur polluti e medio sanctorum sacerdotum diligentia separari; dicente Domino per Moysen: *Legitimum*, inquit, *æternum in progenies vestras, diuidere inter sanctos & profanos, inter mundos & immundos.* Quod alibi neglectum in persona sacerdotum Spiritus increpat, dicens: *Sacerdotes eius repulerunt legem meam, profanabant sancta mea, inter mundum & immundum non diuidebant, & inter sanctum & pollutum non separabant.* Ad hanc parabolam illud quoque aduersarii subiungunt, paleas cum frumentis debere simul in ecclesia permanere. Quod Ieremias repercutit, dicens: *Quid paleis ad frumentum?* & Paulus apostolus: *Quæ particula est fideli cum infideli, aut quæ communio luci ad tenebras.* & Salomon: *Si communicabit lupus agno aliquando, sic pectator iusto.* Pisces etiam bonos & malos vno retiaculo vsque ad litus, id est, iustos & iniustos, vsque in finem sæculi simul contineri & protrahi confirmant; non intuentes hoc de reis latentibus dictum, quo-

2. Cor. 11.

Matth. 13.

Leu. 10.

Ezech. 22.

2. Cor. 6.

Eccl. 13.

niam retiaculum in mari positum quid habeat, a piscatoribus, id est, a sacerdotibus, ignoratur, donec extractum ad litus ad purgationem boni seu mali prodantur. ita & latentes, & in ecclesia constituti, & a sacerdotibus ignorati, in diuino iudicio proditi, tamquam pisces mali, a sanctorum consortio separantur, sicut Dominus in euangelio de latenti reo, qui per obreptionem sacerdotes fefellerat, per figuram loquitur, dicens: *Intrans*, inquit, *rex videre recumbentes, vidit illic hominem non habentem vestimentum nuptiale: & ait illi: Amice, quomodo huc venisti? ille autem obmutuit: & dixit rex ministris suis: Auferte illum manibus & pedibus, & mittite illum in tenebras exteriores: illic erit ploratio, & stridor dentium.* Secundum hanc igitur rationem, frustra dixerunt bonos propter malos sacrilega separatione non deseri; sed malos propter bonos pia vnitate tolerari: cum propter hanc profanam percommixtionem commoueri, & seiunctionem maximam prouocare, alio loco Dominus indignatus ostendat. *Pro eo*, inquit, *quod facta est mihi omnis domus Israel permixtio, omnes æramentum, argentum, ferrum, stannum & plumbum, in medio camini ardentis permixtum. Propterea* (dicit) *hæc dicit Dominus: Propter quod facti estis omnes in permixtione vna, ideo ego recipio vos in medio Ierusalem, sicut recipitur æramentum, & argentum, & ferrum, & stannum & plumbum in medio camini, ad insufflandum in igni vt confletur. ita recipiam vos in ira mea, & concremabo, & insufflabo in vos insufflatione ignis iræ meæ; & conflabimini in medio eius, & scietis quia ego sum Dominus, qui effudi iram meam super vos.* Contra hæc & talia, quibus ecclesia Dei a contaminatione permixtorum immundorum defenditur, clarum est, aduersarii qua conscientia patrocinantes erroribus malos nolint a bonorum communione discerni. Sequuntur enim apertissime blasphemantes, vt dicant, ecclesiam malorum delictis etiam manifestorum non posse maculari, adhibentes exempla prophetarum, qui licet eos increparent pro delictis, tamen se ab eis corporaliter non separarunt; cum ostendamus longe aliud fuisse illud tempus in quo frequentare baptismum, toties quoties peccabant, permittebantur. Tamen etiam sic inueniuntur eidem prophetæ a malorum communione se abstinuisse, quando Sophonias propheta, qui ad Iero-

Anno Christi 411.

Matth. 22.

Ezech. 22.

ANNO CHRISTI 411. boam in schismate positum missus, nec panem nec aquam iubetur accipere; qui circumuentus, violato præcepto, a leone confectus est: Elias etiam & Elisæus altaribus schismatis Samariæ nunquam communicauerint, neque consenserint, qui magis in solitudine morabantur. Osee quoque propheta ostenditur non interfuisse mysteriis eorum quorum sacrificia detestatur & damnat, dicens: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnis qui tetigerit ex eis, inquinabitur.* Amos denique quando potuit Samariæ mysteriis misceri? de quo pseudopropheta ita regi inuidiam facit, dicens: *Conglobationes facit aduersum te Amos, in medio domus Israel. Non potest terra supportare sermones eius*, & ob hoc insuper expellitur. Iam vero in ipsa Ierusalem quomodo poterant prophetæ sacrificiis peccantium hominum communicare, quæ ipsi diuino spiritu pleni damnabant? Isaia dicente: *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. plenus sum. Holocautomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo; nec sic veniatis in conspectu meo. Quis enim exquisiuit ista de manibus vestris? calcare aulam meam non adiicietis. si attuleritis similaginem, vanum: incensum, abominatio est mihi. Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non sustineo. Ieiunium, & ferias, & dies fastos vestros odit anima mea. Facti enim estis mihi in abundantia multa. Iam non parcam peccatis vestris. Cum extenderitis manus, auertam oculos meos a vobis: & si multiplicaueritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et iterum: *Facinorosus autem qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat; & qui similam offert, quasi sanguinem porcinum; & qui thus in memoriam, quasi blasphemus.* Aggæus etiam non modo sacrificia, sed ipsam gentem peccatricem penitus execratur, dicens: *Sic & populus iste, & sic gens ista: & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Et Malachias: *Vos o sacerdotes, qui profanatis nomen meum, & dixistis: In quo profanauimus nomen tuum? & ponentes in altario meo panes pollutos; & dixistis: In quo polluimus illos? in eo vt diceretis: Mensa Domini benedicta est, & quæ superponebantur annullastis.* & ita in omnibus prophetis inuenies: quoniam si communicassent eis quos tantis vocibus condemnabant, præuaricationis crimen incurrerent. Quod ergo inter eos erant, commorationis fuit, non communio-

Osee 9.
Amos 7.
Isa. 1.
Isa. 66.
Agg. 15.
Malach. 1.

nis. In defensionem deinde sceleris sui auctoritatem sibi exemplo Iudæ traditoris assumunt, quo eum dicant a Domino, & præcognitum assumptum, & cognitum toleratum; cum vtique sine præiudicio præscientiæ suæ, Dominus Christus Iudam in apostolorum numerum assumpserit: cognitum sibi, non hominibus, hac ratione pertulerit, qua & hodie perferre videtur occultos. Scriptum est enim: *Quæ occulta sunt mihi, quæ manifesta vobis & filiis vestris.* In psalmis: *Nonne Deus inquiret ista? ipse enim scit latentia cordis.* In Regnorum: *Homo videt in faciem, Deus autem videt in corde.* & Apocalypsi: *& scient omnes ecclesiæ quoniam ego sum scrutator renum & cordis.* Denique Domino cum discipulis recumbente & dicente: *Vnus ex vobis me tradet*; atque respondente eodem Iuda: *Numquid ego sum Domine*; & ab eodem Domino audiret: *Tu dixisti*, detectum se protinus videns, confusus abscessit: sed cum ipsa postmodum turba ad tradendum Dominum venit. Vacant ergo cum solo Iuda patrono inimici dominicæ veritatis, qui suo more defendere reos manifestissimos elaborant: item ad defensionem pollutæ permixtionis suæ verba Apostoli obiiciunt, quibus ait: *Siue per occasionem, siue per veritatem miserebor, quoniam filii fornicationis sunt, quia fornicata est mater ipsorum, dedecorauit eos quæ peperit eos.* & in Isaia: *Quomodo vestimentum consperssum in sanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti: non manebis in æternum tempus, semen nequam. Para filios tuos interfici peccatis patris sui, vt non exurgant.* Et in Regnorum libro tertio: *Et deposuit Salomon Abiathar de sacerdotio Domini, vt impleatur verbum Domini, quod locutus est de domo Heli in Selom.* Iam vero quod dicunt baptismum Christi ita defendi sicut defenditur ipsa catholica vbique & apud omnes esse, decretis patrum nostrorum martyrum beatissimorum compendio breuitatis excluditur. Illud autem quam incaute immemores sui inimici veritatis oppugnant, & apud fures & raptores quoslibet extraneos datum baptisma suscipi debere adhibito incompetenti ad hanc rem testimonio Pauli apostoli, quo scriptū est: *Qui veritatem Dei iniustitiam detinent*, hoc in loco furtum furtiuo voluerunt defendere testimonio: Apostolus enim de gentilibus agens, & incredulos incre-

ANNO CHRISTI 412.

Luc. 8. *Psal.* 43. 1. *Reg.* 16. *Apocal.* 2. *Ioan.* 13. *Matth.* 26. *Philipp.* 1. *Osee* 2. *Isai.* 14. 3. *Reg.* 2. *Rom.* 1.

ANNO CHRISTI 411. pans, ita locutus est, dicens: *Reuelabitur enim ira Dei de cælo* *Ibidem.*
super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei iniustitiam detinent: quoniam quod cognoscibile est, Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Etenim quæ inuisibilia sunt eius a constitutione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas; ita vt sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum, non vt Deum honorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & intenebratum est insipiens cor illorum. Dicentes enim se esse sapientes, infatuati sunt, & immutauerunt claritatem Dei incorrupti, in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum: propter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum in immunditiam. Vnde secundum hunc sensum etiam gentilium inquinata mysteria se suscipere profitentur. Secuti autem sunt errorem suum euidentissimis accumulare blasphemiis, quo dicant eos qui hæreticorum baptisma reprobant, posse Christum reprobare, quod eum dæmonia confessa sunt. Hoc loco non solum sanctorum martyrum decretis insultant, sed magis parati sunt dæmoniorum, quia Christum confessi sunt, communioni misceri. Quod autem subtili breuitate ita dixerunt, eum qui foris baptizatus fuerit, suscipi debere, non vt quod deest, adsit, sed vt quod inest, prosit, in vtroque seipsos circumuenisse monstrantur. Omnia enim hæc, vt supradictum est, sanctorum martyrum sententiis euacuantur: vnde enim fieri potest, si vna est ecclesia, & indiuisus est Christus, vt foris positus baptismum consequatur? Quod vero sibi a nobis obiici dicunt, manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis; & quasi respondentes occurrunt, moribus potius debere homines quam corpore separari; ad hoc non modo moribus, sed etiam corpore malis debere disiungi, multis admodum testimoniis legalibus approbamus. In Numeris: *Discedite a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & ne tetigeritis ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis & vos in omnibus peccatis eorum.* Item Isaias: *Discedite, discedite: exite inde, & immundum nolite tangere: discedite de medio eorum qui fertis vasa Domini.* Item Apostolus: *Vos enim estis templum Dei viui: dicit enim ipse: Quoniam habitabo in eis, & in eis ambulabo, & ero illorum* *Num. 16.* *Isa. 52.* *2. Cor. 6.*

Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Illud vero quale est, vt cum nos eis obiiciamus persecutiones & immanes crudelitates, quibus ipsi & maiores eorum nos patresque nostros per annos centum vel amplius sine cessatione afflixerint atque vexauerint, illi isto non erubescant vti suffugio, quod dicant ab aliquibus nostrorum Maximianistis fuisse persecutiones illatas; cum vtique longe aliud sit vsurpata ecclesiastica & compauperum ciuiliter repetere voluisse, nec vllum ad communionem nostram nolentem inuitumque coegisse, & aliud sit aperto furore per vniuersum populum Christianum omnia mala crudeliter exercere. Quis enim nesciat istos traditores persecutoresque nostros, ab ipso exordio condemnatæ traditionis commentitiis precibus, cunctis in nostram necem huius sæculi principibus supplicasse, atque ad suam communionem contra Dei præcepta minis & proscriptionibus coartasse? Nam, vt omittamus quantus sanguis Christianus effusus sit per Leontium, Vrsacium, Macarium, Paulum, Taurinum, Romanum, ceterosque executores, quos in sanctorum necem a principibus sæculi meruerunt; quando plurimi venerabiles sacerdotes occisi, alii in exilium relegati, Christianitas late vexata, sacrata; stuprata virginitas, proscripti diuites, spoliati pauperes, ablatæ basilicæ, atque acti in fugam profugi sacerdotes? Nostro nunc tempore quanta commiserint nullus ignorat. Episcopis ingesserunt exilia, Christianis fugientibus præcipitia, oppressérunt populos, prædati sunt clericos, inuaserunt basilicas, intulerunt consentire nolentibus plagas: postremo in vno tantum oppido Bagaiensi, eorum causa, multorũ Christianorum sanguis effusus est: & nec sic satiati in hodiernum cessare contẽti sunt. Vnde quia ad hoc tantæ immanitatis eorũ acerbissimos titulos de scripturis diuinis, quibus istã flagitia prohibentur, superfluum sit documenta subnectere, cum talia nec mundanis legibus permittantur, satis sit eorum nos errori respondisse, & quæ superfluo responderunt, diuinis testimoniis eluisse. & alia manu: Dominus te incolumem conseruet, quod optamus. Recognoui.

ANNO CHRISTI 411.

CCLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Id quod lectum est gestis præsentibus adhærebit ; & adiecit : Quoniam in hoc præbitam patientiam constat, ea quæ dudum sunt oblata recitentur, & ad hæc omnia pars e diuerso sistens respondere cogantur.

CCLX.

Emeritus episcopus dixit : Prius testimoniis testimonia reuincant : tunc ad ea, quæ sublimitas tua iudicauerit, veniendum est. & alia manu : Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

CCLXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Permitte nos, vir sublimis, pro causa ecclesiæ non diutius superfluis immorari. atque vtinam fratres nostri e diuerso sistentes hanc epistolam ante illos omnes moratorios sermones suos protulissent, vt iam de ecclesia, vnde causa vertitur, aliquid ageremus. Animaduertit ergo nobilitas tua in hac epistola duo quædam genera vel obiectionum vel rerum inserta, quibus respondere debeamus. Vnum, de diuinis scripturis, & sanctæ legis eloquiis : alterum, de criminationibus humanis, quæ obiicienda nescio qui inuidiosius potius quam verius putauerunt. Ad hæc duo paucis, si Dominus adiuuerit, respondebimus, ne prolixum sermonem tantæ prolixitati reddamus. Quæstio est de ecclesia, vtrum permixtos malos vsque in fine habitura prædicta est, an omnino omnes bonos, omnes sanctos atque immaculatos in hoc sæculo, isto etiam tempore vsque in finem vltimum sæculi. Vtraque testimonia diuina sunt, & vtique repugnantia esse non debent, nec omnino possunt, si intellectorem inueniant. Aream esse ecclesiam non ego dixi, non quisquam nostrum, sed euangelium loquitur, vbi scriptum est : *Venturum qui ventilabrum ferat in manu sua, & mundaturum aream suam : frumenta recondet in horreo.* & cum diceret : & alia manu : Recognoui, Luc. 3.

CCLXII.

Emeritus episcopus dixit : Non legit aream. & alia manu : Emeritus episcopus recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Ioannes dixit : *Mundabit aream* Ibidem.

ſuam, frumenta recondet in horreo. & cum diceret: & alia manu: Recognoui, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quod poſtulat, relegatur. Ann. Chr. 411.

CCLXIII.

Petilianus epiſcopus dixit: De occultis reis hoc dixit euangeliſta, non de euidentibus, quos tu vis tecum eſſe permixtos. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui.

CCLXIV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Proſecutio noſtra pro ipſorum epiſtola habeatur. legi cœpit, nullus a nobis relatus eſt ſtrepitus, nulla interturbatio, nulla interruptio: permittat vt finiam quod cœpi eloqui, & ſic reſpondeat. Quare non nobis rependitur quod prærogauimus? Animaduertit nobilitas tua patientiam noſtram cum tam longa recitaretur epiſtola. & cum diceret: & alia manu: Recognoui, Emeritus epiſcopus dixit: Nos grauat cum ſe dicit eſſe patientem, & non debet de ſe referre ſententiam de quo alius iudicat. & alia manu: Emeritus epiſcopus recognoui.

CCLXV.

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: O ſi eſſes & tu patiens donec finiam quod proſequor! Ergo, vt dicere cœperam, diuina ſunt teſtimonia de zizaniis & tritico, ea quæ intelligere conati: verumtamen de retibus aliquando confeſſi ſunt, quod malos & bonos habitura eſt eccleſia, ſed eos dixerunt eſſe ſacerdotibus incognitos, & ideo non præiudicare bonis, quoniam ignorarentur. Ego autem poſſem qualibuſcumque facultatulæ meæ aſſertionibus oſtendere, illum eſſe veriorē intellectum, quod eccleſia habeat & bonos & malos, zizania ſcilicet & triticum, mundumque ipſum appellatum eſſe pro eccleſiæ nomine: quandoquidem Dominus ipſe dicit: *Non vt iudicem mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum*, cum ſciamus Dominum non ſaluare niſi eccleſiam. & alia manu: Recognoui. Ioan. 3.

CCLXVI.

Emeritus epiſcopus dixit: *Mundus te non cognouit*. Ergo Deum eccleſia non agnouit, ſi mundus eccleſia eſt. & iterum dixit: *Vt reus fiat totus mundus Deo.* & iterum dixit: *Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum eſſet amaſſet: ſed nunc quo-* Ioan. 1. Ioan. 15. Ioan. 8.

niam

ANNO CHRISTI 411. *niam de mundo non estis, propterea odit & persequitur vos mundus.* Et iterum: *Ipsi de mundo sunt, & mundus obaudit eis.* Et iterum: *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo.* & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. Ioan. 8. 1. Ioan. 2.

CCLXVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Omnia ista possemus & nos dicere, & velut contraria primo proposita soluere. Itaque sine causa interrumpunt isto strepitu; quia epistolæ ipsorum possemus talia facere, ne recitaretur. patienter audiant: admoneantur sublimitatem tuam facere, quod sponte facere debuerunt: patienter audiant, non est res leuis quæ tractatur a nobis. Suscepimus hodie respondere, si Deus adiuuerit, prolixæ epistolæ eorum, nec rogare vt edatur nobis, & consideremus, & postea respondeamus, sicut ipsi de mandato nostro fecerunt. Præbeant nobis aliquam patientiam, per incolumitatem tuam. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta postulantur. Patientiam eiusdem prosecutioni certum est debere commodari.

CCLXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Ipse sibi obstrepit, dum longa prosequitur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CCLXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si respondere volunt, remoueatur epistola, & singuli respondeamus: sin autem, permittant responsionem.

CCLXX.

Adeodatus episcopus dixit: Possumus præbere patientiam. & cum diceret: & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui, Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quando legebatur epistola, sic habebamus tamquã ipsi prosequerentur: prosecutioni ipsorum præbuimus silentium: nolo enim dicere patientiam, quia id calumniantur. præbeant nobis & ipsi silentium. & alia manu: Recognoui. Adeodatus episcopus dixit: Possumus præbere patientiam: quam quidem præbemus, si ea quæ pars

diuersa asserit, habeant firmissimam rationem. Nam cum aliter lex interpretetur quam est, quis ferat, quis patiatur silentio afferri præiudicium? & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Serua tibi quod reprehendas si aliquid contradicitur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Promissa patientia præbeatur. Montanus episcopus dixit: Quando omnia in animo retinentur, si non ad singula respondeamus. & alia manu: Montanus episcopus recognoui. Anno Christi 411.

CCLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Tenorem vniuersæ epistolæ patienter constat auditum. consequens est vt responsionem ad singula patienter audire dignemini.

CCLXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ideo & illa conscripta sunt, & hæc excipiuntur. si quid memoriam fallit, & ego possum petere, vt mihi de epistola recitetur, & ipsi possunt, vt illis ex codicibus recitetur. Præbeatur silentium, agamus aliquid. Vt ergo dicere cœperam, ipsis admonentibus, inuenimus in scripturis mundi nomen in malo, mundi nomen in bono. Nam mundi nomen in malo, sicut ipsi dixerunt: *Et mundus eum non cognouit*: & , *Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo*, & cetera. Mundi autem nomen in bono, *Vt credat mundus quoniam tu me misisti*. non enim credere malorum est. Mundi nomen in bono: *Non venit vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum*. Non saluabitur nisi ecclesia in mundo. Cum ergo & in bono mundus, & in malo mundus; vnde ista scripturarum rixa? si intellectore careat. Adhibe lumen intelligentiæ, vide mundum in malo, omnes dilectores temporalium per vniuersas gentes: vide mundum in bono, omnes fideles & spem gerentes æternæ vitæ per vniuersas gentes: *Deus erat in Christo*, inquit, *mundum reconcilians sibi*, si reconciliari potest Deo detestatus ille mundus, de quo dictum est: *Quia non est caritas Christi in eo qui dilexerit mundum*, iudicent qui loquuntur. Audiat ergo patienter nobilitas tua, video scripturã sanctam commixtos bonos & malos,

Ioan. 1.
1. Ioan. 2.
Ioan. 17.
Ioan. 3.
2. Cor. 5.
1. Ioan. 2.

ANNO CHRISTI 411. sicut ipsi de retibus iam confessi sunt, præsignasse ecclesiam. & cum diceret, cumque streperetur, Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit, quia perstrepunt.

CCLXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Vbi est promissa patientia, quæve vicissitudo rependitur? Nonne indicant, quemadmodum diffidant? & alia manu: Recognoui.

CCLXXIV.

Petilianus episcopus dixit: Quid sit mundus, quid sit ecclesia, apertissime definitum est ab ipso auctore mundi atque factore, *per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil est factum.* Ipse enim Dominus dixit: *Mundus hic ager.* Posset dicere, mundus, ecclesia est. Quis igitur hominum audet definire quid mundus sit, cum ipse Dominus huius factor atque opifex iam dignatus fuerit definire? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Ioan. 1. Matth. 13.

CCLXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Qui mundus sit, qui saluandus dicitur, euidenter ostendite.

CCLXXVI.

Petilianus episcopus dixit: Homo dictus est mundus, vbi dixit: *Mundum reconcilians sibi.* non enim sibi Deus belluas, sed homines voluit reconciliari. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. 2. Cor. 5.

CCLXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex his omnibus qui mundi nomine nuncupantur, dicis ecclesiam posse constare, postea declaratam; an certe renuis?

CCLXXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Tollis nos a manifesta præscriptione. Ait Dominus Christus in euangelio: *Ager mundus est.* Et cum diceret. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Patimini ergo, vt ad omnia quæ epistolæ textus continet, respondeant, & tunc plenissime de omnibus iudicabo. Matth. 13.

CCLXXIX.

Hilarus exceptor dixit: Quoniam a diluculo partes

egerunt, & codices binos impleuimus, si iubet paternitas tua, alii nobis exceptores subrogentur, vt ad conferendum exeamus, datis nobis custodibus. Vitalis notarius ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc & ego suggero, quod & exceptor nobilitatis tuæ adstans suggessit. ANNO CHRIST. 411.

CCLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut etiam superiore iudicio factum est, hi qui se tabulas implesse commemorant, cum custodibus exeant, in eorum loco aliis subrogatis. cumque id fieret,

CCLXXXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mundus ergo, non enim aliter & nobis videri potuit, in hominibus intelligitur. non vtique ista stulti simus, vt belluas etiam & quæcumque irrationabilia animantia ad salutem, quam Christus promisit, pertinere dicamus. Prorsus hoc dicimus: *Mundus in maligno positus est*, homines sunt: *Vt credat mundus, quia tu me misisti*, homines sunt: *Mundum reconcilians sibi*, homines sunt, & cetera quæ in malo dicta sunt, homines illi, homines illi: per totum enim mundum, vtrique mali mixti bonis. Sic & ecclesiam, quam confessi sunt, retium nomine declaratam habere malos, sed dixerunt latere piscatores, constat iam quod habeat bonos & malos: de latendo & de non latendo quæstio est, vtrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolerare, ne desererent bonos, an propter malos totum deserere voluerint, quibus mali quid in ecclesia apparuerit, ipsa quæstio est. hoc probamus. Dicimus enim nos, non negligendam quidem ecclesiasticam disciplinam, & vbicumque fuerint proditi mali, coercendos eos esse vt corrigantur, non solum sermone correctionis, verum etiam excommunicationibus, degradationibus, vt humilem locum salutis in ecclesia quærant ad medicinam ipsorum fieri, non odio, sed studio salutis fraternæ: sicut quodam loco etiam ipse Apostolus euidentissime declarat, dicens: *Si quis non obaudit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo.*

1. Ioan. 5.
Ioan. 17.
2. Cor. 5.
2. Thess. 3.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

ANNO CHRISTI 411. Flauius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vellem quidem, quod & omni de votorum intentione nunc cupio, vt quanta ex demonstratione veritatis & tandem proditi erroris orta lætitia est, tanta ex conuersione superstitionis antiquæ, & in melius mutatæ sententiæ gratulatio nasceretur. Magna enim gaudia esse quis dubitet, cum inueteratæ ægritudini prouenit insperata curatio, causamque exultationis in talibus maiorem facit sanitas restituta, quam semper retenta? Sed quia obstinatio mentium perditarum, quas prauæ simul persuasionis vincula nexuerant, ad viam salutis ostensæ aut redire dissimulat, aut, quod est deterius, impudentia reformidat, exerenda iam legum est & exercenda sententia, vt quos ad bonam valetudinem leniora, post apertam cominus veritatem, medicamina non reuocant, acrior restituat curationis intentio. Cui enim ratio proxima, sicut gestorum series subiecta demonstrat, sicut diuinorum quoque voluminum indita exempla testantur, non liquido declaret, alieni, etiam si probari potuisset, sceleris noxa, alium fieri reum omnino non posse: & vniuersalis ecclesiæ statum Cæciliani insimulatione, de quo nihil reprehensibile potuit approbari, non debere subuerti, nec absentiam eorum, qui se a corpore ecclesiæ separant, lata aduersus eum præiudicare valuisse sententia: sicut nec a Maximianistis recenti tempore in absentem Primianum prolata damnatio eidem nocere præualuit? Cui etiam illud ad correptionis causam non omni ex parte sufficiat, tot iudiciis patefacta Donato auctore schismatis comprobatio, Cæciliani persolutio atque purgatio, vltimaque sententia triumphabilis memoriæ Constantini, qua euidentius docetur expressa & Cæciliani innocentia, & Donati sociorumque eius calumniosa criminatio? Felicis quoque Aptungensis ordinatoris eius proconsularis sententiæ documentis ostensa purgatio? Vnde, si hæc tam perspicua & manifesta inueterato nequeunt mederi morbo, putris est vulneris sanies reprimenda, vt libertate præclusa, sibi tantum nocere, quia hoc potius elegit, incipiat. Per hæc enim fiet, vt velit aliquando sanari. Declaratæ igitur veritati detecta falsitas colla summittat. Vnde vniuersos ordinis viros

dominos etiam fundorum, actores, conductores tam domus diuinæ, quam etiam priuatarum possessionum, seniores que omnium locorum, huius edicti auctoritate commoneo, quatenus memores legum, dignitatum, æstimationis, salutisque propriæ, Donatistarum conuenticula in omnibus ciuitatibus & locis prohibere contendant, ita vt ecclesias, quas eis humanitate mea absque imperiali præcepto vsque ad diem sententiæ constat indultas, catholicis tradere sine vlla dilatione festinent, ni malunt tot sanctionum laqueis irretiri: quas quidem, si vnitati catholicæ consentire voluerint, eorum esse sat certum est. Maiore autem causa atque solertia post detectam modis omnibus vnitatem superstitionemq; conuictam, a proprii debent facinoris intentione depelli. Hi autem qui post vetita legum eorum se cœtibus miscuerint, indubitanter intelligant, pœnam se imperiali arbitrio præstitutam vlterius vitare non posse, quos principe loco post agnitæ catholicæ reuerentiam legis ad profanos eorum cœtus communionemque rediisse sat clarum est. Quod vt ante non fieret, patientiæ tantum consideratione, & spe correptionis aliqua ex parte distuleram. Hactenus igitur inimicos fidei Christianis legibus insultasse sufficiat: maxime cum eorum notas certum sit esse personas, quid necesse est tot sanctionum, quem nulla emendatio subsecuta est, nexibus subdi? Ipsam vero catholicorum episcoporum, etiam post victoriam veritatis, nouerint Donatistæ manere sententiam, vt completis collationibus, quas eis & ante oblatas publica conscientia retinetur, & nunc offerri sine dubitatione sat certum est, sese suscipi posse cognoscant. Superioris autem edicti fidem in omnibus certum est reseruari. Vnde vnusquisque Donati communionis episcopus ad loca propria sine vlla debet inquietudine ac molestia remeare, quatenus in propriis constitutus, aut ad vnam veramque ecclesiam reuertatur, aut satis legibus facere sine dissimulatione non differat. Ii autem qui in præsidiis suis circumcellionum turbas se habere cognoscunt, sciant, nisi eorum insolentiã omnimodis comprimere & refrenare gestierint, maxime ea loca fisco mox occupanda. Siquidem tam catholicæ legi, quam quieti publicæ, vt eorum conquiescat

Anno Christi 412.

ANNO CHRISTI 411. insania, in hac parte consulitur. Gestorum autem relectio quæ profertur, superius memoratum a Donatistis errorem schismatis extitisse, atque Cæcilianum & ceteros, quos improbe crediderant accusandos, fuisse purgatos, sanctitatem vestram plenissime poterit edocere.

PROPONATVR.

Ex libro XVI. codicis Theodosiani.

Imperatores Honorius & Theodosius Augusti, Iuliano proconsuli Africæ.

NOTIONE & solicitudine Marcellini spectabilis memoriæ viri, contra Donatistas gesta sunt ea, quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Datum III. Kalendas Septembris Romæ, Constantio & Constante consulibus.

De hac collatione Carthaginensi vide Baron. ann. Domini 411.

[a] CIRTENSE CONCILIVM IN CAVSA DONATISTARVM SVB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXII.

NOTA.

ANNO CHRISTI 412. [a] *Cirtense.*] Hoc Concilium habitum est Cirtæ in Numidia, mense Iunio, anno salutis 412. qui est Innocentii vndecimus. Causa habiti Concilii ista fuit, quod Donatistæ collatione victi & confutati atrocius grassarentur, & verbis simul ac scriptis plura mendacia spargerent, quasi nostri iudicem corrupissent: suæ factionis hominibus autem ne quidem loqui permissum fuisset. Vt his ergo mendaciis occurrerent, hoc loco Siluanus Numidiæ primas, S. Augustinus, aliive plures eius prouinciæ episcopi conuenerunt, acturi & consulturi de communi modo, quo Donatistis calumniantibus, suisque mendaciis collationem habitam irritare conantibus, resistendum foret. Quid vero inter eos transactum sit, & communi sententia decreuerint, licet acta ipsa perierint, synodalis epistola inde ad Donatistas laicos scripta refert. Extat apud Augustinum epist. 152. De qua illud admonendum putamus, quod in fine ip-

Locus, tempus & causa Concilii.

Error in notam consularem irrepsit.

sius octauus, pro nono consulatu Honorii, mendose positus sit. Baronius ann. 412. num. 9. & 14.

ANNO CHRISTI 412.

EPISTOLA SYNODALIS.

Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & ceteri episcopi de Concilio Cirtensi ad Donatistas.

Hanc epistolam a se dictatam agnoscit August. 2. retract. 40.

CVM in auribus nostris fama crebresceret, hoc vobis vestros episcopos dicere cognitorem præmio fuisse corruptum, vt contra eos sententia proferretur; vos autem ista facile credere, ac propterea multos vestrum adhuc nolle acquiescere veritati: placuit nobis cogente Domini caritate ex Concilio nostro hæc ad vos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini, illos vobis victos atque conuictos hæc mendacia iactare: qui etiam in suo mandato, quod pro illa collatione fecerunt, & suis nominibus atque subscriptionibus firmauerunt, nos illic traditores & persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti atque conuicti sunt: ita vt volentes gloriari de multitudine coepiscoporum suorum, inter aliquorum absentium nomina, etiam mortui nomen insererent: & cum quæreretur vbi esset, subita perturbatione cæcati, ipsi eum confiterentur in itinere defeciisse. Et cum interrogarentur, quomodo potuerit apud Carthaginem subscribere, qui in itinere iam defecerat, vehementius perturbati, alio mendacio se obligauerunt, respondentes eum Carthagine redeuntem fuisse defunctum. De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis vel de antiqua traditione, vel de cognitoris corruptione, qui mandatum suum vbi nobis obiecerunt, crimen traditionis non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Proinde quæ maxime necessaria credidimus, his literis tamquam breuiario collecta inseruimus, ne forte ad magna gestorum volumina vel peruenire non facile possitis, vel ea legere laborioſum putetis. Carthaginem venimus & nos & episcopi vestri, & quod prius nolebant, & indignum esse dicebant, in vnum conuenimus: electi sunt ex nobis & ex ipsis, septem hinc, & septem inde, qui pro causa omnium

ANNO CHRISTI 412. nium loquerentur. Electi sunt alii septem hinc & septem inde, cum quibus, vbi opus erat, consilium pertractarent. Electi sunt quatuor hinc & quatuor inde, qui gestis conscribendis custodes essent, ne infalsatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiam a nobis & ab ipsis notarii quatuor hinc & quatuor inde, vt bini cum exceptoribus iudicis alternarent, ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur, quod non fuisset exceptum. Huic tantæ diligẽtiæ etiam illud est additum, vt & nos & ipsi, quemadmodum ipse iudex, verbis nostris subscriberemus, ne quisquam diceret, in illis gestis aliquid vel postea fuisse corruptum. Cum enim adhuc viuentibus eis qui subscripserunt, innotuerint eadem gesta omnibus locis, in quibus oportet vt innotescant, sic etiam ad posteros confirmata veritas perdurauit. Nolite ergo esse ingrati tantæ misericordiæ Dei, quæ per istam diligentiam vobis ministrata est. Nulla excusatio iam remansit: nimium dura, nimium diabolica sunt hominum corda, quæ adhuc tantæ manifestationi veritatis obsistunt. Ecce episcopi partis vestræ, quos omnes elegerunt, vt pro omnibus loquerentur, conati sunt, quantum potuerunt, vt omnino ipsa causa non ageretur, propter quam tantus numerus episcoporum vtriusque partis de vniuersa Africa, & de tam longinquis locis Carthaginem venerat. Et cum omnis anima suspensa expectaret in tanta collectione quid ageretur, illi vehementer instabant vt nihil ageretur. Quare hoc? nisi quia causam suam malam sciebant, & facillime se posse conuinci, si ageretur, dubitare non poterant? Ipse ergo animus eorum, quo timebant ne causa ageretur, iam victos eos esse monstrabat. Si enim extorquerent quod volebant, vt iam collatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris veritas appareret, redeuntes a Carthagine, quid vobis erant responsuri, quid demonstraturi? Credo prolaturi erant gesta, & dicturi vobis: Nos instabamus vt causa non ageretur, illi instabant vt ageretur. Vos expectatis videre quid egerimus. Ecce legite, vbi eos vicimus, vt nihil ageremus. Forte & vos responderetis, si cor haberetis: Nihil ergo acturi, vt quid istis? vel potius, qui nihil egistis, vt quid redistis? Denique posteaquam non potuerunt efficere quod conati sunt,

id est, vt causa non ageretur; ipsa actio demonstrauit quid timuerint, quando in omnibus victi sunt. Confessi sunt enim contra ecclesiam catholicam, quæ toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere quod dicerent, quia diuinis sanctarum scripturarum testimoniis oppressi sunt, quibus ecclesia designatur, incipiens ab Ierusalem creuisse per loca, in quibus apostoli prædicauerunt, & nomina eorumdem locorum in suis epistolis & Actis conscripserunt, & inde diffundi per ceteras gentes: contra istam ecclesiam se non habere causam, manifesta voce professi sunt. vbi est euidentissima in nomine Dei nostri victoria. Cum enim confirmant ecclesiam, cui nos communicare, ipsos autem non communicare, manifestum est, olim se victos esse testantur; & vobis, si sapitis, apertissime indicant, quid dimittere, & quid tenere debeatis; non in ea falsitate, qua vobis non cessant adhuc vsque mentiri, sed in illa veritate, quam victi coacti sunt confiteri. Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi vnitate disiunctus est, non habebit vitam, *sed ira Dei manet super eum*. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicant aliena peccata: *Quia vnusquisque in ea proprium onus portabit*, sicut Apostolus dicit: *Et quicumque in ea corpus Christi manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit*. Nam etiam hoc ipse Apostolus scripsit. Cum autem dicit: *Iudicium sibi manducat*, satis ostendit, quia non alteri iudicium manducat, sed *sibi*. Hoc nos egimus & ostendimus & obtinuimus quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis. Hoc enim ipsi voce apertissima coacti sunt confiteri, non tunc quando ista dicebamus, sed postea cum aliud ageretur. Nam cum ventum fuisset ad causam etiam Cæciliani, quam nos ab ecclesiæ causa distinguebamus, vt, si forte malus esset inuentus, ipsum anathematizaremus; non tamen propter ipsum ecclesiam Christi relinqueremus, cui per malam suam causam præiudicare non

Anno Christi 411.

Nulla salus extra ecclesiam. 23. quæst. 4. Si quis a catholica.

Gal. 6.

Ibidem.

1. Cor. 11.

ANNO CHRISTI 412. posset: cum ergo etiam ad ipsam Cæciliani causam ventum fuisset, & legissent illi Concilium Carthaginense, vbi recitabant septuaginta plus minus episcoporum sententias contra Cæcilianum absentem prolatas; respondimus eis, sic non obesse illud episcoporum Concilium absenti Cæciliano, quemadmodum non obfuit plurium episcoporum partis Donati Concilium absenti Primiano, quando eum in Maximiani causa plus minus centum episcopi damnauerant. Tunc illi nominata causa Maximiani, vnde sciunt se etiam quos damnauerant in honore integro suscepisse, & baptismum in sacrilego Maximiani schismate datum se confirmasse, & non destruxisse, & in sua Vagaitana sententia, qua eos damnauerunt, quibusdam, qui in ipso schismate fuerunt, dilationem dedisse, & dixisse quod eos non polluerint sacrilegi furculi Maximiani plantaria: ista ergo causa posteaquam eorum aures percussit, expauescentes & perturbati, & obliti vnde superius contra nos contendebant, continuo dixerunt: Nec causa causæ, nec persona personæ præiudicat: & confirmauerunt verbis suis quod nos antea de ecclesia dicebamus: quia non solum catholicæ transmarinæ, contra quam se confessi sunt non habere quod dicerent, verum etiam catholicæ Africanæ, quæ illi vnitatis communione coniungitur, causa & persona Cæciliani, qualiscumque fuisset, præiudicare non posset: si Maximianus, qui cum ceteris sociis suis Primianum damnauit, si etiam Felicianus, qui simul Primianum damnauit, & postea in causa Primiani a Donati parte damnatus est, non præiudicat parti Donati, cui modo episcopus, sicut antea fuerat receptus, adiungitur: sic etiam ipsis sociis suis Maximianus non præiudicat, quibus isti dilationem dederunt, dicentes, eos ab illo, cum quo fuerunt, non fuisse pollutos, quia nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Quid ergo quæritis amplius? Multis quidem verbis superfluis gesta onerauerunt, & quia non potuerunt efficere vt causa non ageretur, hoc fecerunt multum loquendo, vt quod actum est, difficile legeretur. Sed debent vobis etiam ista eorum pauca verba sufficere, ne propter nescio quæ nescio quorum hominum crimina oderitis vnitatem catholicæ ecclesiæ:

quia ſicut ipſi dixerunt, relegerunt, ſubſcripſerunt, nec cauſa cauſæ præiudicat, nec perſona perſonæ. Nam & in ipſa cauſa Cæciliani, quam licet ad eccleſiæ cauſam non pertinentem, tamen defendendam ſuſcepimus, vt etiam ibi calumniæ manifeſtarentur ipſorum, apertiſſime victi ſunt, nihilque eorum, quæ in Cæcilianum intendebant, probare potuerunt. Inſuper etiam de criminibus traditionis nos epiſcopalia geſta protulimus, vnde recitauimus aliquos eorum epiſcoporum, qui ſententias in abſentem dixerant Cæcilianum, manifeſtiſſimos fuiſſe traditores. Contra ipſa geſta illi, quia non habebant quod dicerent, falſa eſſe dixerunt, ſed nullo modo probare potuerunt. Inſuper etiam confeſſi ſunt, vel potius pro magna gloria profeſſi ſunt, Cæcilianum apud Conſtantinum imperatorem a ſuis præceſſoribus accuſatum. Et addiderunt mendacium, quod illis accuſantibus fuerit ab imperatore damnatus. Ecce & hinc victi ſunt, vnde vobis ſolent nebulas erroris offundere, concitantes nobis inuidiam, & in odium veſtrum nos adducentes, quia eccleſiæ cauſam apud imperatores agimus. Ecce maiores eorum, de quorum nominibus gloriantur, eccleſiæ cauſam egerunt apud imperatorem, perſecuti ſunt accuſando Cæcilianum, apud imperatorem damnatum dixerunt. Iam non vos inducant vaniſſimis & mendaciſſimis verbis: redite ad cor veſtrum, timete Dominum, cogitate veritatem, relinquite falſitatem. Quidquid enim iam paſſi fueritis imperialibus legibus, quod non pro iuſtitia, ſed pro iniquitate patimini, non poteritis dicere, ideo nos eſſe iniuſtos, quia ſic vobiſcum agi non debuit, vt imperator vos ab iſta iniquitate compeſceret: epiſcopi enim veſtri confeſſi ſunt maiores ſuos ſic egiſſe cum Cæciliano, quomodo vobiſcum agi non vultis; & tamen quod Cæcilianum apud imperatorem perſecuti fuerint, etiam ipſis confitentibus & profitentibus ſatis conſtitit. Quod autem Cæcilianus fuerit ab imperatore damnatus, omnino non conſtitit: imo etiam conſtitit, eum accuſantibus & perſequentibus maioribus eorum, & bis numero prius ab epiſcopis, & ab ipſo poſtea imperatore fuiſſe purgatum. Hoc etiam ipſi confirmauerunt, talia poſtea quaſi pro cauſa ſua proferendo, vt magis contra

ANNO CHRISTI 412. ipsos esse inuenirentur, & pro causa Cæciliani etiam illa, quæ protulerunt, recitarentur. Quoscumque ergo accusare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt. Quidquid autem nos & pro ecclesiæ causa, & pro Cæciliani causa diximus, & verbis suis & lectionibus a se prolatis etiam ipsi confirmauerunt. Nam protulerunt primo codicem Optati, vnde quasi probarent Cæcilianum ab imperatore damnatum: qui codex cum contra illos legeretur, & magis ostenderet Cæcilianum fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud acta risos se esse testati sunt. Iterum recitauerunt & protulerunt libellum imperatori Constantino a suis maioribus datum, vbi questi sunt, quod eos memoratus imperator grauiter persequeretur, ac sic eodem libello manifestarunt se apud imperatorem a Cæciliano fuisse superatos, falsumque esse, quod dixerant, eum ab imperatore damnatum. Tertio protulerunt literas eiusdem Constantini ad vicarium Verinum datas, vbi eos grauiter detestatur, & propterea dicit sic exilio relaxandos, & furori suo dimittendos, quia iam Deus cœperat in illos vindicare. Ac sic etiam istis imperatoris literis confirmauerunt se falsum dixisse, quod Cæcilianus ab imperatore damnatus sit, cum potius imperator ipsos a Cæciliano victos esse monstrauerit, quando eos vehementer execratus, ideo iussit vt de exilio dimitterentur, vt, Deo iudice, sicut etiam cœperant, punirentur. Postea Felicis Aptungensis ordinatoris Cæciliani causam in medium miserunt, dicentes eumdem Felicem fuisse traditorem, a quo Cæcilianus fuerat ordinatus: & eiusdem Constantini imperatoris pro Cæciliano contra seipsos literas protulerunt, vbi ad proconsulem scripsit, vt ad comitatum suum mitteretur Ingentius. Iste autem Ingentius confessus fuerat in cognitione Æliani proconsulis falsum se fecisse aduersus Felicem Cæciliani ordinatorem. Dicebant ergo isti non sine causa voluisse imperatorem vt ad se mitteretur Ingentius, nisi quia Cæciliani adhuc causa pendebat: & conabantur immittere suspicionem vanissimam, quo posteaquam Ingentius ad comitatum directus est, tunc imperator contra Cæcilianũ * protulerit iudicare,

* *fer.* potuerit

& illud iudicium ſuum quod nos recitaueramus, vbi inter partes cognouerat, Cæcilianumque purgauerat, ſententia poſteriore reſcindere. Sed dicebatur eis, vt hoc potius legerent, & nihil omnino proferebant. Illæ autem literæ imperatoris, quibus ad ſe mitti iuſſit Ingentium, quas contra ſeipſos pro Cæciliano recitauerunt, hoc continent, quod Ælianus proconſul in cauſa Felicis audientiam præbuerit competentem, eumdemque Felicem a crimine traditionis innocentem fuiſſe conſtiterit. Sed Ingentium ad comitatum ſuum propterea iubere tranſmitti, vt illis, qui ibi erant, & diuturnis diebus eum interpellare non deſinebant, apparere & intimari poſſet, & fruſtra eos Cæciliano inuidiam comparare, & aduerſus eum violenter inſurgere voluiſſe. Quis eos crederet iſta contra ſe recitaſſe pro nobis, niſi Dei omnipotentis nutu factum eſſet, vt non ſolum verba eorum geſtis tenerentur, ſed etiam manus ſubſcribentium legerentur? Nam & ordinem conſulum & dierum, qui geſtis expreſſus eſt, ſi quis nunc diligenter aduertat, inueniet primo Cæcilianum epiſcopali iudicio fuiſſe purgatum. Deinde non multo poſt Felicis Aptungenſis cauſa ab Æliano proconſule examinata eſt, vbi eum conſtitit innocentem. In qua cauſa ad comitatum mitti iuſſus eſt Ingentius, & longe poſtea ipſe imperator cauſam inter partes cognouit atque finiuit. In qua cognitione Cæcilianum innocentem, illos autem calumnioſiſſimos iudicauit. In quo ordine conſulum & dierum ſatis oſtenditur fallaciter eos & calumnioſe dixiſſe, quod imperator, miſſo ad comitatum Ingentio, iudicium ſuum mutauit; & Cæcilianum, quem prius purgauerat, poſtea condemnauit. Non ſolum autem nihil de hac re legere potuerunt, & contra ſeipſos tanta legerunt; ſed etiam per ordinem conſulum euidentius conuincuntur, poſt cauſam Felicis proconſulari iudicio terminatam, in qua iuſſum eſt, vt ad comitatum Ingentius mitteretur, nec paruo interuallo, ſed longe poſtea memorati imperatoris iudicio inter partes habito, Cæcilianum fuiſſe purgatum. Non ergo vobis dicant, quia præmio corrupimus iudicem. Quid enim aliud ſolent victi homines dicere? Aut ſi aliquid dedimus iudici, vt contra illos pro nobis

ANNO CHRISTI 411.

ANNO CHRISTI 412. pronuntiaret ; ipsis quid dedimus , vt contra se pro nobis tanta non solum dicerent, verum etiam recitarent? An forte volunt, vt eis apud vos gratias agamus, quia cum dicant iudicem præmio a nobis esse corruptum, ipsi tam multa, quæ pro nobis contra seipsos dixerunt & recitauerunt, gratis nobis omnia præstiterunt? Aut certe si propterea dicunt, quod nos vicerint, quia melius egerunt causam Cæciliani quam nos, hoc plane credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo sufficere putaueramus : illi autem quatuor protulerunt. Sed quid vos pluribus literis oneremus. Si vultis nobis credere, credite , & teneamus pariter vnitatem quam iubet & diligit Deus. Si autem nobis non vultis credere, gesta ipsa legite, aut vobis vt legantur admittite, & an vera sint quæ scripsimus, vobis ipsi probate. Si autem nihil horum facere vultis, & manifestissima veritate conuictam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi erimus a pœna vestra, quando vos sero postea pœnitebit. Si vero id, quod vobis præstitit Deus, non contempseritis, & post causam tam diligenter actam, & tam diligenter manifestatam, peruersam consuetudinem relinquentes, paci Christi & vnitati consenseritis, de vestra correctione gaudebimus: & sacramenta Christi, quæ in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis, vtilia & salubria vobis erunt , cum in catholica pace habueritis caput Christum , *vbi caritas cooperit multitudinem peccatorum.* 1. Petri 4. Hæc ad vos scripsimus XVII. Kalendas Iulias , piissimo Honorio Augusto VIII. consule vt, quando possunt, ad quosque vestrum istæ literæ peruenirent.

[a] CONCILIABVLVM DONATISTARVM IN AFRICA HABITVM SVB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXIV.

NOTA.

ANNO CHRISTI 414. [a] *Conciliabulum.*] Cum Honorius imperator in Africa anno Christi 414. lege quadam promulgata , Donatistas intestabiles, infames, Causa Conciliabuli.

hereditatis adeundæ incapaces, exilio ac relegatione dignos fore declarasset, legisque executionem Dulcitio demandasset, triginta Donatistarum episcopi statim in Concilium conuenerunt: atque in eo decreuerunt, ecclesias nequaquam deserendas esse: deportatos in exilium non obtemperare, sed voluntaria suiipsius nece, vnumquemque vim præfectorum anteuertere debere; ideo quod ita futurum arbitrarentur, vt vel a suis tamquam martyres colerentur, vel saltem commiseratione iudicum talia exhorrentium, in suis ipsorum ecclesiis tolerarentur. Plures id fecerunt: adeo vt plurium nece voluntaria perterritus Dulcitius, quid sibi agendum foret, Augustinum consuluerit. Ex epistola ad Dulcitium scripta apparet, eum respondisse, præstare, vt per mortem etiam voluntariam paucorum, plures seruarentur. Hæc ex Augustino lib. 1. contra Gaudentium cap. 19. 37. 38. &c. lib. 2. cap. 59. retractat. Bar. anno prædicto, num. 5. & sequentibus.

Anno Christi 414.

Donatistarum impia decreta.

[a] SYNODVS IN MACEDONIA PROVINCIALIS SVB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXIV.

NOTA.

Tempus & acta Concilii.

[a] *Synodus.*] Ex hac, pro confirmatione rerum gestarum, missa est legatio ad Innocentium papam per Vitalem archidiaconum. Idque actum est anno Christi 414. Nam epistola Innocentii, quam ad episcopos Macedoniæ reddidit, Constantio consule scripta fuit.

[a] CONCILIVM DIOSPOLITANVM [b] XIV. EPISCOPORVM,

In quo [c] *Pelagius, post* [d] *hæreses* [c] *suo iudicio damnatas, fideique catholicæ professionem emissam, absolutus fuit, sub Innocentio papa I. anno Christi* CCCCXV.

Extat in collectione Cresconiana: & apud August. de peccato originali lib. 2. cap. 11. & epist. 106. ad Pelagium.

INCIPIVNT capitula excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis eius, quæ in Palæstina Synodo sibi obiecta damnare compulsus est.

Anno Christi 415.

Quod ad Ierusalem volentem colligere filios suos Dominus clamat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios volentes ecclesiæ colligi, nolunt; nec saltem post iudicium, quod de ipso Pelagio factum est, collegerunt: de

quo

ANNO CHRISTI 415. quo damnatus exiisset, nisi obiecta contra Dei gratiam dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa enim quæ, quoquo modo potuit, ausus est qualicumque ratione defendere, obiecta sunt quædam, quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizaret, ipse anathema sit factus.

Errores Pelagii ab ipso in Concilio condemnati.

Primo obiectum est enim, cum diceret, Adam mortalem factum; qui siue peccasset, siue non, mortuus esset.

Secundo, quod peccatum ipsius ipsum solum læserit, & non genus humanum.

Tertio, & quod infantes nuper nati, in illo statu sint, in quo Adam fuit ante præuaricationem.

Quarto, & quod per mortem, vel præuaricationem Adæ, non omne genus humanum moriatur: & quod non per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.

Quinto, infantes, etiamsi non baptizentur, vitam æternam habere possunt.

Sexto, & diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei.

Septimo, & gratiam Dei atque adiutorium non ad singulos actus donari, sed de libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.

Octauo, & gratiam Dei secundum merita nostra dari.

Nono, & filios Dei non posse vocari, nisi omni modo absque omni peccato fuerint effecti.

Decimo, & non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio: quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid, vel non facere.

Vndecimo, & victoriam nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio.

Duodecimo, & quod petentibus veniam, non detur secundum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum merita & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

Hæc omnia Pelagius sic anathematizauit, (quod satis gesta ipsa testantur) vt nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit. Vnde fit consequens, vt quisquis sequitur episcopalis auctoritatem iudicii, & in

ipsius Pelagii confessione tenere debeat quæ tenuit catholica ecclesia. Anno Christi 415

Sequitur catholica Pelagii confessio post recensita ex libello aduersariorum capita in eum obiecta, quæ omnia confutauit.

Catholicæ assertiones aduersus Pelagianos.

Primo, quod Adam, nisi peccasset, non fuisset moriturus.

Secundo, quod peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.

Tertio, quod infantes nuper nati, non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante præuaricationem.

Quarto, vt ad ipsos etiam pertineat, quod breuiter ait
1. Cor. 15. Apostolus: *Per vnum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.*

Quinto, quod infantes non baptizati, non solum regnum cælorum, verum etiam vitam æternam non habere possint.

Sexto, vt confiteatur, diuites baptizatos, etiamsi diuitiis suis non careant, & sint tales quales ad Timotheum
1. Tim. 6. describit Apostolus, dicens: *Præcipe diuitibus huius mũdi non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam:* non eos a regno Dei posse priuari.

Septimo, vt fateatur gratiam Dei & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundum merita nostra.

Octauo, vt re vera sit gratia, id est, gratis data per eius
Rom. 9. misericordiam, qui dixit: *Misereor cuius misertus ero, & misericordiam præstabo cui misertus fuero.*

Nono, vt fateatur filios Dei vocari posse illos, qui quo-
Matth. 6. tidie dicunt: *Dimitte nobis debita nostra:* quod vtique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato.

Decimo, vt fateatur esse liberum arbitrium, etiamsi diuino indigeat adiutorio.

Vndecimo, vt fateatur, quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, sed ex adiutorio Dei prouenire victoriam: non

ANNO CHRISTI 415. enim aliter verum est, quod Apostolus ait: *Non volentis, non currentis, sed miserentis est Dei.* Rom. 9.

Duodecimo, vt fateatur secundum gratiam & misericordiam Dei veniam pœnitentibus dari, non secundum merita eorum: quemadmodum etiam ipse pœnitentiam, donum Dei dixit Apostolus, vbi ait: *Ne forte det illis Deus pœnitentiam.* Hæc omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus. 2. Tim. 2.

Si quis contra auctoritatem catholicam, & ipsius Pelagii expressa ecclesiasticis gestis verba consentit, atque in illa quæ his sunt contraria veraciter credit; anathema esse tenendum est, nisi quæ illis contraria sunt fido corde teneantur, & aperta confessione promantur.

NOTÆ.

[a] *Concilium Diospolitanum.*] Sic dictum a Diospoli, quæ est ciuitas in Palæstina, antiquo nomine Lidda appellata. Hanc Synodum S. Hieronymus epist. 79. miserabilem Synodum vocat: tum quod ea, quæ hic Pelagius gessisse dicitur, dolose egerit: tum etiam quod vere miserabilis fuerit ipsi Pelagio ista Synodus, in qua suam ipsius hæresin, cuius intrinsecus obstinatus assertor erat, condemnare coactus fuerit. Acta huius Concilii Innocentius nequaquam probare ac confirmare voluit. *Non possumus,* inquit in epistola sua 26. supra extante, *illorum episcoporum nec probare nec culpare iudicium: cum nesciamus, vtrum vera sint gesta: aut si vera sint, illum constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse.* Baronius anno 415. num. 19. & 20.

Diospolis vrbs Palæstinæ.

Cur miserabilis Synodus appellata ab Hieronymo.

Acta Concilii a pontifice neque probata neque improbata.

[b] *Quatuordecim episcoporum.*] Qui, quot, qualesve episcopi huic Synodo interfuerint S. August. lib. 2. retract. cap. 47. describit his verbis: *Per idem tempus in Oriente, hoc est in Syria Palæstina, Pelagius a quibusdam catholicis fratribus ad episcopalia gesta perductus: eisque absentibus qui de illo libellum dederant, quoniam ad diem Synodi non potuerunt occurrere, ab episcopis quatuordecim auditus est: vbi eum dogmata ipsa damnantem, quæ inimica gratiæ Dei aduersus eum de libello legebantur, catholicum pronuntiauerunt.* Item contra Iulianum lib. 1. cap. 5. ait: *Habemus alios orientales episcopos quatuordecim Eulogium, Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Euthonium, Porphyrium, Fidum, Zosimum, Zebænum, Nymphidium, Chromatium, Iouinum, Eleutherium, Clematium, quos vno loco simul inuentos in istum consessum introducere valeamus, illos ipsos, qui Pelagio iudices præsederunt: eumque vt homines, nullo ex altera parte vrgente aduersario, putantes catholicum, tamquam catholicum pronuntiauerunt.* Eulogius, qui primus ordine recensetur, totius prouinciæ Palæstinæ metropolitanus episcopus Cæsarienſis fuit, qui successit in locum

Episcopi qui, quot, qualesve interfuerint.

Eulogius.

Ioannes Hierosolymitanus.

Ioannis successoris Gelasii. Ioannes ordine secundus est episcopus Hierosolymorum, de quo supra multis in locis. Eleutherius Sebastiæ, Euthonius Hierichuntinæ ciuitatis antistites fuerunt. Alter Porphyriorum fuit ille sanctitate celebris Gazensis episcopus, qui per legationem ab imperatore impetrauit, vt Marnæo Iouis templo, aliisve deorum fanis occlusis, omnia simulacra deiicerentur, nec amplius consulerentur. Zebænus titulo sanctitatis clarus, Eleutheropolis episcopus est, cui teste Sozomeno veneranda sanctorum prophetarum Habacuc & Michææ corpora diuinitus reuelata fuerunt. Iouinus hic nominatus, vt auctor est Palladius, Ascalonis episcopus fuit.

Anno Christi 415.

Pelagius quis.

[c] *Pelagius.*] Pelagius natione Britannus & vagus, ex impio monacho illius hæreseos propugnator, cuius, teste Hieronymo & Augustino, Rufinus seminator fuerat. Eo tempore quo vrbs a Gothis capta fuit, absente Innocentio, clanculo hæreses suas velamento quæstionum occultatas disseminare cœpit. Demetriadi aliisve viduis nobilibus per scripta blanditus, vt eas seduceret, per Iacobum & Timasium, quos seduxerat, manifestatus, cum in hoc Concilio sua seipsum sententia per simulationem fidei catholicæ dolose condemnasset, a Concilio Carthaginensi & Decreto summorum pontificum non semel damnatus fuit. Quod cum ille intellexisset, ad Innocentium papam literas dedit, quibus profitebatur se catholicum esse. Quo effectu, infra dicemus in Zosimo. Baronius ann. 405. 410. 411. 414. 415. &c.

Hæreses Pelagii quæ.

[d] *Hæreses*] Præter hæreses de libero arbitrio, gratia, &c. quæ supra recensentur, docuit homines ante aduentum Christi fuisse sine peccato: orationem non esse necessariam: posse hominem vi liberi arbitrii non tantum non peccare, sed etiam non tentari: feminas diuina scientia instrui, & in ecclesia psallere debere, crassioribus vestibus, quibus vtuntur monachi, omnes homines indui debere. Hæc ex S. Augustino & Hieronymo duobus infensissimis Pelagianæ hæreseos impugnatoribus. Baronius anno 415. num. 24. & sequentibus.

Pelagius seipsum condemnauit dolose.

[e] *Suo iudicio damnatas.*] Confirmantur auctoritate verborum S. Augustini quæ supra recensuimus. Id eum veteratorie & per simulationem egisse, testatur idem Augustinus de peccato origin. lib. 2. cap. 8. & 9. his verbis: *Fefellit enim iudicium Palæstinum ipse Pelagius, propterea ibi videtur esse purgatus. Romanam vero ecclesiam, vbi eum notissimum esse scitis, fallere vsquequaque non potuit; quamuis & hoc fuerit vtrumque conatus.* Qua de re pluribus infra in notis Concilii Carthaginensis.

ANNO CHRISTI 416.

[a]CONCILIVM CARTHAGINENSE [b]LXVII. EPISCOPORVM,

In quo Pelagius & Cælestinus hæretici [c]Theodosio VII. *& Palladio consulibus, anno Domini* CCCCXVI. *damnati fuerunt sub Innocentio papa I.*

Acta omnia exciderunt. Epistola synodalis ad Innocentium papam scripta extat hæc.

Domino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio papæ Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publicanus, Theasius, Tutus, Pantonius Victor, Restitutus, alius Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Posthumianus, Trispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Macinus, Fructuosus, Faustinianus, Quotvultdeus, Candorius, Maximus, Macarius, Rusticus, Rusinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prætextatus, Sixtus, Quotvultdeus, Pentadius, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazacenus, Germanus, Germanianus, Iuuentius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & AEmilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in Concilio ecclesiæ Carthaginensis adfuimus.

CVM ex more ad Carthaginensem ecclesiam solenniter veniremus, atque ex diuersis causis congregata ex nobis Synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum & consacerdotum nostrorum dedit *Auerothis & Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis, Pelagium & Cælestium auctores nefarii prorsus & anathematizandi ab omnibus nobis erroris aduertimus. Vnde factum est, vt recensendum peteremus, quid ante ferme quinquennium super Cælestii nomine hic apud ecclesiam Carthaginensem fuerat agitatum. Quo recitato, sicut ex subditis aduertere poterit sanctitas tua, quamuis iudicatio manifesta constaret, quia illo tempore, epi-

*Nerothis, al. Herotis,

ſcopali iudicio, exciſum hoc tantum vulnus ab eccleſia videretur, nihilo minus tamen id communi deliberatione cenſuimus, huiuſmodi perſuaſionis auctores, quamuis & ad presbyterium idem Cæleſtius poſtea peruenisſe dicatur, niſi hæc apertiſſime anathematizauerint, ipſos anathematizari oportere, vt ſi ipſorum non potuerit, ſaltem eorum qui decepti ſunt ab eis, vel decipi poſſunt, cognita ſententia quæ in eos lata eſt, ſanitas procuretur. Hoc itaque geſtum, domine frater, ſanctæ caritati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam apoſtolicæ ſedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorumdam etiam peruerſitate corrigenda. Id enim agunt iſti damnabilibus diſputationibus ſuis, vt non defendendo, ſed potius in ſacrilegam ſuperbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſumus, qua & idipſum noſtræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: *Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis*. Quod auxilium fides impetrat, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Iſti autem aſſerunt (ſicut a fratribus, qui eorum libros legerunt, cognouimus) in eo Dei gratiam deputandam, quod talem hominis inſtituit creauitque naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei poſſit implere, ſiue naturaliter in corde conſcriptam, ſiue in literis datam. Eamdem quoque legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam, qua (vt dictum eſt) Chriſtiani ſumus, cuius Apoſtolus prædicator eſt, dicens: *Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*, nolunt cognoſcere omnino, nec aperte quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus, non percipientibus quæ ſunt ſpiritus Dei, perſuadere non ceſſant, ad operandam perficiendamque iuſtitiam, & Dei mandata complenda, ſolam ſibi humanam ſufficere poſſe naturam, non attendentes, quod ſcriptum

ANNO CHRISTI 416.

Nota auctoritatem ſedis Romanæ.

Ioan. 8.

Rom. 7.

ANNO CHRISTI 416. est: *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Et: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Et: *quod vnum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam, quæ data est nobis.* Et: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et: *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum.* Et: *Quia idonei non sumus aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et: *habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Et innumerabilia, quæ de scripturis omnibus si colligere velimus, tomus non sufficit. Et veremur, ne apud te ipsa ista commemorando, qui maiore gratia de sede apostolica prædicas, inconuenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores sumus, (quaquaversus quisque nostrum, verbum Dei prædicando, putatur attentior) crebrius eos patimur & audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episcopalibus gestis, quæ in oriente confecta dicuntur, etiam tuæ veneration iuste visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas, quæ iam multos assertores habet per diuersa dispersos, etiam apostolicæ sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum & exitiale ouibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur, vt nec orare debeamus, ne intremus in tentationem, quod discipulos monuit, & posuit in oratione, quam docuit, aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse, ipse testatus est. Si enim possibilitate naturæ & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat inaniter a Domino peti, & fallaciter orari, cum orando poscuntur, quæ naturæ, iam ita conditæ, sufficientibus viribus obtinentur: nec debuisse dicere Dominum Iesum: *Vigilate & orate:* sed tantūmodo: *Vigilate vt non intretis in tentationem:* nec beatissimo Petro primo apostolorum: *Rogaui pro te,* sed moneo te, vel impero ac præcipio: *ne deficiat fides tua.* Contradicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris, vt in cassum super populum dicere videamur, quidquid eis a Domino preca-

Rom. 8. Rom. 9. Rom. 12. 1. Cor. 15. Ibidem. 2. Cor. 3. 2. Cor. 4. Matt. 26. Luc. 22. Luc. 22.

mur, vt recte ac pie viuendo, illi placeant, vel illa quæ pro fidelibus precatur Apostolus dicens: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius.* Si ergo voluerimus, benedicendo, super populum dicere: Da illi virtutem, Domine, corroborari per spiritum tuum; istorum nobis disputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, si hoc a Deo poscitur, quod in nostra est potestate. Virtute enim corroborari, si volumus, inquiunt, possumus, ea possibilitate naturæ, quam non nunc accipimus, sed quam, cum crearemur, accepimus. Paruulos etiam, propter salutem, quæ per saluatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera doctrina in æternum necant, promittentes, etiamsi non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad eos, de quibus Dominus ait: *Venit enim Filius hominis quærere & saluare quod perierat.* Quia, inquiunt, isti non perierant, nec est quod in eis saluetur, vel tanto precio redimatur, quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate captiuum, nec pro eis fusus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum, quamquam per baptismum Christi, etiam paruulorum fieri redemptionem libello suo Cælestius in Carthaginensi ecclesia iam confessus est. Sed multi qui eorum perhibentur esse vel fuisse discipuli, hæc mala, quibus fundamenta Christianæ fidei conantur euertere, quacumque possunt astutia affirmare non cessant. Vnde etiamsi Pelagius Cælestiusque correcti sunt, vel si ista nunquam sensisse se dicunt, & quæcumque scripta contra eos prolata fuerint sua esse negabunt, nec est, quemadmodum de mendacio conuincantur: generaliter tamen, quicumque dogmatizat, & affirmat humanam sibi ad vincenda peccata & Dei mandata facienda sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ sanctorum euidentius orationibus declaratur, aduersarius inuenitur: & quicumque negat paruulos per baptismum Christi a perditione liberari, & salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quæcumque autem alia eis obiiciuntur, non dubium, venerationem tuam, cum gesta episcopalia perspexerit, quæ

ANNO CHRISTI 416.

Eph. 3.

Luc. 19.

in

ANNO CHRISTI 416. in oriente in eadem causa confecta dicuntur, id iudicaturam, vnde omnes in Dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis, domine beatissime papa.

RESCRIPTVM INNOCENTII AD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

Innocentius Aurelio & omnibus sanctis episcopis, &c.

Extat supra inter epistolas Innocentii, estque ordine 24.

NOTÆ.

[a] *Concilium Carthaginense.*] Qua occasione hæc Synodus Carthagine in Africa celebrata sit, quidve in ea actum fuerit, ex synodali epistola, supra ex S. Augustino huc translata, cognoscere licet: nimirum, quod cum ex Orosii presbyteri relatu, literisque S. Hieronymi ad Augustinum redditis, aliorumque episcoporum Galliæ intellexissent, Pelagium a patribus Diospolitani Concilii in Palæstina, eo quod hæresin suam fraudulenter dumtaxat condemnasset, catholicæ communioni redditum esse; omnino necessarium fore existimarũt, vt Concilio desuper indicto Africanæ ecclesiæ episcopi congregentur, causa Pelagii & Cælestii synodali episcoporum iudicio iterum examinetur: tum quod Diospolitanæ Synodi patres suo decreto rescidisse viderentur ea quæ ipsi iam ante quinquennium aduersus Cælestium statuissent: tum etiam quod Pelagius a prædictis patribus in communionem ecclesiæ receptus, cum magno periculo fidelium, vt catholicus cum fidelibus conuersaretur. Initio confessus epistolæ Herothis & Lazari episcoporum in Gallia exhibitæ & perlectæ fuerunt. Post causam Pelagii & Cælestii propositam, pro meliore informatione, acta ecclesiastica ante quinquennium aduersus Cælestium Pelagii antesignanum Carthagine confecta, edi & publice legi mandatum fuit. Quibus diligenter inspectis & examinatis, vtriusque damnatio ibidem proclamata est, nisi parati essent suas ipsorum hæreses damnare. Quibus peractis, per synodicam ab Innocentio actorum suorum confirmationem petiuerunt; addentes, vt si induci non posset ad damnandum hominem, quem Palæstina Synodus tamquam catholicum absoluisset, saltem hæreses eius damnare non recusaret. Canones quosdam hoc Concilio editos fuisse. S. Prosper de ingrat. indicat carminibus illis, quibus Africanorum conuentum incomparabili quodam zelo aduersus Pelagianam hæresin accensus describit. Vide Baronium anno 416. num. 4. 5. 6. 7. 8.

Causa Concilii.

Acta Concilii.

Pelagius & Cælestius condemnati.

An ab hac Synodo Canones editi?

[b] *A sexaginta septem episcopis.*] Omnium nomina recensentur in titulo epistolæ synodicæ præcedentis.

Episcopi qui?

[c] *Theodosio* VII. *& Palladio consulibus anno Domini* 416. *damnati fuerunt.*] Hoc Concilium allegatis consulibus, anno nimirum Christi 416. & Innocentii XVI. tempore autumnali celebratum

Tempus Concilii.

fuisse, Innocentii epistola ad Mileuitanum Concilium, Honorio II. & Constantio II. consulibus, anno Christi 417. sexto Kalendas Februarii rescripta, euidentissime demonstrat. Per eumdem Iulium legatum, vtraque Synodus, Carthaginensis & Mileuitana, ad Innocentium scripsit, & pontificis rescriptum accepit. Cum itaque pontifex suas epistolas prædictis consulibus, mense Ianuario, anno 417. reddiderit, dubium non est, quin in causa Pelagii, prædicta Concilia circa initium autumni anno 416. habita fuerint. Hoc Concilium Carthagine paulo ante Mileuitanum coactum fuisse, synodica Concilii Mileuitani II. indicat his verbis: *Hæc ad sanctitatem tuam de Concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis prouinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, hac de causa scripsisse comperimus.* Anno Christi 416.

[a]CONCILIVM MILEVITANVM [b]II.

[c]CONTRA PELAGIVM ET CÆLESTIVM,

[d]LX. EPISCOPORVM,

[e]Theodosio VII. & Palladio consulibus.

Celebratum sub Innocentio papa I. anno Christi CCCCXVI.

[f]TITVLI CANONVM.

I. *Contra Pelagianos, qui dicunt, etiam sine peccato mori potuisse Adam.*

II. *Quod iuxta Apostoli testimonium, etiam paruuli, qui nihil peccati adhuc commiserunt, omnes in peccatorum remissione veraciter baptizentur.*

III. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etiam adiuuat, ne committantur.*

IV. *Quod per gratiam Dei sciamus, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus.*

V. *Quod gratia Dei præstet, vt lex impleatur; non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

VI. *Quod iuxta sententiam Ioannis euangelistæ, nemo sit qui esse possit sine peccato.*

VII. *Quod vnicuique, etiam iusto, non solum pro aliis, sed & pro semetipso dicere oporteat: Dimitte nobis debita nostra.*

VIII. *Quod a sanctis veraciter dicatur: Dimitte nobis debita nostra.*

IX. *Quod ad cõmunes causas ecclesiæ generale Concilium cõgregari oporteat, in priuatis vero causis speciale vniuscuiusque prouinciæ.*

X. *Vt epistolas ad Concilium euocandum metropolitanus subscribat & dirigat.*

XI. *Vt de hæreticis & infidelibus quidquid in Concilio constituitur, a principe impetretur.*

XII. *Vt preces & orationes compositæ, nisi probatæ fuerint, in Concilio non dicantur.*

XIII. *Vt posteriores anterioribus episcopis non præferantur, nec inconsultis primatibus suis, aliquid agere præsumant.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 416.

XIV. *Vt episcopi, pro tempore consecrationis suæ, literas ab ordinatoribus habeant.*

*eligitur, XV. *Vt vbi primum quis * legerit, ibi permaneat clericus.*

XVI. *Vt pro causis ecclesiarum executores vel aduocati a principe postulentur.*

XVII. *Vt neque dimissus, neque dimissa, alteri coniungantur.*

XVIII. *De his qui in sua prouincia non communicant, vt alibi non communicent.*

XIX. *De clericis qui apud principem sæculare iudicium aut synodale impleuerint.*

XX. *Vt sine formatis nemo ad comitatum proficiscatur, & qualiter formatæ fiant.*

XXI. *De episcopis qui, quod repetere poterant, prætermissa Synodo, inuaserunt.*

XXII. *De clericis qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.*

XXIII. *De his qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.*

XXIV. *De episcopis negligentibus aduersus hæreticos.*

XXV. *Vnde supra.*

XXVI. *De virginibus quæ infra vigintiquinque annos, necessitate cogente, velantur.*

XXVII. *De episcopis qui post acta Carthaginensis Synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.*

PRAEFATIO.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis viris clarissimis consulibus, VI. Kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis in Concilio vniuersali consedisset, astantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniã ecclesiæ sanctæ vnum est corpus, omniumque membrorum caput est vnum, factum est, volente Domino, ac nostram infirmitatem iuuante, vt ad hanc ecclesiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso caritatem vestram, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos, nec superfluus nec insuauis est cunctis, ideoque pariter quædam de causis fidei, vnde nunc quæstio Pelagianorum imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur: deinde subsequantur & aliqua, quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.

CANONES.

ANNO CHRISTI 416.

I.

Cod. Can. cap. 109. Conc. Afr. cap. 76. De consecr. dist. 4. Placuit igitur omnibus episcopis.

PLACVIT ergo omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta Synodo, constituere hæc quæ in præsenti Concilio definita sunt: Vt quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

II.

Cod. Can. cap. 110. Conc. Afr. cap. 77. De consecr. dist. 4. Placuit, vt quicumque paruulos.

Item placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur: vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis, in remissionem peccatorum, non vere, sed falsè intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt*, nisi quemadmodum ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Rom. 5.

ANNO CHRISTI 416.

III.

Item placuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, in qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. Cod. Can. cap. 111. Conc. Afr. cap. 78. De conſecr. diſt. 4. Placuit, vt quicumque dixerit.

IV.

Item, quiſquis dixerit eamdem gratiam Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat Apoſtolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat:* valde impium eſt, vt credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, ad eam quæ ædificat, non habere: cum ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus; vt ædificante caritate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt: *Qui docet hominem ſcientiam:* ita etiam ſcriptum eſt: *Caritas ex Deo eſt.* Cod. Can. cap. 112. Conc. Afr. cap. 79. De conſecr. diſt. 4. Quiſquis dixerit. 1. Cor. 8. Pſal. 93. 1. Ioan. 4.

V.

Item placuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius poſſimus implere per gratiam, tamquam, etiamſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit. De Cod. Can. cap. 113. Conc. Afr. cap. 80. De conſecr. diſt. 4. Placuit, vt quicumque dixerit.

fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me difficilius poteſtis facere: ſed ait: *Sine me nihil poteſtis facere.* Anno Christi 416.

Ioan. 15.

VI.

Cod. Can. cap. 114. Conc. Afr. cap. 81.

Item placuit, quod ait S. Ioannes apoſtolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt:* quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus, & adiungit: *Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Vbi ſatis apparet, hoc non tantum humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere: *Si dixerimus quia non habemus peccatum*, noſipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt: ſed cum ait: *Noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt*, ſatis oſtendit, eum qui ſe dixerit non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

1. Ioan. 1.

Ibidem.

VII.

Cod. Can. cap. 115. Conc. Afr. cap. 82.

Item placuit, vt quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere ſanctos: *Dimitte nobis debita noſtra*, vt non pro ſeipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis qui ſunt in ſuo populo peccatores: & ideo non dicere vnumquemque ſanctorum: Dimitte mihi debita mea, ſed: *Dimitte nobis debita noſtra*, vt hoc pro aliis potius, quam pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim & iuſtus erat apoſtolus Iacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus om-*

Matth. 6.

Iacob. 3.

ANNO CHRISTI 416. *nes*. Nam quare additum est, *omnes*, nisi vt ista sententia conueniret & psalmo, vbi legitur: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo qui non peccet.* Et in libro Iob: *In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccauimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo nostro:* noluit dicere, peccata nostra sed & *populi sui* dixit: & *sua:* quia futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam prophetа præuidit.

Psal. 142. *Eccl.* 7. *Iob.* 37. *Dan.* 9. *Ibidem.*

VIII.

Item placuit, vt quicumque verba ipsa dominicæ orationis, vbi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici, vt humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, sed debita non habere?

Cod. Can. cap. 116. Conc. Afr. cap. 83. *Matth.* 6.

Hucusque de fide contra Pelagianos, nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.

IX.

Placuit, vt non sit vltra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ, vndecumque ad

Cod. Can. cap. 95. Conc. Afr. cap. 62.

hanc ſedem pro Concilio datæ literæ fuerint, congregandam eſſe Synodum in ea prouincia, vbi opportunitas perſuaſerit. Cauſæ autem quæ communes non ſunt in ſuis prouinciis iudicentur. Anno Christi 416.

X.

Cod. Can. cap. 106. §. vlt. Conc. Afr. c. 73. §. vlt.

Placuit etiam peti, vt omnium epiſcoporum epiſtolis omnibus, de Concilio dandis, ſanctitas tua ſola ſubſcribat.

XI.

Cod. Can. & Conc. Afr. eod. cap.

Placuit & illud aduerſus hæreticos vel paganos, vel eorum ſuperſtitiones, vt legati miſſi de hoc glorioſo Concilio, quidquid vtile prouiderint a glorioſiſſimis principibus impetrent.

XII.

Cod. Can. cap. 103. Conc. Afr. cap. 70.

Placuit etiam & illud, vt preces vel orationes ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in eccleſia, niſi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in Synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.

XIII.

* Palentinus epiſcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ veſtræ, proſequar ea quæ neceſſaria ſunt eccleſiaſticæ diſciplinæ. Scimus enim, ſic inuiolate permanſiſſe eccleſiaſticam diſciplinam, ita vt nullus fratrum prioribus ſuis ſe aliquando auderet anteponere, ſed officiis * legitimis id ſemper exhibitum eſt prioribus, quod ab inſequentibus rationabiliter ſemper acciperetur. Hunc ordinem iubeat

* Valentinus * Plantinus

* cautis

ANNO CHRISTI 416. sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuauit frater & coepiscopus noster, vt vnusquisque nostrum, ordinem sibi decretum a Deo cognoscat: & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos, qui putauerint, spretis maioribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni Concilio coercendos. Vniuersi episcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus & a maioribus est seruatus, & a nobis Deo propitio seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

XIV.

Deinde placuit, vt quicumque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

XV.

Item placuit, vt quicumque in ecclesia vel semel *susceptο officio eligitur, * legerit, ab alia ecclesia ad clericatū non teneatur. Dist. 71. Placuit, vt quicumque dixerit in ecclesia.

XVI.

Placuit præterea, vt executoribus in omnibus iustis desideriis impertiatur. Placuit etiam, vt petatur a glorioſissimis imperatoribus, vt iubeant iudicibus * dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum *dari

ANNO CHRISTI 416.

eccleſiaſticarum, more ſacerdotum prouinciæ, vt iidem ipſi qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem, pro negotiis eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.

XVII.

Cod. Can. cap. 102. Conc. Afr. cap. 62. 37. quæſt. 7. Placuit, vt ſecundum. 1. *Cor.* 7.

Placuit, vt ſecundum euangelicam & apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa a marito, alteri coniungantur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. [1] In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

XVIII.

Cod. Can. cap. 105. Conc. Afr. cap. 72.

Placuit, vt quicumque non communicat in prouincia propria, & in aliis prouinciis vel tranſmarinis partibus ad communicandum obrepſerit, iacturam communionis vel clericatus excipiat.

XIX.

Cod. Can. cap. 104. Conc. Afr. cap. 71. 11. quæſt. 3. Placuit, vt quicumque ab imp.

Placuit, vt quicumque ab imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale iudicium ab imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

XX.

Cod. Can. cap. 106. Conc. Afr. cap. 73.

Placuit, vt quicumque clericus, propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab epiſcopo accipiat. Quod ſi ſine formata voluerit pergere, a cõmunione remoueatur. Quod ſi alicubi ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud epiſcopum loci eius ipſam neceſſitatẽ, & de hoc ſcripta eiuſdem epi-

ANNO CHRISTI 416. scopi deferat: formatæ autem, quæ a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni paschæ dies incerta est, ille præcedens adiungatur, quomodo solet, Post consulatum, in publicis gestis adscribi.

XXI.

Item placuit, vt quicumque episcopi, quascumque ecclesias vel plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita repetierint, vt causas suas, episcopis iudicantibus, agant: sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contēdunt; ille discedat, quem constiterit, prætermissis * iudiciis ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primate, vt retineat, literas impetrarit: sed, siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinētem. Si autem ille aliquā quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex cōsultu primatis delegerint.

Cod. Can. cap. 120. Conc. Afr. cap. 87. 16. quæst. 6. Placuit, vt quicumque episcopi ecclesias.

* iudicibus

XXII.

m Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporū suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandū putauerint, non pro-

Cod. Can. cap. 125. Conc. Afr. cap. 92. 1. quæst. 6. Placuit, vt presbyteri.

uocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Anno Christi 416.

XXIII.

Placuit, vt quicumque conuersus ab hæreticis, dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, vnusquisque catholicus episcopus requirat, vbi & ob quam causam apud eosdem hæreticos pœnitentiam susceperit: vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem episcopo catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

XXIV.

Cod. Can. cap. 12. Conc. Afr. cap. 88. 16. quæst. 3. Placuit, vt quicumque.

Item placuit, vt quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis episcopis, vti id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conuentionis, non hoc fecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant: ita sane, vt si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impune vt ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura * solertior * vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituant. Sane, si episcopi, inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut * duo eligantur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium senten-

* solertior
* vitaretur, cum hoc
* vnus aut non eligantur, aut duo.

ANNO CHRISTI 416. tiam sequantur, aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Et quisquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

Cod. Can. cap. 122. Conc. Afr. cap. 89. 2. quæst. 6. A iudicibus. 2. quæst. 6. Quisquis.

XXV.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare non possit. Quod si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciente, non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

Cod. Can. cap. 123. in sequente Conc. Afr. cap. 90. & 91.

XXVI.

Item placuit, vt quicumque episcoporum, necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra vigintiquinque annos ætatis, non ei obsit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

In Decr. Iuo. lib. 3. Cod. Can. cap. 126. Conc. Afr. cap. 93. Carthag. 3. cap. 4.

XXVII.

Anno Christi 416.

Item placuit, ne diutius vniuersi episcopi, qui ad Concilium congregati sunt, tenerentur, ab vniuerso Concilio ternos iudices de singulis prouinciis eligi. Et electi sunt de prouincia Carthaginensi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de prouincia Numidiæ, Alypius, Augustinus, & Restitutus: de prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate, Crescónius, Iocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitiphensi, Seuerianus, Asiaticus, & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant. A quo petiit vniuersum Concilium, vt cunctis siue gestis, quæ confecta iam sunt, siue epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & perlecto subscripsi. Donatianus Teleptensis primæ sedis subscripsi. Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi. Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

Conc. Afr. cap. 94.

EPISTOLA CONCILII MILEVITANI AD INNOCENTIVM PAPAM.

De cohibendis Pelagianis.

Domino beatissimo, meritoque venerabili & in Christo honorando papæ Innocentio, Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alypius, Augustinus, Placentius, Seuerus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustinianus, Crescónius, Innocentius, Felix, Antoninus, Gigantius, Crescónius, Adeodatus, Processus, Secundus, Fe-

ANNO CHRISTI 416.

lix, Asiaticus, Rufinus, Faustinus, Victor, Antoninus, Malchus, Victorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturninus, Cresconius, Possidonius, Lucius, Honorius, Seruius, Terentius, Crescontius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Crescontius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Praesidius, Crescontius, Lampadius, Delphinus, ex Concilio Mileuitano, in Domino salutem.

QVIA te Dominus gratiæ suo præcipuo munere in sede apostolica collocauit, talemque nostris temporibus præstitit, vt nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, si apud tuam venerationem, quæ pro ecclesia sunt suggerenda, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam, quæsumus, adhibere digneris. Noua quippe hæresis, & nimium pernicioſa tentat assurgere inimicorum gratiæ Christi, qui nobis dominicam etiam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim Dominus docuerit, vt dicamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: isti dicunt, posse hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiæ, sine adiutorio gratiæ Saluatoris, per solum liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt ei non sit iam necessarium dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Illud vero quod sequitur: *Ne nos inferas in tentationem*, non ita intelligendum, tamquam diuinum adiutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus: sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere hominis voluntatem, tamquam frustra Apostolus dixerit: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Et: *Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere.* Frustra etiam Dominus dixerit apostolo Petro: *Rogaui pro te, ne deficiat fides tua:* & omnibus suis: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem:* si hoc totum est potestatis humanæ. Pueros quoque paruulos (si nullis imbuantur Christianæ gratiæ sacramentis) habituros vitam æternam, nequaquam Christiana præsumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apostolus: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mun-*

Matth. 6. Luc. 11.

Ibidem.

Rom. 9. 1. Cor. 10.

Luc. 22.

Matth. 26. Luc. 22.

Rom. 5.

dum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, Anno Chriſti 416.
1. Cor. 15. *in quo omnes peccauerunt.* Et alio loco: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Vt ergo alia omittamus, quæ contra ſcripturas ſanctas plurima diſſerunt, hæc interim duo (quibus omnino totum, quod Chriſtiani ſumus, conantur euertere) quæ fidelia corda ſuſtineant, non eſſe rogandum Deum, vt contra peccati malum, atque ad operandam iuſtitiam ſit noſter adiutor: & non opitulari paruulis, ad conſequendam vitam æternam, Chriſtianæ gratiæ ſacramentum. Hæc inſinuantes apoſtolico pectori tuo, non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cum procul dubio te iſta permoueant, vt ab eis corrigendis, ne latius ſerpant, multoſque contaminent, vel potius interimant, (dum ſub nomine Chriſti, a gratia Chriſti penitus alienant) omnino diſſimulare non poſſis. Huius autem perniciosiſſimi erroris auctores eſſe perhibentur Pelagius & Cæleſtius, quos quidē in eccleſia ſanari maluimus, quam deſperata ſalute, ab eccleſia reſecari, ſi neceſſitas nulla compellat. Quorum vnus, id eſt, Cæleſtius, etiam ad presbyterium in Aſia peruenisſe dicitur. De quo, ante paucos annos quid geſtum fuerit, ſanctitas tua de Carthaginenſi eccleſia melius inſtruitur. Pelagius vero (ſicut a quibuſdam fratribus noſtris miſſæ loquuntur epiſtolæ) Hieroſolymis conſtitutus, nonnullos fallere aſſeritur. Verumtamen multo plures, qui eius ſenſus diligentius indagare potuerunt, aduerſus eum pro Chriſti gratia, & catholicæ fidei veritate confligunt, ſed præcipue ſanctus filius tuus,
D. Hieronymi encomium. frater & compresbyter noſter Hieronymus. Sed arbitramur (adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, qui te & regere conſulentem, & orantem exaudire dignatur) auctoritati ſanctitatis tuæ de claro ſcripturarum lumine depromptæ, facilius eos (qui tam peruerſa & pernicioſa ſentiunt) eſſe ceſſuros, vt de correctione potius eorum gratulemur, quam contriſtemur interitu, domine beatiſſime. Quodlibet autem ipſi eligant, certe vel aliis, quos plurimos poſſunt, ſi ab eis diſſimuletur, ſuis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua, inſtanter & celeriter prouidendum. Hæc ad ſanctitatem tuam de Concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginen-

ANNO CHRISTI 416. ginensem ecclesiam, & Carthaginensis prouinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu: Memor nostri in Domini gratia augearis, Domine beatissime, meritoque venerabilis, & in Christo honorande, sanctissime papa.

EPISTOLA FAMILIARIS QVINQVE EPISCOPORVM AD SVPRADICTVM PAPAM.

Domino beatißimo, meritoque honorandißimo fratri Innocentio papæ, Aurelius, Alypius, Augustinus, Euodius & Possidius, in Domino salutem.

DE Conciliis duobus prouinciæ Carthaginensis atque Numidiæ ad tuam sanctitatem a non paruo episcoporum numero subscriptas literas misimus, contra inimicos gratiæ Christi, *qui confidunt in virtute sua,* & creatori *Psal. 48.* nostro quodammodo dicunt: Tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quærant liberatorem: ideo saluam, vt indicent superfluum saluatorem. Tantum enim dicunt valentem, vt suis viribus, semel in origine suæ creationis acceptis, possint per liberum arbitrium, nihil vlterius adiuuante illius gratia qui creauit, domare & extinguere omnes cupiditates, tentationesque superare. *Multi eorum insurgunt aduersum nos, & dicunt animæ* *Psal. 3.* *nostræ: non est salus illi in Deo eius.* Familia Christi (quæ dicit: *Quando infirmor, tunc fortis sum*: & cui dicit Dominus *2. Cor. 12.* eius: *Salus tua ego sum*) suspenso corde, cum timore & *Psal. 34.* tremore adiutorium Dei, etiam per caritatem tuæ venerationis, expectat. Audiuimus enim esse in vrbe Roma, vbi ille diu vixit, nonnullos qui diuersis causis eius faueant. Quidam scilicet, quia vos talia persuasisse perhibent: plures vero, qui eum talia sentire non credunt: præsertim quia in oriente, vbi degit, gesta ecclesiastica facta esse iactantur, quibus putatur esse purgatus: vbi quidem si episcopi eum catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia dixit se Dei gratiam confiteri, & ita posse hominem suo labore ac vo-

luntate iuſte viuere, vt ad hoc adiuuari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antiſtites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, niſi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare conſueuerunt, eam vtique, de qua dicit Apoſtolus: *Non irritam facio gratiam Dei. Nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.* Sine dubio gratiam, qua iuſtificamur ab iniquitate, & qua ſaluamur ab infirmitate, non qua creati ſumus cum propria voluntate. Nam ſi intellexiſſent illi epiſcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habemus, cum quibus homines ſumus; negare vero eam, qua Chriſtiani & filii Dei ſumus: quis catholicorum ſacerdotum eum patienter, non dicimus, audiret, ſed ante oculos ſuos ferret? Quapropter non culpandi ſunt iudices, qui eccleſiaſtica conſuetudine gratiæ nomen audierunt, neſcientes quid huiuſmodi homines vel in ſuæ doctrinæ libris, vel in ſuorum ſolent auribus ſpargere. Non agitur de vno Pelagio, qui iam fortaſſe correctus eſt, quod vtinam ita ſit: ſed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas, velut conuictas, trahentibus, firmas autem & in fide ſtabiles, ipſa contentione fatigantibus, vſquequaque iam plena ſunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accerſendus eſt Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam, qua fateatur, ſi tamen iam fateatur, ad non peccandum, iuſteque viuendum, homines adiuuari: aut hoc ipſum cum eo per literas agendum. Et cum inuentus fuerit hanc dicere, quam docet eccleſiaſtica & apoſtolica veritas, tunc ſine vllo ſcrupulo eccleſiæ, & ſine latibulo ambiguitatis vllius abſoluendus eſt, tunc eſt reuera de eius purgatione gaudendum. Siue enim dixerit, gratiam eſſe liberum arbitrium, ſiue gratiam eſſe remiſſionem peccatorum, ſiue gratiam eſſe legis præceptum, nihil eorum dicit, quod per ſubminiſtrationem Spiritus ſancti pertinet ad concupiſcentiam tentationeſque vincendas, quem ditiſſime effudit ſuper nos, *qui aſcendit in cælum, & captiuauit captiuitatem, deditque dona hominibus.* Hinc enim oramus, vt peccatorum tentationem ſuperare poſſimus, *vt ſpiritus Dei*, vnde pignus accepimus, *adiuuet infirmitatem noſtram.* Qui autem orat

Gal. 2.

Epheſ. 4.

Rom. 8.

ANNO CHRISTI 416. & dicit: *Ne nos inferas in tentationem:* non vtique id orat, vt homo sit, quod est natura; neque orat id, vt habeat liberum arbitrium, quod iam accepit, cum crearetur ipsa natura: neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur: *Dimitte nobis debita nostra:* neque orat, vt accipiat mandatum, sed plane orat, vt faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit vtique peccatum, quod est contra mandatum. Orat igitur, vt non peccet, hoc est, vt ne quid faciat mali: quod pro Corinthiis orat Apostolus, dicens: *Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali.* Vnde satis apparet, quod ad non peccandum, id est, ad non malefaciendum, quamuis esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficiat, nisi adiuuetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiæ testificatio. Hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus siue rectum, siue correctũ. Distinguenda est lex, & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas; nec gratia iuuaret, si satis esset voluntas. Iubetur, vt habeamus intellectum, vbi dicitur: *Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:* & tamen oramus, vt habeamus intellectum, vbi dicitur: *Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Iubetur vt habeamus sapientiam, vbi dicitur: *Stulti aliquando sapite:* & tamen oratur, vt sapientiam habeamus, vbi dicitur: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Iubetur vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Hic aliquid deest eiusmodi: *Sint lumbi vestri præcincti*: & tamen oramus eam dari nobis vbi dicitur: *Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum; adii Dominum, & deprecatus sum illum.* Postremo, ne nimium longum sit cuncta percurrere, iubetur vt non faciamus malum, vbi dicitur: *Declina a malo*, & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicitur: *Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali.* Iubemur vt faciamus bonum, vbi dicitur: *Declina a malo, & fac bonum*, & tamen oratur vt faciamus bonum, vbi dicitur: *Non cessamus, pro vobis orantes & postulantes*, atque inter cetera quæ illis orat, dicit: *Vt ambuletis digne Deo in omne placitum, in omni opere & sermone bono.* Sicut

Matth. 6. *Ibidem.* *2. Cor. 13.* *Psal. 31.* *Psal. 118.* *Psal. 93.* *Iacob. 1.* *Luc. 12.* *Sapient. 8.* *Psal. 33.* *2. Cor. 13.* *Psal. 33.* *Coloss. 1.* *1. Thess. 2.*

ergo agnoſcimus voluntatem, cum hæc præcipiuntur: ſic & ipſe agnoſcat gratiam, cum petuntur. Anno Christi 415.

Miſimus reuerentiæ tuæ librum, quem dederunt quidam religioſi & honeſti adoleſcentes, ſerui Dei, quorum etiam nomina non tacemus, nam Thimaſius & Iacobus vocantur. Qui, ſicut audiuimus, & etiam noſſe dignaris, ipſius Pelagii exhortatione, ſpem, quam habebant in ſæculo, reliquerunt, & nunc continentes Deo ſeruiunt. Qui cum errore eodem tandem aliquando per qualemcumque operam noſtram, Domino inſpirante, caruiſſent, protulerunt eumdem librum, Pelagii eſſe dicentes, & vt ei reſponderetur, impendio rogauerunt. Factum eſt: ad eoſdem reſcripta eſt ipſa reſponſio. Agentes gratias, reſcripſerunt. Vtrumque miſimus, cui reſponſum eſt, & quod reſponſum eſt. Et ne nimium eſſemus oneroſi, ſigna fecimus his locis, vbi (petimus) inſpicere non graueris, quemadmodum ſibi obiecta quæſtione, quod gratiam Dei negaret, ita reſpondit, vt eam eſſe non diceret niſi naturam, in qua nos condidit Deus. Si autem hunc eſſe ſuum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus. Anathematizet illa, & eam confiteatur apertiſſime gratiam, quam doctrina Chriſtiana demonſtrat & prædicat eſſe propriam Chriſtianorum, quæ non eſt natura, ſed qua ſaluatur natura, non auribus doctrina ſonante, vel aliquo adiumento viſibili, ſicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinſecus, ſed ſubminiſtratione ſpiritus & occulta miſericordia, ſicut ille facit
1. Cor. 3. *qui dat incrementum Deus.* Etſi enim quadam non improbanda ratione, dicitur gratia Dei, qua creati ſumus, vt nonnihil eſſemus: nec ita eſſemus aliquid, vt cadauer quod non viuit, aut arbor quæ non ſentit, aut pecus quod non intelligit, ſed homines qui & eſſemus, & viueremus, & ſentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori noſtro gratias agere valeamus: vnde merito & gratia iſta dici poteſt, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita bonitate Dei donata eſt: alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificaRom. 8. mur, glorificamur, vt dicere poſſimus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio ſuo proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* De hac gratia quæſtio vertebatur,

ANNO CHRISTI 416. quando ab his, quos Pelagius grauiter offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret, non solum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata diuina, per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam. Hanc apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est: *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Galat. 2. De hac scriptum est: *Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.* Galat. 5. De hac scriptum est: *Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.* Rom. 12. De hac scriptum est: *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam.* Rom. 4. Et multa alia, quæ melius potes ipse meminisse, & intelligere prudentius, & illustrius prædicare. Illam vero gratiam, qua creati sumus homines, etiamsi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen, si ita appellatam in vllis legitimis, propheticis, euangelicis, apostolicisque literis legimus. Cum itaque de hac gratia, Christianis fidelibus catholicisque notissima, illi obiiceretur quæstio, vt eam oppugnare desineret: quid est, quod cum hoc sibi in libro suo, velut ab aduersante persona, idem ipse obiecisset, vt se respondendo purgaret; nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre gratiam creatoris, atque se ita dicere, sine peccato implere posse iustitiam, per liberum arbitrium cum adiutorio diuinæ gratiæ, quod Deus hoc dederit homini, ipsa possibilitate naturæ? Cui merito respondetur: *Ergo euacuatum est scandalum crucis: Ergo Christus gratis mortuus est.* Galat. 5. Rom. 4. Non enim, si non moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram, nec *ascendens in altum, captiuans captiuitatem, daret dona hominibus*, Psal. 67. ista naturæ possibilitas, quam defendit, non esset in hominibus. An forte Dei mandatum deerat, & ideo Christus mortuus est? Imo etiam & hoc erat sanctum, & iustum, & bonum. Iam dictum fuerat: *Non concupisces:* Exod. 20. iam dictum fuerat: *Diliges proximum tuum tamquam teipsum.* Matth. 5. In quo sermone apostolus omnem legem dicit impleri: & quo-

niam nisi diligat Deũ, nemo diligit seipsum, ideo Dominus in his duobus præceptis totam legem dixit prophetasque pendere. Quæ duo præcepta iam erant hominibus diuinitus data. An æternum præmium iustitiæ promissum nondum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit, etiam in veteri Testamento regnum cælorum esse promissum. Si ergo ad faciendam perficiendamque iustitiam, iam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis Dei sanctum, & iustum, bonumque mandatum, iam erat promissum præmium sempiternum: *Ergo Christus gratis mortuus est:* ergo neque per legem iustitia, neq; per naturæ possibilitatẽ, sed ex fide ac dono Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, vnum mediatorem Dei & hominum. Qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter iustificationem nostram, profecto & antiquorum fides euacuaretur, & nostra. Fide vero euacuata, quæ homini iustitia remaneat: *cum iustus ex fide viuat? Ex quo enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt:* procul dubio *a corpore mortis huius, vbi lex alia repugnat legi mentis*, neminem liberauit aut liberat suæ possibilitas naturæ: quæ perdita, redemptore indiget; saucia, Saluatore: sed gratia Dei per fidem vnius mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, qui & Deus cum esset, hominem fecit, & manens Deus, homo factus, refecit ipse quod fecit. Puto autem, quod eum lateat, fidem Christi (quæ postea in reuelationem venit) in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt, quicumque omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt occulto iudicio Dei, non tamen vituperabili. Vnde dicit Apostolus: *Habentes autem eumdem spiritum fidei*, vtique eumdem quem & illi, secundum quod scriptum est: *Credidi, propter quod locutus sum*: & nos credimus, propter quod loquimur. Inde est, quod ait ipse mediator: *Abraham concupiuit videre diem meum: vidit, & gauisus est.* Inde Melchisedec prolato sacramento mensæ dominicæ, nouit æternum eius sacerdotium figurare. Iam vero data in literis lege quam dicit Apostolus subintrasse, vt abunda-

Gal. 2.
Heb. 10. Rom. 5.
Rom. 7.
2. Cor. 4.
Psal. 115.
Ioan. 8.
Gen. 14.

ANNO CHRISTI 416. ret delictum, & de qua dicit: *Si ergo ex lege hereditas, iam non ex promissione: Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Transgressionis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura, omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, vt peccatum agnosceretur, & præuaricatione augeretur? *Vbi enim lex non est; nec præuaricatio.* Et sic aduersus victoriam peccati, ad diuinam gratiam (quæ in promissionibus est) confugeretur: atque ita lex non esset aduersus promissa Dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex præuaricatione legis abundantia peccati, vt ad liberationem quærantur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat esse in homine iustitia, non sua, sed Dei, hoc est, data dono Dei. Quam etiam nunc quidam (sicut tunc de Iudæis dictum est) *ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, iustitia sua, prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter quod iustitia Dei dicitur. Vnde item scriptum est: *Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & per prophetas.* Cum dicit: *Manifestata est:* ostendit quia & tunc erat: sed tamquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit; tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifesta. Cum ergo lex sine gratia, non mors peccati potuisset esse, sed virtus: sic enim dictum est: *Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex*: sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam, velut in aream, nunc patentem: ita pauci ad eam confugiebant, velut in vellere tunc latentem. Hæc vero temporum distributio refertur ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, de qua dictum est: *Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius?* Quapropter si & ante tempus legis, & tempore ipso legis, iustos patres ex fide viuentes, non possibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac vi-

Gal. 3. Rom. 4. Rom. 10. Rom. 3. Iud. 6. 1. Cor. 15. Rom. 11.

tiatæ,& ſub peccato venumdatæ,ſed Dei gratia per fidem iuſtificabat,& nunc eadem, in apertum iam veniens, reuelata iuſtificat, anathematizet ergo Pelagius ſcripta ſua, vbi contra eam, etſi non per contumaciam, tamen per ignorantiam diſputat, poſſibilitatem defendendo naturæ, ad vincenda peccata, & implenda mandata. Aut ſi ea ſua eſſe negat, aut ſcriptis ſuis ab inimicis ſuis dicit immiſſa; quæ ſua eſſe negat, anathematizet ea tamen,& damnet paterna exhortatione & auctoritate ſanctimoniæ tuæ. Si ergo vult, oneroſum ſibi & pernicioſum diſcat, eccleſiæ ſcandalum inferre, quod ſcandalum auditores, & in peruerſum dilectores eius, vſquequaque ſpargere non quieſcunt. Si enim cognouerint eumdem librum (quem illius vel putant eſſe, vel norunt) epiſcoporum catholicorum auctoritate, & maxime ſanctitatis tuæ, quam apud eum eſſe maioris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipſo eſſe anathematizatum atque damnatum; non eos vlterius æſtimamus auſuros, loquendo contra gratiam Dei, quæ reuelata eſt per paſſionem & reſurrectionem Chriſti, pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana turbare: ſed potius, adiuuante miſericordia Dei, concertantibus nobiſcum caritate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, (non ſolum vt in æternum beati, verum etiam & iuſti & ſancti ſint) non in ſua virtute, ſed in eadem gratia confiſuros. Vnde & ad ipſum ſcriptam ab vno noſtrum epiſtolam, ad quem, per quemdam orientalem diaconum, ciuem autem Hipponenſem, tamquam purgationis ſuæ quædam ſcripta tranſmiſit, tuæ beatitudini potius credidimus dirigendam, melius iudicantes,& petentes, vt eam mittere ei ipſe digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui miſit, quam qui ſcripſit, attendens. Illud vero, quod dicunt, poſſe hominem eſſe ſine peccato, & mandata Dei facile cuſtodire, ſi velit, quamuis cum hoc per adiutorium gratiæ, quæ tamen per incarnationem vnigeniti eius reuelata atque donata eſt, dicitur, tolerabilius dici videatur, tamen quoniam non immerito mouere poteſt, vbi & quando per eamdem gratiam id efficiatur in nobis, vt ſine vllo prorſus peccato ſimus, (vtrum in hac vita, quando *caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, an vero in illa, cum

Galat. 5.

ANNO CHRISTI 416. cum fiet sermo qui scriptus est: *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis, peccatum est*) diligentius pertractandum est propter alios quosdam, qui senserunt, atque in suis literis memoriæ mandauerunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio natiuitatis suæ, sed conuersione a peccatis ad iustitiam, & a via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt, quod de Zacharia & Elizabeth scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus Domini sine querela. Hoc, quod dictum est, sine querela, sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam (quod aliis locis in literis eorum inuenitur) pie confitentes adiutorium gratiæ Domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem Spiritum Dei. Qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse vtique sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege Dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo. Sicut ergo nunc per orationis sacrificium conuincimur non esse sine peccato, quoniam iussi sumus dicere: *Dimitte nobis debita nostra*: ita & tunc per sacrificia victimarum animalium, conuincebantur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis iubebantur offerre. Quod si res ita se habet, vt per gratiam saluatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, caritate crescente, perficiamur autem in illa vita, cupiditate extincta, caritate completa: profecto illud quod scriptum est: *Qui natus est ex Deo, non peccat*, secundum ipsam caritatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe, quæ ex Deo est, augenda & perficienda caritas pertinet: non ea, quæ minuenda est & consumenda, cupiditas: quæ tamen, quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis. Sed natus ex Deo, nec obediens desideriis eius, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere: *Iam non ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum.* Sed quoquo modo se habeat ista quæstio, quia etsi non inuenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratiæ & Spiritus Dei: quod vt fiat, conandum atque poscendum est. tolerabiliter in id quisque fallitur: nec

1. Cor. 15.
Luc. 1.
Heb. 7.
Matth. 6.
1. Ioan. 3.
1. Ioan. 3.
Rom. 6. Rom. 7.

diabolica impietas, sed error humanus est, elaboranda & optanda affirmare, etiamsi, quod affirmat, non possit ostendere. Id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est velle. Nobis autem sufficit, quod nullus fidelium in ecclesia Dei reperitur in quolibet profectu excellenti atque iustitia, qui audeat dicere sibi non necessariam precationem orationis dominicæ: *Dimitte nobis debita nostra*, & dicat *se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, & in eo veritas non sit*, quamuis iam sine querela viuat. Non enim qualecumque etiam tentationis humanæ, sed graue peccatum est, quod in querelam venit. Cetera quæ illi obiecta sunt, sicut gestis defensa peruiderit, ita de his procul dubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sane nobis veniam suauitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem epistolam fortassis quam velles tuæ misimus sanctitati. Non enim riuulum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, sed in hac non parua tentatione temporis, vnde nos liberet cui dicimus: *Ne nos inferas in tentationem*, vtrum etiam noster, licet exiguus, ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, & tuis rescriptis de communi participatione vnius gratiæ consolari.

Acta Carthag. 416.

Matth. 6.

1. *Ioan.* 1. *Luc.* 1.

Matth. 6.

NOTÆ.

Acta Concilii.

[a] *Concilium Mileuitanum.*] Dum patres huius Concilii Pelagianam hæresin octo Canonibus aduersus eam editis vnanimi consensu condemnassent, synodicam ad Innocentium Romanum pontificem per eumdem Iulium legatum, quem Concilium Carthaginense cum literis synodalibus Romam miserat, dederunt. Quinque episcopi hi, Aurelius, Alypius, Augustinus, Euodius, & Possidius, suas priuatas familiares literas addiderunt; quibus illum admonuerunt, ne, quod iactitabant Pelagiani, cum iisdem Romæ degentibus communicaret, aut saltem conniueret: idque priuatis, iisdemque familiaribus literis præstiterunt, ne verenda patris retegere viderentur. Quas vero Innocentius reddiderit, quomodo se iisdem expurgarit, omnemque suspicionem e cordibus Africanorum episcoporum sustulerit, patet supra ex epistolis ad Concilium Mileuitanum, & quinque episcopos redditis.

Duo Mileuitana Concilia incuria librariorum in vnum conflata.

[b] *Secundum.*] Hoc Concilium a priore Mileuitano distinctum esse, supra dixi in Concilio Mileuitano priore verbo: *Primum.* Qua ratione contigerit, vt vitio librariorum, seu potius collectorum incuria, duo Mileuitana in vnum sint constituta, ibidem annotauimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 416.

[c] *Contra Pelagium & Cæleſtium.*] De Pelagio ſupra egi in notis Concilii Dioſpolitani. Cæleſtius Pelagii armiger & claſſicus fuit, eiuſdem hæreſeos auctor: qui licet illius foret diſcipulus, tamen ab Hieronymo magiſter & ductor totius exercitus impietatis nominatur. Paulinus diaconus contra hunc diſputauit Carthagine: qua diſputatione ſe Rufinum Aquileienſem ſequi profeſſus fuit. Ibi aliiſve in locis deinceps condemnatus, ad ſedem apoſtolicam appellauit. Cæleſtius hæreſiarcha, quis & qualis?

[d] *Sexaginta epiſcoporum.*] Quorum nomina recenſentur in principio epiſtolæ ſynodalis ad Innocentium pontificem ſcriptæ.

[e] *Theodoſio & Palladio conſulibus.*] De tempore huius Concilii Mileuitani idem dicendum eſt quod paulo ante dixi in notis Carthaginenſis Concilii immediate præcedentis, verbis iiſdem, *Theodoſio* VII. *& Palladio.* Tempus Concilii.

[f] *Tituli Canonum.*] Octo Canones anteriores, contra octo Pelagii diuerſas hæreſes editi, ad hoc Concilium pertinent: reliqui vero, qui deinceps vſque ad finem ſequuntur, diuerſorum Africanorum Conciliorum Canones eſſe apparent. Bar. ann. 416. num. 3. Canones huius Concilii, qui & quot ſint?

[g] *Glorioſiſſimis imperatoribus Arcadio,* &c.] Hæc præfatiuncula, in cuius exordio habetur præfixa nota diei & conſulis, vſque ad illa verba excluſiue: *Ideoque pariter quædam de cauſis fidei,* &c. eſt Mileuitani Concilii primi; cui Aurelius Carthaginenſis epiſcopus interfuit. Baronius prædicto loco. Præfatiuncula hæc ſurreptitie hic addita.

[h] *Placuit vt non ſit vltra fatigandis.*] Hæc quæ deinceps ſequuntur, non Mileuitani, ſed diuerſorum potius Conciliorum Canones ſunt, vt ſupra dixi. Can. 9.

[i] *Sed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur.*] Manifeſte indicatur, quod ne quidem coniugi innocenti aliud matrimonium contrahere conceſſum fuerit, quamdiu ſupereſt adultera. Quod cum S. Auguſtinus, qui Africanis Conciliis hoc tempore habitis interfuit, integris libris confirmauerit; mirum eſt qua ratione hæretici hunc Canonem ad ſuam hac de re prauam & erroneam opinionem ſtabiliendam, ablegare præſumant. Bellarminus lib. 1. de matrimonio cap. 17. obiect. 10. Can. 17. An coniux innocens poſt factam ſeparationem adulteri coniugis, aliud matrimonium contrahere poſſit.

[k] *In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.*] Patres huius Concilii legem imperialem deſiderarunt, non qua declararetur nouum coniugium poſt diuortium vtroque adhuc coniuge viuente illicitum eſſe, (id enim ex euangelio & Apoſtolo conſtare ipſimet patres hic affirmant) ſed qua a poteſtate temporali ſeuere etiam punirentur, qui crimen illud admitterent. Bellarm. lib. 1. de matrimonio cap. 17. obiect. 10. Can. 17. Petitur ab imperatore vt adulteri puniantur.

[l] *Item placuit, vt preſbyteri,* &c.] Quod ſupra Canone 17. Concilii Sardicenſis vtiliter conſtitutum fuit, vt preſbyterorum & minorum clericorum cauſæ apud vicinos epiſcopos terminentur, iiſque ad ſedem apoſtolicam apppellantibus non deferatur; idem hoc loco a patribus alterius cuiuſdam Africani Concilii confirmatum eſt. De epiſcopis ad ſedem apoſtolicam appellantibus, nihil hic con- Can. 22. Clericis minoribus in Africa ad ſedem apoſtolicam appellare prohibitum.

stitutum fuit. S. Augustinus, qui plurimis Africanis Conciliis interfuit, epistola 162. testatur, Africanis vltra mare ad Romanum pontificem appellare concessum: clericis vero minoribus idem prohibitum fuisse. Cum itaque hic Canon non de episcopis, sed tantum de presbyteris & minoribus clericis loquatur, Gratianus 2. quæst. 6. hunc Canonem citans, non satis conuenienter eidem hanc limitationem addidit: *Nisi forte Romanam sedem appellauerint*, &c. quasi Africani trans mare appellantes, alio quam ad Romanum pontificem appellare consueuissent. Dices, si clericis inferioris ordinis ab episcoporum suorum sententia ad sedem apostolicam appellare prohibitum fuit, quo iure Romani pontifices Apiarium presbyterum ex Africa appellantem susceperunt, &, quod referunt Africani patres in epistola ad Bonifacium & Cælestinum, in gradum suum restitui fecerunt. Respondeo, licet ipsis clericis ab episcopis suæ prouinciæ appellare prohibitum fuerit, non tamen prohibitum fuit, neque etiam prohiberi potuit summo pontifici, ne, si vellet, eos admitteret. Præterea Romani pontifices apppellationem Apiarii non tam admiserunt, quam eius querelas audierunt, & Africanis mandarunt, vt eius causam diligenter cognoscerent, & fideliter iudicarent. Ex prædictis enim duabus epistolis patet, Apiarium bis Romam venisse, atque vtraque vice in Africam remissum, post reditum ab vrbe ibidem in Concilio iudicatum esse. Vide Bellarmin. lib. 2. de Roman. pontif. cap. 24. obiect. 3. item quæ notauimus supra Can. 3. & 17. Concilii Sardicensis, quæque infra dicemus in notis Concilii Carthaginensis V I. cap. 6.

Anno Christi 416.

Gratianus taxatur.

Diluitur obiectio.

Apiarius presbyter Africanus an ad sedem apostolicam appellans auditus fuerit?

[m] *Et electi sunt de prouincia Carthaginensi Vincentius*, &c.] Nomina episcoporum, hic ad finem adscripta & apposita, diuersa sunt fere omnia ab iis quæ in principio epistolæ synodalis præfixa habentur. Vnde satis euidenter apparet, subscriptionem hic appositam, a Concilio Mileuitano diuersam esse: adeo vt hoc Concilium videas esse corpus ex diuersis membris compactum, cuius caput, pedes & membra sint ex aliis diuersis corporibus compaginata. Quæ nisi quis accurate perspexerit, in ambages inextricabiles, & nodos insolubiles incidat, necesse est. Vide Baronium anno 416. num. 3. & 10.

Can. 27. Subscripta nomina episcoporum in fine addita, sintne huius Concilii?

[n] *Epistola synodica.*] Qua occasione hæ duæ epistolæ scriptæ fuerint, diximus supra in principio, & notis epistolarum ab Innocentio redditarum.

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DVCÆI SOCIETATIS IESV.

Can. 2. *Non vere, sed falso intelligatur.*] *Non vera, sed falsa intelligatur.* Ita quoque legitur apud Gratianum de consecratione dist. 4. cap. Placuit. Ita demum Græcus interpres apud Photium in Nomocanone Carthaginensis Concilii Can. 112. ὁ τύπος τῆς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος ἐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλασὸς νοεῖται.

ANNO CHRISTI 416. *Item quiſquis dixerit.*] *Item placuit vt quiſquis dixerit.* In aliis etiam Canonibus repetitur verbum *Placuit.* ſed interpres tamen Græcus hoc legiſſe non videtur, Can. 112. Ομοίως ὅσις δήποτε εἴποι πλὴν αὐτῶν χάειν. Item poſt pauca vertit φανερόσθαι ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτιμάτων, *aperitur intelligentia peccatorum,* non vt hic legitur, *intelligentia mandatorum*, quæ tamen verior eſt lectio: ſequitur enim, *vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus.* Can. 4.

Domino Deo noſtro.] *Domino Deo meo.* quo pacto legitur & apud Danielem cap. 9. v. 20. & Græcus interpres vertit, κυρίῳ τῷ θεῷ μου ἐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. quæ perperam reddit Latinus Photii interpres in Nomocanone; *Noluit dicere peccata mea*, pro *peccata noſtra.* Can. 7.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA ZOSIMI PAPÆ.

Ex libro pontificali.

ANNO CHRISTI 417. [a] ZOSIMVS natione Græcus, ex patre Abrahamio, [b] ſedit annum vnum, menſes duos, dies vndecim. Hic conſtituit multa in eccleſia. Et conſtituit vt diacones læuas tectas de pallis linoſtimis haberent. Et [c] per parochias conceſſit licentiam benedicendi cereum paſchalem. Et præcepit, vt nullis clericis poculum in publico propinaretur, niſi tantum in cellis fidelium, maxime clericorum. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem, presbyteros decem, diacones tres, epiſcopos per diuerſa loca numero octo. Sepultus eſt via Tiburtina, iuxta corpus beati Laurentii martyris, ſeptimo Kalendas * Ianuarii. Et ceſſauit epiſcopatus dies vndecim.

* Iunii.

NOTÆ.

[a] *Zoſimus.*] Poſt obitum Innocentii, interlapſis vigintiduobus diebus interregni, Zoſimus factus eſt pontifex decimanona Auguſti, anno Domini 417. qui eſt Honorii 23. Theodoſii 10. Pelagius & Cæleſtius ab Africanis condemnati, ad pontificem appellarunt, oblatoque Zoſimo fidei libello plane catholico, ſe in omnibus paratos eſſe dixerunt, eadem de fide ſentire, quæ Romanus pontifex ſentienda proponeret. Quibus perſuaſus pontifex de vtroque, vt vi-

Zoſimus quando pontifex factus.

Pelagius & Cæleſtius condemnati ad pontificem appellarunt.

deri poterat catholico reddito, ad eosdem Africanos episcopos literas dedit, quas infra ex codice Vaticano cum libello fidei subiungemus. Baptismatis fontis benedictio, vt est apud Leonem epistol. 65. miraculo est confirmata. Quid in causa Pelagii inter Zosimum & Africani Concilii patres actum sit, infra dicemus. Interea Romæ Cælestius in iudicium vocatus, de fide & doctrina examinatus, peccatum originale cum Pelagio negasse repertus fuit : qua de causa in vtrumque sacer patrum consessus hanc sententiam damnationis protulit, vt nisi correcti pœnitentiam agerent, toto orbe terrarum damnati censerentur. Sixtus Romanus presbyter, Cælestini in pontificatu successor, quem Pelagianæ hæreseos fautorem ac patronum esse calumniati fuerant, primus in illos anathema proclamauit, & commentarium aduersus eosdem scripsit, teste Augustino epist. 104. & 105. Honorius imperator edicto promulgato eosdem proscripsit. Fautores Pelagii ex clero Romano, tamquam rebelles & perturbatores omnium a Zosimo excommunicati, cum ad Honorium imperatorem de pontifice conquesturi se contulissent, sub pœna excommunicationis vitari iubentur per epistolam Zosimi ad presbyteros & diaconos Rauennates perscriptam. Damnati hæresiarchæ, pontificem, clerum Romanum, Augustinum, aliosque catholicos calumniis impetiuerunt, & ecclesiam Romanam orientalibus odiosam reddere laborauerunt; sed frustra. Ob dissensionem quamdam Africanorum episcoporum cum Romano pontifice obortam, de prosecutione appellationum ad sedem apostolicam interpositarum, Faustinum episcopum Potentinum in Piceno, Asellum & Philippum, legatos a latere, anno Domini 418. Carthaginem misit. Quoniam vero inter hæc Zosimum mori, remque ad Bonifacium successorem eius deuolui contigit, quid in causa perdifficili, quinquennio agitata, gestum sit, infra dicemus. Baron. prædictis annis.

Fontis benedictio miraculo confirmata.

Iudicium Cælestii Romæ renouatum.

Cælestius & Pelagius condemnati.

Ab imperatore proscribuntur.

Pelagius & Cælestius Romanam ecclesiam infectati.

Legatio in Africam missa cur fuerit.

Quamdiu sederit.

[b] *Sedit annum vnum, menses duos, dies vndecim.*] Anno vno, mensibus quatuor, diebus septem pontificiam sedem tenuisse, patet ex initio & fine pontificatus. Anno præcedente 417. Innocentium adhuc superstitem fuisse, indicat eius epistola ad Concilium Mileuitanum scripta. Ad finem anni 418. Zosimũ non superuixisse, acta Concilii Carthaginensis VI. & epistola Bonifacii successoris ad episcopos Galliæ, sub consulatu Monoxii scripta, testantur. Cum ergo, iuxta auctoritatem libri pontificalis, obitus Zosimi contigerit VII. Kalendas Februarii constetque ex relatione Symmachi ad Honorium IV. Kalendas Februarii data, Bonifacium eidem subrogatum fuisse, dicendum est Zosimum non tribus, sed vno tantum anno, ac prædictis mensibus & diebus sedem apostolicam gubernasse. Baron. anno 418. num. 75.

Decretum Zosimi.

[c] *Per parochias concessit licentiam.*] Zosimus hoc tantum constituit, vt idem cereus, qui in maioribus dumtaxat basilicis incendi soleret, æque singulis parochiis concederetur. Benedictionem enim cerei paschalis, in ecclesia antiquiorem esse, docet Prudentius, qui de eo hymnum cecinit. Baronius anno. 418. num. 26.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EPISTOLA I.
ZOSIMI PAPÆ
AD HESYCHIVM SALONITANVM EPISCOPVM.

I. *Quod monachi vel laici, nisi per gradus ecclesiasticos, non debent ad summum sacerdotium peruenire.*

II. *Quod si quis interdicta despexerit, gradus sui periculo subiacebit.*

III. *Quæ in singulis clericorum gradibus tempora sunt præfixa.*

Zosimus episcopus vrbis Romæ, Hesychio episcopo Salonitano.

I.

EXIGIT dilectio tua præceptum apostolicæ sedis, in quo patrum decreta consentiunt, & significas, nonnullos ex monachorum populari cœtu, quorum solitudo quauis frequentia maior est, sed & laicos, ad sacerdotium festinare. Hoc autem specialiter & sub prædecessoribus nostris, & nuper a nobis interdictum constat literis ad Gallias Hispaniasque transmissis, in quibus regionibus familiaris est ista præsumptio, quamuis nec Africa super hac admonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus contra patrum præcepta, qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset, & temporis approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret: & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum. Vnde miramur, ad dilectionem tuam statuta apostolicæ sedis non fuisse perlata. Laudamus igitur constantiam propositi tui, frater carissime, nec aliud de pontificii tui veteri censura auctoritatis genus expectandum fuit, quam vt talibus ambitionibus, pro præceptis patrum, in procinctu fidei constitutus, occurreres. Igitur si quid auctoritati tuæ (quod nos non opinamur) æstimas defuisse, supplemus. Obsistite talibus ordinationibus, obsistite superbiæ & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta patrum, tecum apostolicæ sedis auctoritas. Si enim officia sæcularia principem locum, non vestibulum actionis in-

Dist. 36. Qui ecclesiasticis. Et dist. 59. Qui ecclesiasticis.

greſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt; quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cæleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tiro ante non fuerit? & prius velit docere, quam diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitii: nec illi vile ſit, exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterii faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur. Iure inde ſummi pontificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicii. Rarum eſt enim omne quod magnum eſt.

II.

Proinde nos, ne quid meritis dilectionis tuæ derogaremus, ad te potiſſimum ſcripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum facies ire notitiam; non tantum eorum, qui in ea prouincia ſunt, ſed etiam qui vicinis dilectioni tuæ prouinciis adiunguntur. Sciet (quiſquis hoc, propoſita patrum & apoſtolicæ ſedis auctoritate, neglexerit) a nobis diſtrictius vindicandum, vt loci ſui minime dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones impune poſſe tentari. Contumeliæ enim ſtudio fit, quidquid interdictum toties vſurpatur.

III.

Diſt. 77. In ſingulis: & in Decr. Siricii ad Himerium Tarraconen. cap. 8. & 9.

Hæc autem in ſingulis gradibus obſeruanda ſunt tempora. Si ab infantia eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores vſque ad viceſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret. Si maior iam & grandæuus acceſſerit, ita tamen vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores,

ſiue

siue inter exorcistas quinquennio teneatur: exinde acolythus, vel subdiaconus, quatuor annis: & sic ad benedictionem diaconatus (si meretur) accedat, in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco (si eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege seruata, vt neque bigamus, neque pœnitens, neque viduæ maritus ad hos gradus possit admitti. Sane, vt etiam defensores ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. Datum octauo Kalendas Martias, Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus.

EPISTOLA II.
ZOSIMI PAPÆ
AD CLERVM ET AD PRESBYTEROS RAVENNATVM.

Excommunicat eos qui contra se ad comitatum ierunt.

Zosimus episcopus commonitorium presbyteris & diaconibus qui Rauennæ sunt.

Ex relatione fratris nostri Archidami presbyteri, qualiter susceptí sitis, vel quid egeritis, cognouimus, vel qualiter illi susceptí sint, qui contra Canones aduersum nos ad comitatum (nescio qua audentes temeritate) ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc misimus, olim scripta feceramus, eorum, quas iniuriose miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est, in nostra ecclesia Romana, cum nostris compresbyteris commorari, has ad vos illis tradendas literas destinauimus, in quibus Decreto nostro sanximus, memoratos perturbatores omnium ab apostolicæ nostræ sedis communione alienos fuisse, atque nostra subscriptione prolatam sententiam susceptisse. Illos etiam qui effrenato huic facto consilioque assensum commodare

Sardicensis Concilii Can. 8. 9. 20. & 21.

voluerunt, veſtræ caritatis eſt æſtimare qualiter habeantur. Quibus hoc obiicere vos debetis, quod * iuxta Canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles exiſtere tentauerunt. Vos tamen monemus in ſpeculis eſſe debere, ne qua eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos ſcit ſancta & apoſtolica eccleſia. De his vero, qui eorum ſe ſocietati iunxerunt, quid agere debeamus, cum reuerſi fueritis, conſilio meliori tractabimus. Et alia manu: Datum v. Nonas Octobris, Honorio duodecimum, & Theodoſio octauum Auguſtis conſulibus. * contra

NOTA.

Qua occaſione Zoſimus pontifex hanc epiſtolam ſcripſerit, dixi ſupra in notis ad vitam Zoſimi: nimirum quod a pontifice excommunicati ad comitatum profecti fuerint, contra Sardicenſis Concilii Decreta. Vide quæ ibidem notauimus. Baronius anno 418. num. 19.

[a] EPISTOLA III.

ZOSIMI PAPÆ

AD AFRICANOS EPISCOPOS.

Cæleſtium, prout videri poterat, catholicum redditum eſſe nuntiat.

Zoſimus Aurelio & vniuerſis epiſcopis per Africam conſtitutis dilectiſſimis fratribus, in Domino ſalutem.

MAGNVM pondus examinis magna deſiderat, vt non ſit rebus ipſis quæ geruntur inferior libra iudicii. His accedit apoſtolicæ ſedis auctoritas, cui in honorem beatiſſimi Petri patrum Decreta peculiarem quamdam ſanxere reuerentiam. Orandum igitur, & inceſſanter orandum, vt continua gratia, perennique adiutorio Dei pax ex hoc fonte in totum orbem fidei & catholicæ ſocietatis nullis nubibus interfuſcata mittatur. Caritas enim, *quæ* (ſicut ſcriptum eſt) *Deus eſt*, perfecta plenitudinis abundantia gratulatur: cum ſi quid vel ſuſpicionis habuerit fidei intentionis ſolicita, vel in longum perducta contentione, aut emendatione corrigitur. Ioan. 4.

Cæleſtius presbyter noſtro ſe ingeſſit examini, expe-

tens ea, quæ de se apostolicæ sedi aliter quam oportuit, essent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes maioribus vinculis ecclesiasticorum negotiorum curam nostram, solicitudinemque distraherent: tamen ne paternitatis vestræ de aduentu ac discussione prædicti diutius penderet expectatio, posthabitis omnibus, die cognitionis resedimus in sancti Clementis basilica, qui imbutus beati Petri apostoli disciplinis, tali magistro veteres emendasset errores, ratosque profectus habuisset, vt fidem, quam didicerat & docuerat, etiam martyrio consecraret: scilicet vt ad salutiferam castigationem, tanti sacerdotis auctoritas præsenti cognitioni esset exemplo. Omnia igitur quæ prius fuerant acta discussimus, sicut gestorum huic epistolæ cohærentium instructione discetis. Intromisso Cælestio, libellum eius, quem dederat, fecimus recitari. Nec hoc contenti, vtrum hæc quæ scripsisset, corde loqueretur, an labiis, sæpenumero explorauimus, cum de occultis animorum solius Dei nostri possit esse iudicium, cui non tantum cogitata, sed cogitanda etiam præsto sunt. Quid voces eius contineant, compendiosius duximus ad sanctitatem vestram legenda cognosci. Vnum sane mouet nos, vt cum in præsenti ibi Cælestium habueritis, nihil liquido iudicatum sit. Ad literas Herotis & Lazari priori relatione destinata, equidem hoc feruore fidei præfestinatum esse, promptissimum est.

Consistorium in S. Clementis basilica.

Sed cum de his interrogaretur, asseruit nullum sibi de talibus contentionibus vnquam cum antedictis fuisse sermonem, nec ante sibi, quam de se scriberent, visum fuisse compertos; Lazarum sane in transitu cognitum, Herotem vero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto & absente sensisset, cum gratia recessisset. Iam caduca ad nulla fundamina criminationis ignotæ procul dubio ire fuit, vt persona talium, quæ tam ventosa & leuis extiterat, quæreretur, si saltem illis loci sui ratio vitæque constaret, vt fides absentibus in absentes debuerit adhiberi, tantumque pondus in literis eorum, vt auctoritatem testimonii mererentur. Patuit hos inobseruatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias sacerdotia vendicasse,

De causa Herotis & Lazari episcoporum Gallorum.

quibus se ipsi propria abdicauere sententia; nosque licet & alia, tum eorum de se pœnitudinem secuti, sacerdotali eos loco & omni communione submouimus. Satis vrget causam, a talibus processisse per literas in absentes eius accusationem, qui se præsens tuetur, qui exponit fidem, qui prouocat accusantem, nunquã piguit in melius retorsisse iudicium. Adolescens & sancti Spiritus executor, qui Susannam seniorum falsitate damnatam inuenit innocentem; reducitur a suppliciis casta per puerum, quæ per grandæuos fingitur impudica. Non ergo omni (sicut cautum est) spiritui credendum, sed diu appensius examinandum est, præsertim de fide hominis, vbi status eius & vita perpetua est. Nec Salomonem fefellit in puerperii rixa * mentis indago: non enim duabus feminis inter se iurgantibus vnum pignus induxit; sed ibi arbiter fide cunctabundus inuenit, vbi veræ pietatis intellexit affectum. Perquam rarum sit, vt longa & castigata cunctatione ad veri cubile perueniat. Optimæ mentis indicium est, praua difficilius credere: nam plerique, quorum de se bonæ confessionis pignus adhibetur fides, in nullius erroris abruptum necessitate coguntur, & irremediabile vulnus efficitur, quod desperatur sanari.

* vnius

Instauratur iudicium inter Cælestium & accusatores.

Vnde in præsenti causa nihil præcox immaturumque censuimus, sed innotescere sanctitati vestræ super absoluta Cælestii fide nostrum examen; cui etiam prior libellus ab eo intra Africam testimonio apud nos esse debuisset; ne inexploratis, famaque iactantibus tam facile crederetur. Quare intra secundum mensem aut veniant, qui præsentem redarguant aliter sentire, quam libellis & confessione contexuit; aut nihil post hæc tam aperta & manifesta quæ protulit, dubii sanctitas vestra resedisse cognoscat. Ipsum sane Cælestium, & quoscumque qui eo tempore ex diuersis regionibus aderant sacerdotes, admonui, has tendiculas quæstionum & inepta certamina, quæ non ædificant, sed magis destruunt, ex illa curiositatis contagione profluere, dum vnusquisque ingenio suo & intemperanti eloquentia suprascripta abutitur: cum in hoc etiam magnorum virorum nonnunquam cum ipsis auctoribus scripta periclitantur post permultam temporis miseriam, interpretantis arbitrio:

vt diuine profectum sit: *Ex multiloquio non vitari peccatum.* Prou. 10. Et sanctus Dauid postularet *circumstantiam labiis suis, orique custodiam.* Psal. 140. Caritatem vestram tam apostolicæ sedis auctoritate, quam mutua amoris affectione commoneo, vt iam ingenia vestra sanctarum omnium scripturarum, quæ secundum traditionem patrum atque maiorum præcepta sunt, præceptis, obseruationibusque sufficiant. Quid illic non abundans? quid non Dei Spiritu & vocibus plenum sit? nisi libet vnumquemque plus sibi credere, suoque de se vti iudicio. Data .... Honorio Augusto XI. & Flauio Constantio consulibus.

NOTA.

* *Epistola.*] Cælestius ab Africanis damnatus, ad sedem apostolicam appellauit: mortuo Innocentio Romam se contulit, non vt appellationem desertam prosequeretur, sed potius suas aduersus Africanos accusatores querelas deponeret. Cum metueret se a pontifice damnatum iri, si suam, quam corde tenebat, hæresin virulentam manifestaret, ea arte libellum quemdam fidei concinnauit, vt si etiam vellet Zosimus, ab ipso reiici non posset; vtpote qui, post enarrata quæ de fide sentiret, eiusmodi verba ad finem apposuit: *Si forte (vt hominibus) quispiam ignorantiæ error obrepserit, vestra sententia corrigatur.* Augustinus de peccato originali cap. 6. & 7. Interrogatus a pontifice, vtrum epistolæ Innocentii aduersus errores Pelagii scriptæ assentiretur, teste Augustino lib. 2. contra Pelagium professus est se illi consentire. Hac de causa Zosimus spem concipiens, Cælestium ecclesiæ catholicæ restituendum, leuius cum eo agere voluit, vt errantem lucraretur. Antequam ad catholicam communionem admitteretur, neve ab eo deciperetur, eam ex abundanti cautelam adhiberi voluit, vt in Africam scriberet, & ab ipsis per literas postularet, ad se Romam mitti quidquid contra Cælestium obiicere possent, aut vellent. Hæc est occasio, qua ad Africanos episcopos Zosimus pontifex hanc epistolam scripsit. Ex hac Cælestium hominem versipellem esse apparet, qui, vt catholicus videri posset, mendaciis cuncta inuoluit. Excussa larua, a Zosimo detectus, & hæreticorum scelestissimus postea ostensus fuit. Quod ad Lazarum & Herotem spectat, quos adeo vehementer Cælestius infamat, quam insigniter mentitus sit, intelligere possumus de vtroque ex illis, quæ de Herote dumtaxat enarrat Prosper in chron. his verbis: *Heros vir sanctus, B. Martini discipulus, cum Arelatensi oppido episcopus præsideret, a populo ipsius ciuitatis insons, & nullis insimulationibus noxius, pulsus est,* &c. Vide Baronium anno 417. num. 17. 18. 19. & 23.

Cælestius cur Romam profectus.

Cælestius catholicam fidem oblato libello profitetur.

Zosimus cur cum Cælestio leuius egerit?

Occasio huius epistolæ scriptæ.

Lazarus & Heros a Cælestio iniuste diffamati.

EPISTOLA IV.
ZOSIMI PAPÆ
AD AFRICANOS.

Pelagium catholicum videri scribit.

Zosimus episcopus Aurelio & vniuersis episcopis per Africam constitutis dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

POSTQVAM a nobis Cælestius presbyter auditus est, & quid de fide sentiret euidenter expressit; eadem quoque, quæ in libello contulerat, repetitis crebro professionibus roborauit: de eius nomine plenius ad dilectionem vestram scripta direximus. Ecce epistolam Hierosolymitani episcopi Praylii, qui in locum quondam sancti Ioannis episcopus est ordinatus, accepimus, qui causæ Pelagii enixius adstipulator interuenit. Literas quoque suasidem Pelagius purgationem continentes abundantissime misit; quibus & professionis suæ fidem, quid sequeretur, quidve damnaret, sine aliquo fuco, vt cessarent totius interpretationis insidiæ, cumulauit. Harum recitatio publica fuit: omnia quidem paria, & eodem sensu sententiisque formata, quæ Cælestius ante protulerat, continebant. Vtinam vllus vestrum, dilectissimi fratres, recitationi literarum interesse potuisset. Quod sanctorum virorum, qui aderant, gaudium fuit? Quæ admiratio singulorum? Vix fletu quidam se & lacrymis temperabant. Tales etiam absolutæ fidei infamari potuisse? Estne vllus locus, in quo Dei gratia vel adiutorium prætermissum sit? quod quisquis potest præter eamdem vel mente concipere, nec illi supernæ sententiæ subiectus, quæ de sancto Spiritu lata est, quod neque hic, neque in futuro venia vel remissione donetur?

Video etiam hunc Pelagium, Herote & Lazaro scribentibus, infamari. Itane, fratres dilectissimi, ad aures vestras, qui sint isti turbines ecclesiæ vel procellæ, nec opinione peruenit? Ita vero vos latuit * vita horum atque damnatio? Et quamquam specialis illos apostolicæ sedis auctoritas omni communione submouerit: discite & in hac epistola, licet strictim, hominum mores. Vetus La-

* vita

Herot &

zaro consuetudo est innocentiam criminandi: per multa Concilia in sanctum Britium coepiscopum nostrum Turonicæ ciuitatis diabolicus accusator inuentus est. A Proculo Massilienſi in Synodo Taurini oppidi sententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo fit post multos annos sacerdos, tyrannici iudicii defensor ciuitatis Aquensium: cum contrairet afflicto, in ipsum penetrabile * & sacerdotale solium sanguine innocentis pene respersum irrupit: stetitque in eo hactenus vmbra sacerdotii, donec tyranno imago staret imperii: quo loco post internecionem patroni, sponte se exuit, & propria cessione damnauit. Lazarus accusatores Pelagii quales.

De Herote vero omnia similia, idem tyrannus, patronus cædis, turbæ presbyterorum contradicentium, vincula & custodiæ, & totius ciuitatis addictio, similis pœnitentia de abdicatione sacerdotii. Mirum est si isti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum seruitute nitentem falsis literis percellere noluerunt, qui in fratres & coepiscopos tanta machinati sunt, qui tot tempestates ecclesiæ reddiderunt. Non decet episcopalem auctoritatem, & præcipue prudentiam vestram, ad leuium susurronum scripta pendere. Ecce Pelagius, Cælestiusque apostolicæ sedi in literis suis & confessionibus suis præsto sunt. Vbi Heros? Vbi Lazarus? erubescenda facta & damnationibus nomina. Vbi illi adolescentes Timasius & Iacobus, qui scripta quædam, vt asserebatur..... *....? Vos coniicite, si qui talia in sede apostolica confitentur, illa quæ de iisdem a prauis ac leuibus auctoribus, ac dubio rumore iactata sunt, oporteat credi. Amate pacem, diligite caritatem, studete concordiæ, nam scriptum est: *Diliges proximum tuum tamquam teipsum.* Qui magis alter alteri proximi sumus, quam omnes qui in Christo vnum esse debemus. Non omnis qui aures vestras ventus ingreditur, nuntius est veri. Ideoque animo præsule & in excubiis constituto semper opus est, ne totum famæ, totum testibus liceat. Recensete sacras literas & diuina tabularia: maximam partem falsi testes occupauere, vbi sanctorum aut accusationem, aut pericula reperimus: maximam dico, imo totam, cum in ipsum Dominum nostrum saluatorem totius mundi hostiam & pontificem saluta- *Matth.* 12.

rem falsi testes insurrexerunt, qui se eius blasphemiam audisse confingerent. Æstimate quid iam possit præterire fallaciam, quæ in Deum fidei, imo in ipsam fidem ac veritatem periuriis impetum fecit.

De iudicio exhibendo magna cautela.

Hæc ideo scripsimus, vt de cetero, siqui absentes, minusque noti de quolibet talia ex libidine mentientur, fixi sint pedes vestri aduersus arietem fraudulentiæ. Vnde & *Psal. 118.* *lucernam pedibus suis ac lumen semitis suis* vir sanctus exorat? scilicet ne inter fallaces tenebras sint cæca nobis & errabunda vestigia. Et in euangelio: *Ioan. 7.* *Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi ab ipso audierit prius & cognouerit?* Etiam in veteri Testamento: *Non credas auditui vano, & non consenseris cum iniquo fieri testis iniustus.* Et ne forte multitudini detrahentium ante examinationem iudicii crederetur, addit, *Eccles. 12.* dicens: *Non eris cum pluribus in malitia, & non accipies per eos* *Eccles. 11.* *peccatum.* Et iterum alibi: *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaueris, corripe iuste.* Et iterum: *Quæ viderint oculi tui, loquere.* Et in Actibus apostolorum aduersus principes sacerdotum, & seniores Iudæorum postulantes absentis Pauli apostoli damnationem, iustissimam sententiam gentilis Festus tribunus protulit, quam conuenit etiam nos in facie credentium obiicere verecundiam, dicens: *Act. 25.* *Non est consuetudo Romanis, damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Si hanc igitur moderationem extra septum fidei nostræ positus tenuit contra sacerdotalem pudorem inclinatio, crudelitas de absentibus in absentes: quotus quisque immunis inuenietur a vulnere, si ad omnem ferientis ictum credulum pectus aperitur?

Exemplo iudicum sæcularium causæ reorum tractandæ.

Doceat nos terrena moderatio, quæ sæcularibus arbitriis & causis primum de ipsis iudicibus eligendis, repudiandisque sit. Et quanta cunctatio, quot interpositæ dilationes? quoties adhibita comperendinatio etiam sub ipso fine certaminis ampliare iudicia cum innocenti reo? confugitur ad mare & extramarina documenta; vt fides, quæ in præsenti plerumque arctioribus strangulatur angustiis, saltem eminus veniat. Hæc omnia mentior, nisi in patrocinium tuendæ innocentiæ reperta sint. Tolerabilius est enim innocentem quemlibet tardius inueniri,

quam

quam cito pro nocente damnare. Graue fuit Lazaro & Heroti, literarum ſuarum pediſequos eſſe? An neſciebant dilectionem veſtram ad ſedem apoſtolicam relaturam? Huc certo calumniæ compendio nauigaſſent. Vbi de epiſcopatu abdicando agitur, maria terraque luſtrantur, nec vlla ſuffragia prætermittunt: vbi vero innocentium fama percellitur, otioſi & delicati, ſiue accuſatores, ſiue teſtes, (in vtroque enim fallentibus nomen infame eſt) in cubilibus & lectulis ſuis literis abutuntur; & totam Africam, vniuerſumque tranquillum catholicæ ſerenitatis innubilant ad libidines ſuas duæ peſtes. Ante tribunal Chriſti omnes ſtabimus, nemo illic abeſſe poterit, nec Domini, cuius immenſitas omnibus locis ac rebus interuenit, declinare iudicium.

Si Deo noſtro cordi fuit, propter oues perditas, Verbum carnem fieri, & ex Domino formam ſeruientis induere, vt diu interceptam redderet libertatem: ſit vobis gaudium, eos quos falſi iudices criminabantur, agnoſcere a noſtro corpore & catholica veritate nunquam fuiſſe diuulſos. Certe hoc quod noſtra expectatio deſiderabat, eluxit, vt damnanda damnarent, & ſequenda ſequerentur. Si paterfamilias reditu filii gratulabatur, *qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt*; & iubet in vſum eius ſtolam mundam, hoc eſt, inſigne candidæ mentis afferri, & vitulum ſaginatum: quantum hæc vberior exultatio eſt fidei, non mortuos eſſe, nec periiſſe, de quibus falſa vulgata ſunt? Miſimus igitur ad dilectionem veſtram exemplaria ſcripturarum quas Pelagius miſit: quarum lectionem non ambigimus parem vobis in Domino de abſoluta eius fide eſſe lætitiam. Data XI. Kalendas Octobris.

Pelagius probatus catholicus.

Luc. 15.

NOTA.

Pelagius & Cæleſtius, eadem fuligine tincti, eadem arte fallendi ſedem apoſtolicam, ambo vſi fuerunt. Sicut enim Cæleſtius, ita Pelagius in literis, quas ad Innocentium ſcriptas eo defuncto Zoſimus accepit, nihil præterea magis conatus eſt, quam ab ipſo Romano pontifice catholicus videri atque probari. Et ne poſſet velut hæreticus reiici, addita fidei confeſſione ac libello, quem ex antiquo Vaticano codice acceptũ infra ſubiungimus, profeſſus eſt ſe in omnibus

Occasio epistolæ.

paratum esse eadem de fide sentire, quæ Romanus pontifex sentienda proponeret. Has literas vna cum libello fidei adiuncto, dum Zosimus accepisset, sicut præcedentem epistolam de Cælestio, item hanc de Pelagio iam catholico (prout videri poterat) reddito, ad eosdem Africanos episcopos scripsit.

Libellus fidei Pelagii ad Innocentium cum epistola transmissus.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem, cunctorum visibilium & inuisibilium conditorem. Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum Deum vnigenitum, & verum Dei Filium, non factum, aut adoptiuum, sed genitum, & vnius cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, atque ita per omnia æqualem Deo Patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: tantumque confitemur esse illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a Patre Filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus adscribimus; sed nec Patrem aliquando cœpisse, nec Filium. Nec enim aliter confiteri possumus æternum Patrem, nisi confiteamur etiam coæternum Filium: ex Filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit.

Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum, ex Patre procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in Trinitate gradus; nihil quod inferius superiusve dici possit; sed tota deitas sui perfectione æqualis est; vt exceptis vocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quidquid de vna persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque vt confutantes Arium, vnam eamdemque dicimus Trinitatis esse substantiam, & vnũ in tribus personis confitemur Deum; ita impietatem Sabellii declinantes, distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes; sed aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti esse personam: non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, velut Græci exprimunt ὑποστάσεις, hoc est, subsistentias,

confitemur. Nec Pater Filii aut Spiritus ſancti perſonam aliquando excludit; nec rurſus Filius, aut Spiritus ſanctus Patris nomen perſonamque ſuſcipit: ſed Pater ſemper Pater eſt, Filius ſemper Filius eſt, Spiritus ſanctus ſemper Spiritus ſanctus eſt. Itaque ſubſtantia vnum ſunt, perſonis ac nominibus diſtinguuntur.

Ipſum autem Dei Filium, qui abſque initio æternitatem cum Patre & Spiritu ſancto poſſedit, dicimus in fine ſæculorum perfectum noſtræ naturæ hominem ſuſcepiſſe ex Maria ſemper Virgine; & Verbum carnem eſſe factum, aſſumendo hominem, non permutando deitatem: nec (vt quidam ſceleratiſſime opinantur) Spiritum ſanctum dicimus fuiſſe pro ſemine, ſed potentia ac virtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Chriſto vnam Filii eſſe perſonam, vt dicamus duas eſſe perfectas atque integras ſubſtantias, id eſt, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Atque vt condemnamus Photinum, qui ſolum & nudum in Chriſto hominem confitetur; ita anathematizamus, Apollinarem & eius ſimiles, qui dicunt Dei Filium minus aliquid de humana ſuſcepiſſe natura, & vel in carne, vel in anima, vel in ſenſu aſſumptum hominem his, propter quos aſſumptus eſt, fuiſſe diſſimilem: quem abſque ſola peccati macula, quæ naturalis non eſt, nobis confitemur eſſe conformem.

Illorum quoque ſimiliter execramur blaſphemiam, qui nouo ſenſu aſſerere conantur a tempore ſuſceptæ carnis, omnia, quæ erant deitatis, in hominem demigraſſe, & rurſum, quæ erant humanitatis, in Deum eſſe transfuſa, vt (quod nulla vnquam hæreſis dicere auſa eſt) videatur hac confuſione vtraque exinanita ſubſtantia, deitatis ſcilicet & humanitatis, & a proprio ſtatu in aliud eſſe mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem confitentur, vt nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus, ſuſceptum ita a Deo Filio paſſibile noſtrum, vt deitas impaſſibilis permaneret; paſſus eſt enim Dei Filius non putatiue, ſed vere, omnia quæ ſcriptura teſtatur, id eſt, eſuriem, ſitim, laſſitudinem, dolorem, mortem, & cetera huiuſmodi. Secundum illud, paſſus eſt quod pati poterat, id eſt, non

ſecundum illam ſubſtantiam quam aſſumpſit, ſed ſecundum illam quæ aſſumpta eſt. Ipſe enim Dei Filius ſecundum diuinitatem impaſſibilis eſt vt Pater, incomprehenſibilis vt Pater, inuiſibilis vt Pater, inconuertibilis vt Pater. Et quamuis propria perſona Filii, id eſt, Dei Verbum ſuſcepit paſſibilem hominem ; ita tamen eius habitatione ſecundum ſuam ſubſtantiam deitas nihil paſſa eſt, vt tota Trinitas, quam impaſſibilem confiteri neceſſe eſt. Mortuus eſt ergo Dei Filius ſecundum ſcripturas, ſecundum id quod mori poterat. Reſurrexit tertia die. Aſcendit in cælum. Sedet ad dexteram Dei Patris ; manente ea natura carnis, in qua natus & paſſus eſt, in qua etiam reſurrexit : non enim exinanita eſt humanitatis ſubſtantia, ſed glorificata, & in æternum cum deitate manſura. Accepta ergo a patre omnium poteſtate quæ in cælo ſunt & in terra, venturus eſt ad iudicium viuorum ac mortuorum, vt & iuſtos remuneret, & puniat peccatores.

Condemnatio Origenis errorum.

Reſurrectionem etiam carnis confitemur & credimus : vt dicamus, nos in eadem in qua nunc ſumus veritate membrorum eſſe reparandos ; qualeſque ſemel poſt reſurrectionem fuerimus affecti, in perpetuum permanſuros. Vnam eſſe vitam ſanctorum omnium, ſed præmia pro labore diuerſa : e contrario pro modo delictorum, peccatorum quoque eſſe ſupplicia. Baptiſma vnum tenemus, quod iiſdem ſacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus, aſſerimus eſſe celebrandum. Hominem, ſi poſt baptiſmum lapſus fuerit, per pœnitentiam credimus poſſe ſaluari. Nouum & vetus Teſtamentum recipimus, in eo librorum numero quem ſanctæ catholicæ eccleſiæ tradit auctoritas. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipſo factas dicimus ; anathematizantes omnes qui animas quaſi partem diuinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas ante peccaſſe, vel in cælis conuerſatas fuiſſe dicunt, quam in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini a Deo præceptum eſſe, & mandata Dei non a ſingulis, ſed ab omnibus in communi poſſe ſeruari : vel qui primas nuptias cum Manichæo, vel ſecundas cum Cataphrygis damnant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium neceſſitate carnis mentitum eſſe dicunt, & eum propter aſſumptum hominem non omnia facere potuiſſe quæ voluit. Iouiniani quoque damnamus hæreſin, qui dicit nullam in futuro meritorum eſſe diſtantiam, noſque eas ibi habituros eſſe virtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberum ſic eſſe confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio; & tam illos errare qui cum Manichæis dicunt hominem peccatũ vitare non poſſe, quam illos qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare; vterque enim tollit libertatem arbitrii. Nos vero dicimus, hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii. Hæc eſt fides, papa beatiſſime, quam in eccleſia catholica didicimus, quamque ſemper tenuimus & tenemus. In qua, ſi minus perite, aut parum caute aliquid forte poſitum eſt, emendari cupimus a te, qui Petri & fidem & ſedem tenes. Sin autem hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur; quicumque me maculare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit.

Condemnatio Iouiniani errorum.

[a]EPISTOLA V.

ZOSIMI PAPÆ

AD EPISCOPOS GALLIÆ.

De priuilegiis eccleſiæ Arelatenſis.

I. *Vt qui Romam e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatenſi.*
II. *Vt metropolitanus Arelatenſis epiſcopos ordinet per prouinciam Viennenſem, & per vtramque Narbonenſem.*
III. *Vt eccleſiæ Arelatenſi ſuæ parochiæ reſtituantur.*

Zoſimus vniuerſis epiſcopis per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutis.

I.

PLACVIT apoſtolicæ ſedi, vt ſi quis ex qualibet Galliarum parte, ſub quolibet eccleſiaſtico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire diſponit, non aliter proficiſcatur, niſi metropolitani Arelatenſis epi-

ſcopi formatas acceperit, quibus ſacerdotium ſuum, vel locum eccleſiaſticum quem habet, ſcriptorum eius adſtipulatione perdoceat. Quod ea gratia ſtatuimus, quia plures epiſcopi, ſiue presbyteri, ſiue eccleſiaſtici ſimulantes, quia nullum documentum formatarum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reuerentiam promerentur. Quiſquis igitur, fratres cariſſimi, prætermiſſa prædicti formata, ſiue epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus, aut deinceps inferiori gradu ſit, ad nos venerit, ſciat ſe omnino ſuſcipi non poſſe. Quam auctoritatem vbique nos miſiſſe manifeſtum eſt, vt cunctis regionibus innoteſcat, id quod ſtatuimus omnimodis eſſe ſeruandum. Si quis autem hæc ſalubriter conſtituta temerare tentauerit, ſponte ſua ſe a noſtra nouerit communione diſcretum. Hoc autem priuilegium formatarum ſancto Patroclo fratri & coepiſcopo noſtro meritorum eius ſpeciali contemplatione conceſſimus.

II.

Iuſſimus autem præcipuam, ſicuti ſemper habuit, metropolitanus epiſcopus Arelatenſium ciuitatis in ordinandis ſacerdotibus teneat auctoritatem. Viennenſem,[b] Narbonenſem primam, & Narbonenſem ſecundam, prouincias ad pontificium ſuum reuocet. Quiſquis vero poſthac contra apoſtolicæ ſedis ſtatuta, & præcepta maiorum, omiſſo metropolitano epiſcopo, in prouinciis ſupradictis quemquam ordinare præſumpſerit, vel is qui ordinari ſe illicite ſciuerit, vterque ſacerdotio ſe carere cognoſcat. Quomodo enim poteſt auctoritatem ſummi pontificis obtinere, qui quæ erant pontificis ſeruare contempſit?

III.

Omnes ſane admonemus, vt quique finibus territoriiſque ſuis contenti ſint: de qua re, ne ad nos querela vlterius redeat, admonemus. Dedit enim exemplum Arelatenſis eccleſia, quæ ſibi [c] Citharistam & Gargariam parochias in territorio ſuo ſitas incorporari iure deſiderat, ne de cetero vllus ſacerdos in alterius ſacerdotis præſumat iniuriam. Sane quoniam metropolitanæ Arelatenſium vrbi vetus priuilegium minime derogandum eſt, ad quam primum ex hac ſede Trophimus ſummus antiſtes, ex cu-

ius fonte totæ Galliæ fidei riuulos acceperunt, directus est: idcirco quascumque parochias in quibuslibet territoriis, etiam extra parochias suas, vt antiquitus habuit, intemerata auctoritate possideat. Ad cuius notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censuimus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen. Data XI. Kalendas Apriles, Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

Priuilegia Arelatensis ecclesiæ quæ & vnde accepta?

[t] *Citharistam & Gargariam.*] Lege *Gargarium.* Vetus tabula nondum edita, quæ extat Arelate: *Pagani pagi Lucreti qui sunt finibus Arelatensium loco Gargario.* Atque ita codices antiqui, Arelatensis & Lirinensis, quibus maxime, ac tertio Pithœano, in recensendis Zosimi epistolis vsi sumus. At Citharistanæ parochiæ mentio est itidem in libro 2. vitæ S. Cæsarii Arelatensis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Narbonensis ecclesia Arelatensi subdita.

[a] *Epistola.*] Quia per S. Trophimum, S. Petri apostoli discipulum, in Gallias euangelium allatum, sedesque Arelatensis erecta fuit, ideo eidem ecclesiæ olim ea priuilegia a sede apostolica concessa fuerunt, vt primaria Galliæ ecclesia haberetur, episcopi illius non solum pallium acciperent a Romano pontifice, sed etiam vicem eius agerent, ipsiusque vicarii dicerentur. Hoc præter epistolas Zosimi ex vetusto codice Arelatensis ecclesiæ acceptas, testatur Gregorius in epistola ad Virgilium Arelatensem episcopum, nec non in epistola sequente ad vniuersos Galliarum episcopos scripta. Bonifacium & Cælestinum pontifices, hac de re aliter sensisse infra dicemus.

[b] *Narbonensem primam.*] Canone 1. Concilii Taurinensis sub Siricio constitutum fuerat, vt prouincia Narbonensis Massilienſi episcopo subderetur. Hoc Zosimus pontifex, vt Arelatensis ecclesiæ priuilegia salua manerent, hic plane irritauit. Vide epistolam Zosimi ad Viennenses & Narbonenses prouinciæ episcopos scriptam infra: item Baronium anno 417. num. 40. & 43.

EPISTOLA VI.

ZOSIMI PAPÆ
AD EPISCOPOS AFRICÆ, GALLIÆ, ET HISPANIÆ.

De Vrſo & Tuentio epiſcopis a Proculo Maſſilienſi in eccleſiæ Arelatenſis præiudicium illicite ordinatis.

Zoſimus Aurelio & vniuerſis epiſcopis per Africam conſtitutis, vniuerſis epiſcopis per Gallias & ſeptem Prouincias conſtitutis, vniuerſis epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, a pari.

CVM aduerſus ſtatuta patrum venitur, non tantum illorum prudentiæ atque ſententiæ, qui in æuum victura ſanxerunt, ſed ipſi quodammodo fidei & catholicæ diſciplinæ irrogatur iniuria. Quid enim tam ſanctum atque venerabile eſt, quam penitus non exorbitare ab itinere maiorum, quorum canonica inſtituta veluti quædam fundamenta ſunt ferendis fidei iacta ponderibus? Sed nihil minus ab Vrſo & Tuentio, quorum vnus, aſſidua ſedis huius medicina curatus, ad emendati erroris peruenire non potuit ſanitatem: alter vero ante aliquot annos obiecta criminatione ſummotus, ſicut ciuium ſcripta teſtantur, vel ingeſta docuerunt, etiam ab eo ipſo gradum ſummi ſacerdotis accepit, a quo fuerat ante damnatus. Cæcus error in vtroque, vt quod eſt potiſſimum in omnibus, nec velit aliorum de Tuentio, nec ſuam de Vrſo tenere ſententiam. Sed fac vt honeſti mores hominibus eſſent, & probata ſuffragia. Quid illud, quod prætermiſſo fratre noſtro Patroclo metropolitano epiſcopo Arelatenſium ciuitatis, ſine cuius auctoritate, iuxta maiorum Canones, nulla penitus potuit ordinatio celebrari, tumultuoſe & turbide indebitis ſacerdotia impinguntur? Nec ſaltem comprouinciales epiſcopi corrogantur, vt error velamento aliquo tegeretur: ſed Lazarus, dudū in Taurinenſi Concilio grauiſſimorum epiſcoporum ſententiis pro calumniatore damnatus, cum Bricii innocentis epiſcopi vitam falſis obiectionibus appetiſſet; poſt vero indebitum ab eodem Proculo, qui inter ceteros in Synodo * damnationis eius aſſederat, ſacerdotium conſecutus,

* damnationi eius conſenſerat,

tus, a quo se ipse vitæ suæ conscientia, datis literis in abdicationem sui, sponte submouit. Reuera incongruum fuit, vt illicitum sacerdotio, omisso metropolitano, sua confessione spoliatus sacerdotem pariter ordinaret. Et ne nihil non intempestiue fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adsciscitur: scilicet vt quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deesset. Quis his tot tantisque improba vsurpatione posthabitis addi potest, nisi illud extremum, quod totum transcendit errorem, vt territoriis indebitis ad Arelatensem ciuitatem antiquitus pertinentibus locarentur? Vnum vitium si in causis talibus euenisset, apostolicæ sedis auctoritas etiam cetera destruxisset. Hic multa concurrunt, improborum & damnatorum ordinatio, prætermissio metropolitani, nec non & prouincialium sacerdotum, locorumque alienorum impudentissima vsurpatio, nec saltem diei custodita solennitas, & Lazarus in consortio illicitæ ordinationis adscitus. Hæc omnia apud nos gestis testimoniisque discussa sunt. Atque vtinam in Tuentio praui tantum mores, non etiam Priscilliana superstitio patuisset: quæ sedis huius dudum humanitas & misericordia in hoc illi consulere voluit, vt emendatior de cetero permaneret. Quod beneficium, sibi pene præter exemplum præstitum, si diligentius obseruare voluisset, erroris illum anteacti oportuit pœnitere, non ita præcipiti impetu ad sacerdotium festinare; vt nec diei veterem solennitatem, quæ præcipue custodienda fuerat, obseruaret, nec indebito loco crederet abstinendum. Qua de re ad sanctitatem vestram, & per totum orbem, vbicumque, & in quacumque terrarum sonus catholicæ religionis exiit, scripta direximus, fratres carissimi, ne Tuentium & Vrsum in communione ecclesiæ, in quocumque ecclesiastico gradu, a qua in totum anathematizati sunt, suscipiendos esse ducatis. Dicuntur enim circulatores esse, quod nos ex sententiis agnouimus in eorum damnatione sacerdotali auctoritate prolatis, quas in diuersis regionibus exceperunt. Remouendæ sunt a sancto corpore putridæ carnes, & a massa sanctificationis acidum execrandumque fermentum. De quibus plura scribere pudoris fuit, cum illis pudori non sit tanta fecisse.

Data sub die x. Kalend. Octobris Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus.

NOTA.

Epistola circularis cur scripta?

[a] *Epistola.*] Hæc epistola circularis est, qua vniuersos episcopos de irritatione ordinationum episcopalium duarum certiores reddit. Ad Aurelium Carthaginensem episcopum scribendi ea fuit occasio, quod in hac epistola agitur etiam de Lazaro, a Proculo Massilienſi, qui fuit vnus ex Pelagii accusatoribus, prædam nacto.

EPISTOLA VII.

ZOSIMI PAPÆ

AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS ET NARBONENSIS II.

Vt metropolitanus Arelatensis in prouincia Viennensi, & in vtraque Narbonensi, ordinandorum episcoporum habeat potestatem.

Zosimus episcopis prouinciæ Viennensis & Narbonensis secundæ a pari.

MVLTA contra veterem formam Proculus vsurpasse detectus est in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numerosa cognitione discussimus: licet ipse diu expectatus fastidiose ferens sibi inducias attributas conuenire dissimulet. Attamen illa

Conc. Taurin. cap. 1.

præsumptio nos admodum mouit, quod in Synodo Taurinensi, cum longe aliud ageretur, in apostolicæ sedis iniuriam subripiendum putauit, vt sibi Concilii illius emendicata præstaret obreptio ordinandorum sacerdotum, veluti metropolitano, in Narbonensi secunda prouincia potestatem. Et ne solus impudenter indebita postulando huic sedi videretur intulisse conuicium, socium sibi Simplicium Viennensis ciuitatis adsciuit: qui non dissimili impudentia postularet, vt sibi quoque in Viennensium prouincia creandorum sacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens ausus, & in ipso vestibulo resecandus, hoc ab episcopis ob certas causas Concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta patrum, & sancti Trophimi reuerentiam, qui primus metropolitanus Arelatensis ciuitatis ex hac sede directus est, concedere vel mutare ne huius quidem sedis

Iuo p. 4. cap. 226.

possit auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui Decreta patrum sanxere reuerentiam. Et quia redire in ordinem suum intermissa præcipimus, metropolitanus Arelatensis ciuitatis episcopus, iam inde a Trophimo ordinationis seriem temporibus roboratam inuiolabili in vtraque Narbonensi & Viennensi auctoritate possideat. Data III. Kalendas Octobris, Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus.

EPISTOLA VIII.

ZOSIMI PAPÆ

AD HILARIVM EPISCOPVM NARBONENSEM.

Primæ Narbonensis episcopos a metropolitano Arelatensi ordinandos esse.

Zosimus Hilario episcopo Narbonensis primæ prouinciæ.

MIRATI admodum sumus, dum nobis studiosius requirentibus relatio tua de ordinandis in prouincia Narbonensi prima sacerdotibus legeretur, quod dum assertioni & desideriis tuis cupis esse consultum, prætermissa veri fide, relationem tuam sub honestatis specie colorasti, asserens in aliena prouincia ab alio non debere fieri sacerdotes: cum vtique debueris, non quid tibi rectum videatur, sed quid habuerit antiqua consuetudo, suggerere. Ideoque vacuato eo quod obtinuisse a sede apostolica subreptitie comprobaris, quia satis constitit Arelatensis ecclesiæ sacerdoti prisca id institutione concessum, vt non solum in prouincia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses, episcopos faciat. Nam sanctæ memoriæ Trophimus, sacerdos quondam Arelatensi vrbi ab apostolica sede transmissus, ad illas regiones tanti nominis reuerentiam primus exhibuit, & in alios non immerito ea quam acceperat auctoritate transfudit. Atque hanc ordinandi consuetudinem, & pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & iustus, custoditum vsque in proximum tempus, gestis apud nos habitis, multorum consacerdotum testimoniis approbatur. Ergo licet sola, quæ in sede apostolica habita sunt, potuissent gesta sufficere; tamen etiam hac te auctoritate constringimus, vt præ-

sumptioni tuæ, quam extulisse contra veterem consuetudinem videbaris, modum noueris iustæ præscriptionis indictum. neque æstimes tibi vlterius pontificatum de ordinandis sacerdotibus vindicandum: cum hoc videas Arelatensis episcopo ciuitatis, & per apostolicam sedem, & per S. Trophimi reuerentiam, & per veterem consuetudinem, & nostra recenti euidentissima definitione deferri. Si quid contra hæc, frater carissime, quæ a nobis sunt sub Dei iudicio statuta, tentaueris, non solum quos faciendos credideris, episcopatum obtinere non posse, sed etiam ipse catholica communione discretus, sero de illicitis præsumptionibus ingemiscas. Data sub die III. Kalend. Octob. Honorio Augusto XI. & Constantio II. consulibus.

EPISTOLA IX.

ZOSIMI PAPÆ

AD PATROCLVM EPISCOPVM ARELATENSEM.

Aduersus Proculum, & repentinas neophytorum promotiones.

Zosimus Patroclo episcopo Arelatensi.

QVID de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interesses examini, nec te gestorum nostrorum auctoritas latet, vel scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diuersa loca direximus. Vnde metropolitani in te dignitatem atque personam, etiam apostolicæ sedis auctoritate considera, in quem furtiue locum pro indebita Synodo Proculus vsurpatum irrepserat. Quicumque igitur ex Gallicanis vndeunde regionibus veniunt, sub quouis ecclesiastico nomine vel gradu, formatas per te commoniti mittendas esse cognoscant: alioquin sibi imputabunt, si inefficaciter, hac solennitate postposita, te inconsulto ad nos venire tentauerint. quod ab episcopis vsque ad vltimum ecclesiasticum gradum obseruari conueniet, frater carissime. Et quia nonnulli ex quacumque militia se ad ecclesiam conferentes, statim saltu quodam summatem locum religionis affectant, qui gradatim per ecclesiastica stipendia venientibus explorata solet discus-

sione differri: idcirco quoniam in nonnullis factum infirmare non possumus, si qui iam ordinati sunt, in eo gradu, ad quem saltu subito peruenerunt, perdurare debebunt. Si enim apostolus neophytum sacerdotio non statim cumulari iubet, & hoc idem Canonum statuta sanxerunt; hoc addimus nostra sententia, vt quisquis de cetero vel summo sacerdotio, vel presbyterii gradu, vel diaconatus crediderit cumulandum, sciat & se gradus sui subire iacturam, nec in illum valitura esse quæ contulit: vt saltem ab ordinatione præcipiti metus iste summoueat, quos examinata discussio coercere debuisset. Scripta nostra in omnium facies notitiam peruenire, vt nec hoc quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum est, licere cognoscas. Data III. Kalendas Octobris Honorio XI. & Constantio II. consulibus. 1. Tim. 3.

EPISTOLA X.

ZOSIMI PAPÆ

AD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

Iudicium Cælestii se catholicum profitentis, vsque ad meliorem informationem ab Africanis expetitam, dilatum esse enuntiat.

Zosimus Aurelio ac ceteris qui in Concilio Carthaginensi adfuerunt, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

QVAMVIS patrum traditio apostolicæ sedi auctoritatem tantam tribuerit, vt de eius iudicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque seruauerit; & currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomine, a quo ipsa quoque descendit, reuerentiam quam debet, exoluat: tantam enim huic apostolo canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, vt & ligata solueret, & soluta vinciret; par potestatis data conditio in eos qui sedis hereditatem, ipso annuente, meruissent. Habet enim ipse cum omnium ecclesiarum, tum huius maxime, vbi sederat, curam; nec patitur aliquid priuilegii aliqua titubare aura sententiæ, cui ipsa sui nominis firma, & nullis hebetata motibus constituit

Sedis apostolicæ & Romanorum pontificũ summa auctoritas.

fundamenta, & quæ ſine periculo temere nullus inceſſet. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput ſit, & ſequentia omnium maiorũ ſtudia firmauerit, vt tam humanis quam diuinis legibus & diſciplinis omnibus firmetur Romana eccleſia, cuius locum nos regere, & poteſtatem nominis obtinere non latet vos, ſed noſtis, fratres cariſſimi, & quemadmodum ſacerdotes, ſcire debetis: tamen cum tantum nobis eſſet auctoritatis, vt nullus de noſtra poſſit retractare ſententia; nihil egimus, quod non ad veſtram notitiam noſtris vltro literis referremus; dantes hæc fraternitati, vt in commune conſulentes; non quia quid deberet fieri neſciremus, aut faceremus aliquid quod contra vtilitatem eccleſiæ veniens diſpliceret, ſed pariter vobiſcum voluimus habere tractatum de illo qui apud vos (ſicut ipſi per literas dicitis) fuerit accuſatus, & ad noſtram, qui ſe aſſereret innocentem, non refugiens iudiciũ ex appellatione priſtina, venerit ſedem, accuſatores ſuos vltro depoſcens, & quæ in ſe crimina per rumorem falſo dicebat illata condemnans: omnem eius petitionem prioribus literis, quas vobis miſimus, putauimus ac nouimus explicatam, ſatiſque illis ſcriptis, quæ ad illa reſcripſeratis, credimus eſſe reſponſum.

De literis Carthaginenſis Concilii ad Zoſimum redditis.

Sed poſt miſſæ per Marcellinum ſubdiaconum veſtrum epiſtolæ omne volumen voluimus: quo aliquando perlecto, ita totum literarum comprehendiſtis textum, quaſi nos Cæleſtio commodauerimus in omnibus fidem, verbiſque eius non diſcuſſis, ad omnem (vt ita dicam) ſyllabam præbuerimus aſſenſum. Nunquam temere, quæ ſunt diu tractanda, ſinuntur; nec ſine magna deliberatione ſtatuendum eſt, quod ſummo debet diſceptari iudicio. Idcirco nouerit veſtra fraternitas, nihil nos poſt illas, quas ſuperius vel literas veſtras accepimus, immutaſſe, ſed in eodem cuncta reliquiſſe ſtatu, in quo dudum fuerant, cum hoc noſtris literis veſtræ indicauimus ſanctitati, vt illa quæ a vobis ad nos miſſa erat obteſtatio, remaneret. Subſcripſi. Bene valete. Data XII. Kalendas Aprilis, Honorio Auguſto XII. conſule. Accepta tertio Kalendas Maias.

EPISTOLA XI.
ZOSIMI PAPÆ
AD PATROCLVM EPISCOPVM ARELATENSEM.

Aduersus Proculum eumdem, eiusque ordinationes.

Zosimus Patroclo episcopo Arelatensi.

CVM & in præsenti cognoueris, & frequentibus a nobis literis ipse sis monitus, vt auctoritate metropolitani, quam tibi apostolicæ sedis pronuntiatione firmauimus, Proculi ausibus conatibusque illis, quibus adhuc se putat aliqua posse turbare, huius rei oppressu occurreres, renitens rigore censuraque, quam pro regularum confirmatione susceperas: quippe cum & tibi nostrum delegatum nosses officium, & illum scires esse damnatum; miror quid post ista Proculo liceat, ac vacet illa quæ consueuerat, aut peiora committere. Quidnam putant vnde istam habeas potestatem tuam, frater carissime, vt censuerimus censeamusque quicumque de illis ad nostras regiones veniunt, sine tua non suscipiendos esse formata, nec probandum, quem non in prouincia positus ipse probaueris? Post istam ecce delegationem ad nos rumor aduenit, Proculum quasi consuetis ludere, & vti moribus suis, iunxisse sibi quosdam idoneos turbationibus homines, & post illa quæ illi interdiximus ordinasse. Sed sciant, quibus hanc epistolam volumus in notitiam peruenire, suscipi se nullatenus posse, qui aut contra regulas repente, aut postquam interdiximus illi, sunt ordinati. Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus.

EPISTOLA XII.
ZOSIMI PAPÆ
AD MASSILIENSES.

Patroclo esse commissum, vt Proculi loco alium episcopum accipiant.

Zosimus clero, ordini, & plebi consistenti Massiliæ.

NON miror Proculum in consueta adhuc fronte durare, & oblitum penitus pudoris quotidie digna damnatione committere, nec aliquando desistere, vt toties commonitus prohibitusque non cesset. Ecce cœtum vestræ dilectionis sua, qua sola notus est, turbatione confundit: nec ecclesiam patitur esse concordem, cum suis id agat semper officiis, quatenus aggerens postrema prioribus, malum aliquod quod ante commiserat in peius emendet. Cum ipse iam non sit episcopus, episcopos facit, & humanus largitor aliis se dicit posse præstare, quod datum sibi aliquando immerito, tenere non potuit. Addens sibi iungitque inquietæ mentis homines, & qui soli possunt fauere damnato, per quos quæcumque turbarum studiosus cogitat, hac sua fidens societate conficiat. Sed habeo, fratres carissimi, vestri curã, molestè ferens, quidquid ille quotidianis ausibus facit, id vos Christianum populum, & qui in nostra caritate persistat, posse perferre, nec eius obuiare factis, aut repugnare conatibus. Idcirco curam vestri licet & prioribus commiserim literis vestræ metropolitano prouinciæ, fratri & coepiscopo nostro Patroclo, tamen iterum committo, vt ipsius tuti consilio, & pro disciplinarum ratione formati, eius obtemperantes nutibus dignum possitis accipere sacerdotem. Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus.

EPI-

EPISTOLA XIII.
ZOSIMI PAPÆ
AD EPISCOPOS PER BYZANTIVM CONSTITVTOS.

Vt sacerdotes præsentibus laicis non iudicentur.

Zosimus episcopis per Byzantium constitutis, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

MIROR vos nullam reuerentiam nostri nominis præstare fastigio, nec honorem episcopatui talem deferre, qualis debet ab his seruari, quorum hic honor est. Iudicaturi laici de episcopis sedent, & hoc vestrum dicitis esse Concilium, vbi non sacerdos laicum, sed laicus permissione vestra iudicaturus interest sacerdotē: non enim sibi poterit: quamuis honoratus fuerit laicus tantum de quouis honore blandiri, vt merito interfuisse videretur, quod erat constitutum ecclesiasticum. Adde quod telonariorum siue demonariorum etiam nomen inseritur, & iudicium in episcopum ab hac congregatione collegitur. Sedent publicani homines, & auditur episcopus, & talibus, quid fas non est facientibus. vobis auditur illud quoque, quis non rideat, imo non doleat, cum taliter ecclesiasticam videat regulam titubare, & vigorem Canonum ad hoc esse deiectum. quando hoc, & vbi factum docetur exemplum? quæ ætas meminit? quis sacerdos audiuit? cum fuerint innumeri, qui amplissimis abdicatis honoribus ita potentiam refutauerint sæcularem, vt vel minimi nominis clerici maluerint sustinere, nec aliquid prioris dignitatis ambitu iudicari, & cede iudicibus vera & certa præscriptio. quid vultis de consensu iudicem laicorum vel clerici, qui hoc solum nomen sine pristinas ne sæcularitates gloria erubescit audire. quid de vobis certe indulgite, si dicam, cum iudicaturi cum talibus consideti; illud autem non nobis prætermittendum videtur, præsertim cum hoc nulla aceruitas fecerit iudiciorum, nullus ordo meminerit, vt quærendi aduersarium suum alicui necessitas imponatur, & ad iudicium deducendi, cum ille vltro se debet inferre, qui arguit.

Ex codice manuscripto vetustissimo monasterii Vveingartensis; sed diuersitas styli maxima, eam de fide suspectam reddit, & aliquibus in locis mendosa est.

Vnde hoc inuicem scriptum ad vestram transmisimus caritatem per fratrem & coepiscopum nostrum Numunianum. Bene valete, fratres, & ad latus, XVI. Kalendas Decembris, Honorio VII. & Theodosio VIII. consulibus Augustis.

DECRETVM EIVSDEM ZOSIMI PAPÆ EX GRATIANO DESVMPTVM.

Apostolicæ sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet.

Huius Canonis expositionem vide 25. quæst. 1. Sunt quidam dicentes.

CONTRA statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui Decreta patrum sanxere reuerentiam.

CONCILIVM AFRICANVM SVB ZOSIMO.

Anno Christi CCCCXVIII.

Huic consentit alius quidã peruetustus codex.

In vetusto quodam codice monasterii sancti Bauonis in Gandauo, insignis Flandriæ vrbe, tale habebatur initium:

HONORIO Augusto XII. consule Kalendis Maiis, Carthagine in basilica Fausti, cum Aurelius episcopus simul cum Donatiano Teleptensis primæ sedis episcopo prouinciæ Byzacenæ, & aliis ducentis * tribus coepiscopis suis, tam ex prouincia Byzacena, quam Mauritania Stiphensis, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæsareensi & Hispania, in Concilio consedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus in sancta Synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, vt quicumque dixerit, Adam primum hominem, *&c. vt infra in Concilio sub Bonifacio, Can. 76.* Anno Christi 418.

* quatuordecim, & amplius, vt ait Marianus Scotus sub anno 435.

Verum in codice impresso Moguntiæ in ædibus Ioannis Schœffer, circa annum 1525. atque secundum exemplar Anglicanum vetustissimum monasterii Vintonensis, tale fuit initium:

ANNO CHRISTI 418.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus, Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus, Kalendis Maiis, Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius episcopus in vniuersali Concilio consedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus episcopis, quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt, in sancta Synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, vt quicumque dixerit, Adam primum hominem, *&c. vt infra in Concilio sub Bonifacio, Canone 76. ac deinceps, vsque ad Canonem 94. inclusiue.*

NOTÆ.

[a] *Concilium Africanum.*] Causa habiti Concilii hæc est. Cum Africani epistolas Zosimi de Cælestio & Pelagio de fide catholica bene sentientium accepissent, ad Synodum Carthagine indictam patres ducenti & quatuordecim, vel septemdecim, vt alibi Prosper scribit, conuenerunt, Honorio duodecimũ, & Theodosio octauum consulibus, anno Christi 418. veris initio; quod epistola Zosimi XII. Kalendas Aprilis data, & III. Kalendas Maias accepta significat. Ad mensem Maium prorogatam & continuatam fuisse, Canonum editio indicat. In hac Synodo, ne quid ab aduersariis obiici posset, professi sunt patres, se Decretum Innocentii papæ consectari atque amplecti, quod circa finem vitæ illius ab ipso promulgatum fuit: idque ideo, vt vno quasi ictu valido vtrumque hæreticũ Cælestium & Pelagium confodere, eorumque errores prorsus extinguere possent. Hanc constitutionem suam, ipsos per literas Zosimo indicasse, testatur S. Prosper aduersus collatorem. *Errauerunt ducenti quatuordecim sacerdotes, qui in epistola, quam suis constitutionibus protulerunt, ita apostolicæ sedis antistitem B. Zosimum sunt allocuti: Constituimus in Pelagium atque Cælestium per venerabilem episcopum Innocentium de beatissimi Petri sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratiam Dei per Iesum Christum.* &c. His literis patres Concilii in Africa addiderunt libellum Paulini diaconi aduersus Cælestium scriptum, quo continebantur omnia capita, de quibus Cælestius interrogãdus esset, eo fine, vt appareret hæreticusne esset, an omnino, quod profitebatur, catholicus. Zosimus quidem simulantes conatus est lucrari; sed quando eos strictius examen fidei subterfugere animaduertisset, hoc egit, quod in causa Pelagii & Cælestii deinceps actum fuisse describit breuiter in chronico S. Prosper his verbis: *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum decem & septem episcoporum, ad pontificem Zosimum synodalia Decreta prolata sunt: quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.* Baron. ann. 418. num. 1. 3. 4. 7. 16. &c.

Causa Concilii.

Quo tempore habitum fuerit?

Acta Concilii.

Numerus episcoporum.

Pelagiana hæresis damnatur.

ANNO CHRISTI 418.

[a] CONCILIVM [b] TELEPTENSE SVB ZOSIMO PAPA.

[c] POST consulatum glorioſiſſimi Honorii XI. & Conſtantii II. ſexto Kalendas Martias, congregato in eccleſia apoſtolorum Concilio plebis Teleptenſis, beatus pater primæ ſedis epiſcopus Donatianus ciuitatis Teleptenſis, cum reſediſſet, conſidentibus ſecum Ianuario, Felice, Secundo, Fortunio, item Porphyrio, Maximo, Maximino, Iocundo, Eunomio, Cyrino, Quintiano, Donato, Donatiano, Romano, Sopatro, Maximiano, Victore, Capione, Papiniano, Baſilio, Tertiolo, Reſtituto, Donato, Secundiano, Iuliano, Ianuario, Porphyrio, Micilio, Iuliano, Creſconio, Geta, Tuto, & ceteris epiſcopis, nec non etiam Vincentio & Fortunatiano, legatis prouinciæ proconſularis ad Byzacenum Concilium directis, & reliquis: Vincentius & Fortunatianus dixerunt: Etiam cum eſſemus Tuſdrum, ſicut mecum recolit memorialis auditio veſtra, & epiſtolas ſanctæ memoriæ Siricii ſedis apoſtolicæ epiſcopi dederamus recitandas, ex quibus cum legeret vnam ſanctionem fratris noſtri epiſcopi Latoni, vtraſque nunc nos referre ſuggeſtio indicat, has recitari donate. Epiſcopi dixerunt: Recitentur epiſtolæ venerabilis memoriæ Siricii, vt nouerimus, quid earum textus contineat. Cumque traderentur, Priuatus notarius dixit: Exemplum tractoriæ epiſcopi vrbis Romæ.

EPISTOLA SIRICII PAPÆ.

Dilectiſſimis fratribus & coepiſcopis per Africam, Siricius.

CVM in vnum plurimi fratres conueniſſemus ad ſancti apoſtoli Petri reliquias, per quem, *&c. Extat ſupra inter epiſtolas Siricii papæ in ordine* IV.

NOTÆ.

Quid in hoc Concilio actum fuerit.

[a] *Concilium.*] In hoc Concilio nihil aliud actum reperitur, niſi quod ad definitionem cauſæ, de qua controuerſia agitabatur, iuſſa

ANNO CHRISTI 418. est recitari decretalis epistola Siricii Romani pontificis ad Africanos episcopos data. Vnde quanta Africanæ ecclesiæ erga Romanum pontificem obseruantia fuerit, nemo non intelligit. Quid præterea in hac Synodo actum sit, non apparet.

[b] *Teleptense.*] Sic dictum a Telepte, quæ est vrbs Africæ D. Augustino & Cypriano, eratque metropolis & prima sedes prouinciæ Byzacenæ, cui episcopus nomine Donatianus præerat, ille idem, qui etiam huic Concilio præsediſſe, Mileuitanæ Synodo subscripsisse, & Concilio Carthaginensi præcedenti hoc anno celebrato interfuisse, apud acta allegatorum Conciliorum legitur: *Donatianus Teleptensis primæ sedis subscripsi*, habet Concilium Mileuitanum II. Dubium itaque nullum est, quin hactenus mendose Telense pro Teleptensi nominatum fuerit. Locus Concilii habiti. Donatianus quis?

[c] *Post consulatum glorioſissimi Honorii* X I. *& Constantii* II.] Anno nimirum Christi nati 418. Zosimi pontificis secundo, Honorii imperatoris 24. & Theodosii 11. nam hic annus primus est post consulatum Honorii vndecimum, & Constantii secundum. Baron. ann. 418. num. 31. Tempus celebrati Concilii.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA BONIFACII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

[a] BONIFACIVS natione Romanus, ex patre Iocundo presbytero, [b] sedit annos tres, menses octo, dies septem. Hic sub contentione ordinatur cum Eulalio. Et fuit dissensio in clero menses 7. dies 15. Eulalius ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifacius autem in basilica Iulii. Eodem tempore audiens hoc Placidia Augusta cum filio suo Valentiniano Augusto, dum sederent Rauennæ, retulit Honorio Augusto Mediolani sedenti. Eodem tempore ambo Augusti, missa auctoritate hoc præceperunt, vt ambo exirent ciuitate. Qui cum pulsi exissent, habitauit Bonifacius in cœmeterio sancti Felicitatis martyris via Salaria, Eulalius vero in ciuitate Antio ad sanctum Hermem. Veniente autem die proximo Paschæ præsumpsit Eulalius, eo quod ordinatus fuisset in basilica Constantiana, & introiuit in vrbem, & baptizauit, & celebrauit Pascha in basilica Con-

ſtantiniana. Bonifacius vero, ſicut conſuetudo erat, celebrauit baptiſmum Paſchæ in baſilica ſanctæ martyris Agnetis. Hoc audito, Auguſti vtrique miſerunt, & eiecerunt Eulalium,& miſſa auctoritate, reuocauerunt Bonifacium, & conſtituerunt epiſcopum, Eulalium vero miſerunt foras in Campaniam. Et facta Synodo, deponitur Eulalius a 252. epiſcopis, quia iuſte non fuerat ordinatus, & ex conſenſu omnium. Et ſedit Bonifacius præſul, & conſtituitur Eulalius in ciuitate Nepeſina epiſcopus. Poſt annos tres & menſes octo defunctus eſt Bonifacius. Et petierunt clerus vel presbyteri Eulalium reuocari. Quod tamen non conſenſit Eulalius, Romam ſcilicet reuerti. Qui tandem in eodem loco Campaniæ, poſt annum mortis Bonifacii, defunctus eſt. Hic Bonifacius conſtituit, vt nulla mulier aut monacha pallam ſacratam contingeret, aut lauaret, aut incenſum poneret in eccleſia, niſi miniſter. Nec ſeruum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cuiuslibet rei. Hic fecit oratorium in cœmeterio ſanctæ Felicitatis, iuxta corpus eius, & ornauit ſepulcrum ſanctæ martyris Felicitatis, & ſancti Siluani, vbi & poſuit hæc: Patenam argenteam penſantem libras viginti. Scyphum argenteum penſantem libras decem. Amam argenteam penſantem libras tredecim. Calices minores duos penſantes libras quatuor. Coronas argenteas tres penſantes libras quindecim. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros tredecim, diacones tres, epiſcopos per diuerſa loca triginta ſex. Sepultus eſt in via Salaria in cœmeterio ſanctæ Felicitatis martyris, iuxta corpus illius, octauo Kalendas Nouembris. Et ceſſauit epiſcopatus dies nouem.

NOTA.

Bonifacius quando pontifex factus.

Schiſma ab Eulalio exortum.

[a] *Bonifacius.*] Defuncto Zoſimo, poſt interregnum duorum dierum, quinto Kalendas Ianuarii, anno 418. Bonifacius preſbyter in lege doctiſſimus, bonis moribus comprobatus, acclamatione totius populi,& plurimorum optimatum, inuitus pontifex eligitur & conſecratur. Cum Eulalius archidiaconus, ſtatim occupata Lateranenſi baſilica, cum diaconis & pauciſſimis presbyteris, ac multitudine turbatæ plebis, ſe ambitioſe eligendum curaſſet, adeoque nouo ſchiſmati cauſam dediſſet, Symmachus vrbis præfectus, in huius fauorem, relationem IV. Kalendas Ianuarii ſcriptam miſit: ex qua Hono-

rius falso & male persuasus, mandauit Bonifacium, vt intrusum, nec rite electum, expelli: verum accepta relatione presbyterorum vrbis, ad cauendum tumultum & seditionem, præcepit vtrumque Bonifacium & Eulalium cum suis quemque fautoribus intra diem sextum Iduum Februarii Rauennæ adesse, & adscitis pluribus episcopis mandat causam examinari. Qui cum inter se non conuenirent, profert negotium ad Kalendas Maias, & interim iubet vtrumque vrbe abesse: & propter imminens Pascha, mittit Achilleum episcopum Spoletinum, qui Romæ sacra mysteria celebraret. Ad schisma tollendum imperator, Christianæ concordiæ studiosissimus, Concilium congregare decreuit, plurimosque episcopos per literas euocauit. Verum iusto Dei iudicio accidit, vt ipse Eulalius suis seipsum operibus condemnarit, seque apostolico munere indignum declarauit. Nam contra mandatum imperatoris & Concilii, 15. Kalendas Aprilis horis meridianis Romam ingressus, occasionem tumultui dedit, vt populus in duas factiones diuisus, propemodum inter se confligeret. Quo cognito imperator mandat Eulalium vrbe excedere, & reluctantem vi expelli. Episcopi, quorum ducenti quinquaginta conuenerant, iussa imperatoris exequuntur, Eulalium causa cecidisse declarant, vrbe expellunt, & Bonifacium tamquam verum & legitimum episcopum in vrbem reuocandum esse decernunt. Quod cum populus audisset, magnopere gauisus est, altisque imperatori gratiis, biduo post latam sententiam, faustis acclamationibus eum in vrbem introduxerunt. Introductus, ante omnia ecclesiam schismate dissectam vnire & conciliare conatus fuit, eamque ob causam literas ad Honorium transmisit: de quibus infra. Huius tempore ingens persecutio Persica in Christianos sub Isdegerde mota fuit, in qua centum millia Saracenorum a Persis in auxilium euocata, immisso diuinitus pauore, se in Euphratē præcipitauerunt. Theodoretus lib. 5. cap. 38.

Eulalius schismaticus suis se damnat operibus.

Eulalius ab imperatore vrbe expellitur.

Saracenorum in persecutione Persica diuinitus immissa strages.

Post S. Hieronymum, clarissimum ecclesiæ lumen pie sancteque defunctum, Honorius religiosissimus imperator, hæreticorum zelosus impugnator & hostis, tyrannorum fortissimus debellator, anno imperii sui 28. post mortem patris exacto, Romæ ex hac vita migrauit. De quo illud obseruatu dignissimum notauit Orosius lib. 7. cap. 24. quod vndique bellis obrutus, & tyrannis obsessus, nihil antiquius habuerit, quam vt extirpandis hæresibus catholicæ ecclesiæ opportunitatibus maxime consuleret, Africamque præcipue ad vnitatem ecclesiæ reduceret: ideoque a Deo illud beneficium valde mirificum acceperit, quod eodem ferme tempore crudelissimi tyranni, imperiique inuasores, Alaricus, Constantinus, Constans, Maximus, Iouinus, Sebastianus, Sarus, aliique plures cum iis extincti fuerint.

S. Hieron. & Honorii imperatoris obitus.

[b] *Sedit annos tres, menses,* &c.] Errat auctor pontificalis: quem enim constat cœpisse sub consulatu Honorii 12. & Theodosii octauo, quinto Kalendas Ianuarii, peruenisseque vsque ad anni 423. octauum Kalendas Nouembris, sedisse oportet annos quinque

Bonifacius quamdiu sedem Romanam obtinuerit.

minus duobus mensibus, & tribus diebus. Idem S. Prosper & Marcellinus in chronico testari videntur, dum ad consulatum Mariniani & Asclepiodoti, ingressum successoris referunt. Baronius anno 423. num. 8.

EPISTOLA I.

BONIFACII PAPÆ I. AD HONORIVM AVGVSTVM.

Supplicatio papæ Bonifacii, vt constituatur a principe, quatenus in vrbe Roma nunquam per ambitum ordinetur antistes.

Bonifacius episcopus Honorio Augusto.

Dist. 97. Ecclesiæ meæ, cui.

ECCLESIÆ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputauit, cura constringit, ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus, qui a sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbatoribus agitantur, apud aures Christianissimi principis desim. Si quidem secus quam oporteat eueniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentes desidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis, Domino fauente, præsideas: nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem & sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, id est * vt fidens vtar licitis, & sub vestræ imperio clementiæ, minime quæ sunt illicita formidentur. Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam, Christianissime imperator, * meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat * affectu, quam Christus Deus noster, vestri fidus rector gubernator imperii, vni desponsatam sibi & intactam virginem seruat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste. Ipsa ergo (quæ

* vt licita fiducie tur, &

al. non meo

* affectu

vni

* nostra vni desponsata, * vestra tamen mater est) ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, præterita præsentiaque repetit. Vobis, inquit, religiose imperantibus, creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quam tibi, qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperii, teste (apud quem & de cuius sede agitur) S. Petro, solicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat: cum solicita petitione miscetur oratio, ne nos in varias res semel euulsa distrahat a Dei cultu solito, tentatore solicitante, discordias. Angeretur pluribus, princeps Christianissime, mater ecclesia, nisi apud te suarum esset secura causarum: & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente vicisset. Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum, cum suæ religionis veneratione con-
* huic ecclesiæ iunctum, cum quidquid * huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus & consacerdotibus meis, probatissimis viris, a me & ab omnibus, qui ecclesiam faciunt istiusmodi, legatis; quibus precamur, sacræ causam religionis prosequentibus, in vrbe vestræ mansuetudinis, hoc animo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consulatis. Datum Kalendis Iuliis.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Cum Bonifacius in vrbem regressus, ecclesiam schismate conscissam consolidare, ciuesq; in mutuam concordiam restituere ac firmare non destitisset, & paulo post in morbum, vnde nonnihil periculi obitus imminebat, incidisset, Eulalius cum suis, apud Antium non longe ab vrbe in ecclesia S. Hermetis exulans, obitum illius, longa ætate ac mala valetudine fracti, expectabat. Verum diuina gratia aliquantulum conualescens, cum hoc aliisve experimentis didicisset, Romanæ ecclesiæ concordiam diuulsam esse, eam quibus posset adminiculis fulcire curauit: & consulens in futurum, ne post suum obitum eadem ecclesia grauiore scissura distraheretur, ad imperatorem Honorium hac de re solicitus præcedentem epistolam scripsit.

Eulalius schismaticus Bonifacii mortem expectat.

RESCRIPTVM HONORII AVGVSTI AD BONIFACIVM PAPAM I.

Statuit, vt si denuo Romæ episcopi ordinati fuerint duo, ambo ciuitate pellantur.

Victor Honorius, inclytus triumphator, semper Augustus, sancto ac venerabili Bonifacio papæ vrbis æternæ.

Dist. 97. Victor Honorius inclytus.

SCRIPTA beatitudinis tuæ, debita reuerentiæ gratulatione susceptimus: quibus recensitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo * reuertentibus venerabilibus viris, gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum aut populi perturbatione solicita est. Quæ, vt ne aliqua ratione possit euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. At si duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem: sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium & vniuersitatis consensus elegerit. Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur, cum certum sit, nulli partium sua studia profutura.

* reuerentibus

Dist. 79. Si duo forte.

[a]EPISTOLA II.
BONIFACII PAPÆ I.
AD EPISCOPOS GALLIÆ.

De Maximo Valentinæ ciuitatis episcopo variis criminibus accusato, vt in Synodo prouinciæ illius causa discutiatur.

Bonifacius episcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Seuero, Valerio, Iuliano, Castorio, Leontio, Constantino, Ioanni, Montano, Marino, Mauricio, & ceteris episcopis per Gallias & septem prouincias constitutis.

VALENTINÆ nos clerici ciuitatis adierunt, proponentes per libellum crimina, quæ Maximum, teste tota prouincia, asserunt cõmisisse. Delegata toties cognitione, illum constituta semper subterfugisse iudicia, nec confisum conscientia festinasse, vt si esset innocens examinatis omnibus purgaretur. quæ toties Decreta, ex vestrarum quoque chartarum instructione cognouimus. Qui e contrario probauit de se illa quæ dicta sunt, qui ad ea confutanda, cum essent innumera, a decessoribus meis prouinciali delegata cognitione, conuentus etiam dicitur euitasse, & adesse minime voluisse. Et nullus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum vt absoluatur qui est innocens quærit. Sed astuta cauillatio eorum qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquando ille, qui talis perhibetur, in medium, nec proderit illi toties latuisse, toties subterfugisse, quem sui actus & commissa, quocumque fugerit, ea quæ obiiciuntur illi, si vera sunt, crimina persequuntur. Debuerã quidem iam nunc dignam pro eius accusatis in nostro iudicio actibus, qui cognitionem & Decretum iudicium sæpe declinando credidit illudendum, ferre sententiam. At ne aliquis præcoquam forsitan iudicaret, & sibi qui absens est, licet sit quæsitus a nobis, reseruatum esse nihil diceret; maluimus intercapedine temporis data differri: cum hæc etiam eius Iuo p. 5. cap. 271.

accusatores assererent, de quorum intentionibus & moribus sit securum, Maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto iudicio præsentarit. Quem Manichæorum inuolutum caligine, arguunt turpi secta olim, ita ne eum possit abluere, animum sordidasse, in probationem obiectæ rei gesta synodalia proferentes: & commissis inuolutum vndique flagitiis, nullum eum sanitatis habuisse respectum. quem furore suo & insana temeritate ad sæcularium quoque iudicum tribunalia subditum quæstioni, quod in vili quoque persona turpissimum est, obiicerent peruenisse, & homicidii damnandum asserunt, gestis prolatis in medium. Et hunc talem, post tanta taliaque commissa, episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibulis vindicare, in propriæ ciuitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur, & sanctum nomen vindicando sibi velle polluere. Ideoque, fratres carissimi, quia audiendus hic præsentare se noluit, ne conuictus forsitan ab accusantibus se clericis, posset digna tandem aliquando præsentatus episcopali iudicio pronuntiationis congrue feriri sententia: (quamquam illi, cum hæc edocta fuerint, quæ potest huius nominis esse iactura, qui pudorem nunquam sacerdotii habuisse perhibetur, & locum suum ne modico quidem tempore custodisse?) dilationem tamen dedimus, & decreuimus vestrum debere intra prouinciam esse iudicium, & congregari Synodum ante diem Kalendarum Nouembrium: vt si adesse voluerit, præsens, si confidit, ad obiecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato iudicio, purgandi se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine omnia quæ dicta sunt comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes prouincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis obtendat, vt ad prouinciam venire cogatur, & illic se constituto præsentare iudicio. Quidquid autem vestra caritas de hac causa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra, vt condecet, necesse est auctoritate firmetur.

3. quæst. 9. Decernimus vestrum.

Data sub die Idus Iunias, Monaxio viro clarissimo consule.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Hac epistola Bonifacius anno Christi 419. pontificatus sui primo, interpellatus libello accusationis a clericis Valentinæ ecclesiæ aduersus Maximum episcopum, Manichæorum sectatorem, delegauit causam cognoscendam episcopis septem prouinciarum. Vnde patet accusationes episcoporum ad Romanum pontificem deferri solere. Baronius prædicto anno num. 107.

[a] EPISTOLA III.

BONIFACII PAPÆ I.

AD HILARIVM EPISCOPVM NARBONENSEM.

De Patroclo Arelatensi, qui episcopum in ecclesia Luteuensi ordinarat, vt nullus contempto metropolitano ordinetur episcopus.

Bonifacius episcopus vrbis Romæ Hilario episcopo Narbonensi salutem.

DIFFICILEM quidem fidem querimoniis commodamus, quarum sacerdotes Domini pulsat intentio: maxime cum eos loquuntur quippiam contra patrum statuta tentasse. Sed frequenter has asserit, sicut nunc, multitudo causantium. Ecce enim, vt caritas tua recognoscit ex subditis, Lutubensis ecclesiæ cleri ordo, vel plebis, preces suas & lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miserunt, dicentes coepiscopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in locum decedentis episcopi nescio quem in alia prouincia, prætermisso metropolitano, contra patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia conuenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Nulli etenim videtur incognita Synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, vt eadem proprie verba ponamus, Per vnamquamque prouinciam ius metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse subiectas. Quod illi, quia aliter credendum non est, seruandum sancto Spiritu suggerente sibimet censuerunt. Vnde, frater, carissime, si ita res sunt, & *Synodus Nicæna Can. 6.*

ecclesiam supradictam prouinciæ tuæ limes includit, nostra auctoritate commonitus, quod quidem facere sponte deberes, desideriis supplicantum & voluntate respecta, ad eumdem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, metropolitani iure munitus, & præceptionibus nostris fretus accede: intelligens arbitrio tuo secundum regulas patrum quæcumque facienda sunt a nobis esse concessa: ita vt peractis omnibus apostolicæ sedi quidquid statueris te referente clarescat, cui totius prouinciæ suæ ordinationem liquet esse mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat: nec aliquis in illorum contumeliam partibus suis, quæ sibi ab his non videntur concessa, defendat. Cesset huiusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio eorum qui vltra licitum suæ limitem dignitatis extendunt. Quod idcirco dicimus, vt aduertat caritas tua, adeo nos Canonum cautius præcepta seruare, vt ita constitutio quoque nostra definiat, quatenus metropolitani sui vnaquæque prouincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet. Data v. Idus Februarias, Dominis nostris Honorio XIII. & Theodosio X. Augustis consulibus.

NOTA.

Bonifacius Hilario demandat vt quæ Patroclus agat, expiscetur, & sedi apostolicæ referat.

[a] *Epistola.*] Hac epistola ad Hilarium Narbonensem episcopum scripta iussit Bonifacius, vt Hilarius, iure metropolitani, & præceptione apostolicæ sedis, ad locum, vbi erat Patroclus, accedat, quæ agenda sunt videat, & apostolicæ sedi referat. Dicebatur enim Patroclus fauore Constantii sedem Arelatensem vsurpasse, & alienæ metropolis iura inuadere, & in Narbonensi prouincia, sedi pastore carenti, de episcopo prouidere, & in locum decedentis alium episcopum subrogare, atque ordinare conatum fuisse. Baronius anno 422. num. 1.

DECRETA BONIFACII PAPÆ I.

QVÆ NON HABENTVR IN PRIORIBVS, NVMERO QVINQVE:

Sunt autem desumpta ex Decretis Gratiani, & ex vetustis codicibus aliis.

PRIMVM.

Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

Si quis triginta ætatis suæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus. Et ipse Dominus tricesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere. Oportet ergo eum, qui consecrandus est, vsque ad hanc legitimam ætatem non consecrari.

Dist. 78. Si quis triginta. *Luc. 3.*

SECVNDVM.

Primati deferuntur negotia quæ metropolitanus explicare non valet.

Si inter episcopos eiusdem Concilii dubitatio emerserit de ecclesiastico iure, & de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in Concilio considerans rem, diiudicet. Et si non acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat: & quod Canonibus & legibus consentaneum sit, hoc diffiniat. Et nulla pars valeat calculo eius contradicere.

6. quæst. 4. Si inter episcopos eiusdem.

TERTIVM.

Quidquid Domino consecratur, ad ius pertinet sacerdotis.

Nulli liceat ignorare, quod omne quod Domino consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quidquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, & ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui quæ a Domino & ecclesia, cui competunt, aufert, vastat & inuadit, vel eripit: & vsque ad emendationem, ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus iudicetur: &, si emendare noluerit, excommunicetur.

22. quæst. 2. Nulli liceat ignorare. *Leuit. 27.*

QVARTVM.

11. quæst. 1. Nullus episcopus. Nullus episcopus, neque pro ciuili, neque pro criminali causa apud quemuis iudicem, siue ciuilem siue militarem, producatur, vel exhibeatur. Magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit, amissione cinguli condemnatione plectetur.

QVINTVM.

Ex libro IV. librorum quinque, cap. 21.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant.

1. *Ioan.* 4. Sicut *omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est*: ita & omnis qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernimur, quis ex quo genitus approbetur, di-
1. *Ioan.* 3. cente Ioanne: *In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli: Omnis qui non facit iustitiam, & qui non diligit fratrem suum, non est ex Deo: quoniam hæc est annuntiatio, quam ab initio audistis,*
Ibidem. *vt diligamus alterutrum.* Et post paululum: *Omnis qui odit fratrem, homicida est.* Et *scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternã in se manentem.* Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate diuiditur. Nam etsi manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, iam a Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interfector conuincitur. Cum igitur his præceptis B. apostolus Paulus consona prædicatione con-
Ephes. 4. cordet, dicens: *Non occidet sol super iracundiam vestram*: Et, *Nolite locum dare diabolo*: relatæ sunt nobis quorumdam sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solum illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne annosa quidem transactio temporis ad bonum caritatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem sol iustitiæ Christus occubuit, vt ad lumen caritatis redire vix possint. Horum igitur & similium discordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui Canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantibus, id speciali diffinitione præcipimus, vt eos ante reconciliatio vera innectat, quam vllus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam com-

compensabunt, quo discordiæ seruierunt. Quod si vnus eorum, alio contemnente, ad satisfactionem caritatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur. Sententia tamen superiori seruata, vt tempus, quod in ira expendit, geminatum pœnitentiæ satisfactione persoluat.

SEXTVM.

EX EODEM. cap. 13.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatem.

Et annotatur, istud cap. haberi ex epistola eiusdem ad episcopos Galliæ.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatem qua expulsus est, vel exire de loco in quo degere iussus est, iubemus eum in monasterio, in alia prouincia constituto, tradi, vt qui in sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigatur.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE

[b] NOMINE VI. ORDINE TEMPORIS V.

[c] tempore Zosimi, Bonifacii & Cælestini.

[d] De modo prosequendæ appellationis ad sedem apostolicam interpositæ, celebratum præsentibus Romanæ sedis aliarumve ecclesiarum [e] legatis viginti duobus. [f] Estque prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM.

Anno Christi 419.

I. *Allocutio Aurelii episcopi sancti ad Synodum.*

II. *Responsio Faustini episcopi legati Romanæ ecclesiæ de his quæ in ecclesia partim Canone, partim consuetudine sunt firmata.*

III. *De commonitorio Romani papæ recitato.*

IV. *Alypii episcopi responsio, pro veris exemplaribus Nicæni Concilii perquirendis.*

V. *Vbi Faustinus episcopus dixit: vt Romano papæ Synodus, pro inquirenda Nicænæ Synodi veritate, innotescat.*

VI. *De sententia Sardicensis Concilii recitata a postulante Nouato episcopo.*

VII. *Vbi Augustinus episcopus cum Synodo Nicænum Concilium seruare promittit.*

VIII. *Vbi Faustinus episcopus, pro dubietate recitati capituli, Romano papæ petit scribendum.*

IX. *Vbi Synodus exemplaria Nicæni Concilii magis ab orientalibus competenda decreuit.*

X. *Professio fidei Nicæni Concilii.*

ANNO CHRISTI 419.

IN hoc Concilio actum est, vt Nicænum Concilium ab episcopis orientalibus peteretur, cui Synodo interfuit legatio ecclesiæ Romanæ, Faustinus episcopus, Philippus & Asellus presbyteri.

POST consulatum glorioſissimorũ imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, VIII. Kalendas Iunii, scripta hæc sunt Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius papa vna cum Valentino primæ sedis Numidiæ, & Faustino ecclesiæ Potentinæ, primæ sedis, prouinciæ Italiæ, Piceni, legato ecclesiæ Romanæ, sed & legatis diuersarum prouinciarum Africanarum, id est, Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ Sitiphensis, & Mauritaniæ Cæsarienſis, sed & Tripolis, & Vincentio Culusitano, Fortunatiano & ceteris episcopis prouinciæ proconsularis ducentis decem & septem, nec non Philippo & Asello presbyteris Romanæ ecclesiæ, cum consedissent, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit:

CAPITVLA.

I.

POST diem præstitutam Concilii, vt recordamini, fratres carissimi, multa flagitata sunt, per expectantes fratres nostros, qui nunc ad præsentem Synodum legati aduenerunt, quæ gestis necesse est consocientur. Qua de re Domino nostro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Supereſt, vt tam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & a patribus constituta sunt, quam etiam hic a prædecessoribus nostris, eamdem fir-

ANNO CHRISTI 419. mantes Synodum, vel quæ ſecundum eam formam per omnes clericorum gradus, a ſummo vſque in vltimum, ſalubriter ordinata ſunt, in medium proferantur. Ab vniuerſo Concilio dictum eſt: Proferantur. Daniel notarius recitauit: Nicæni Concilii fidei profeſſio vel ſtatuta ſic ſe habent.

II.

Et cum legiſſet, Fauſtinus epiſcopus plebis Potentinæ prouinciæ Italiæ, Piceni, legatus Romanæ eccleſiæ, dixit: Iniuncta nobis ſunt a ſede apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, cum veſtra beatitudine tractanda, ſicut & geſtis ſuperioribus meminimus. Hoc eſt, de Nicænis Canonibus, vt conſeruentur, & * conſtitutio eorum, & conſuetudo, quia aliqua ordine & Canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt. De his ergo primitus, ſi placet beatitudini veſtræ, tractemus: & poſtea cetera, quæ acta vel inchoata ſunt, inſerta firmabuntur, vt ad ſedem apoſtolicam reſcriptis veſtris intimare poſſitis, atque nos vos admonuiſſe apud venerabilem papam euidenter pateat, licet & capitula actionum iam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergo, vt dictum eſt ſuperius, quid veſtræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo [h] commonitorium in medium, vt ſcire poſſit veſtra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad ſingula reſpondeatur.

* conſtituta

III.

Aurelius epiſcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegauerunt, & cetera quæ acta ſunt, vel

quæ agenda sunt subsequantur. Daniel notarius recitauit commonitorium: Fratri Faustino & filiis Philippo & Asello presbyteris, Zosimus episcopus: Vobis commissa negotia non latent. Vos ita vt nostra, imo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite; maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, verba Canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inseruimus. Ita enim dixerūt, dilectissimi fratres, in Concilio Nicæno cum de episcoporum appellatione decernerent: [k] Placuit autem, vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit, vt renouetur examen; scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani, quid velit, & quid existimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, habentem auctoritatem eius, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, vt negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit. ANNO CHRISTI 419.

IV.

Et cum recitaret, Alypius episcopus Tagasten-

ANNO CHRISTI 419. sis legatus prouinciæ Numidiæ dixit: De hoc iam superioribus etiam literis Concilii nostri rescripsimus, & id nos seruaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio constitutum est. Adhuc tamen me mouet, quoniam cum inspiceremus Græca exemplaria huius Synodi Nicænæ, ista ibi, nescio qua ratione, minime inuenimus. Vnde petimus venerationem tuam, sancte papa Aureli, vt quia hoc authenticum Concilium Nicænum in vrbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis suæ sanctitatis mittere digneris: & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis Concilium cum substipulatione literarum suarum dirigant, vt omnis postmodum ambiguitas auferatur: quia nos ita, vt frater Faustinus attulit, minime inuenimus. Ista nos tamen tantisper seruaturos, vt antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus est autem literis nostris & venerabilis ecclesiæ Romanæ episcopus Bonifacius, vt ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni Concilii, secundum eius possint scripta proferre. Nunc autem memorati Concilii Nicæni qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.

V.

Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ, dixit: Nec vestra sanctitas præiudicat ecclesiæ Romanæ, siue de hoc capitulo, siue de aliis, quia dice-

re dignatus est frater noster & coepiscopus Alypius, dubios esse Canones. Sed hæc ipsa ad sanctum & beatissimum papam nostrum scribere dignemini, vt & ipse integros Canones inquirens, cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem, vt & ipse beatissimus episcopus vrbis Romæ, sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquirat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur: sed magis caritate fraterna deliberare possitis, ipso rescribente, quid melius obseruari debeat. Aurelius episcopus dixit: Præter ista, quæ promisimus actis, necesse est, vt etiam nostræ paruitatis literis, sancto fratri & consacerdoti nostro Bonifacio singula, quæ tractamus, plenissime intimemus. Ergo si omnibus placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus. Vniuersum Concilium dixit: Placet. ANNO CHRISTI 419.

VI.

Nouatus episcopus, legatus Mauritaniæ Sitiphensis, dixit: Nunc meminimus, in hoc præsenti commonitorio lecto, etiam de presbyteris siue diaconibus contineri, qualiter ab episcopis suis vel a finitimis audiri debeant, quod in Nicæno Concilio minime legimus: vnde hoc ipsum iubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc quod deposcitur. Daniel notarius recitauit: De appellationibus autem clericorum, id est, minoris loci, restat ipsius Synodi certa responsio. De qua re, quid acturi sitis, credimus inferendum, quod taliter dictum est ex Sardicensi Concilio. Osius episcopus dixit: Quid

In Sardicensi Concilio Can. 17.

ANNO CHRISTI 419. me adhuc moueat, reticere non debeo. Si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoueatur aduersus presbyterum siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem eiectus, vt finitimos interpellet episcopos, vt causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum eiecit, patienter accipiat, vt negotium discutiatur, * aut probetur eius, aut emendetur sententia, &c. * &

VII.

Cumque recitaretur, Augustinus ecclesiæ Hipponis Regiensis, legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos seruaturos profitemur, salua diligentiore inquisitione Concilii Nicæni. Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestræ caritati placet, responsione firmate. Vniuersum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesiæ Suffetulæ, legatus prouinciæ Byzacenæ, dixit: Quod constitutum est in Nicæno Concilio, violari a quoquam nullatenus potest.

VIII.

Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ, dixit: Adhuc secundum professionem sanctitatis vestræ, tam sancti Alypii, quam & fratris nostri Iocundi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeant, cum iam in dubium ipsi Canones venerint. Ergo, vt placet & nobis & beatitudini vestræ, ad

ſanctum & venerabilem eccleſiæ Romanæ Bonifacium epiſcopum, veſtra * ſcribere dignetur ſanctitas, vt & ipſe, quod S. Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit, vtrumnam & hoc concedendum ſit, an reticendum, hoc eſt, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit de hoc capitulo, iuſtum eſt, vt beatiſſimæ Romanæ ſedis epiſcopus informari debeat, ſi tamen in approbatis Canonibus hoc inueniri poſſit. ANNO CHRISTI 419. * referre

IX.

Aurelius epiſcopus dixit: Etiam, quæ dudum veſtræ caritati intimauimus, nunc patimini exemplaria ſtatutorum Nicæni Concilii, ſed & quæ hic ſalubriter a noſtris deceſſoribus, ſecundum eiuſdem Concilii normam, formata ſunt, vel quæ nunc ordinata ſunt, a nobis recitari, & geſtis inſeri. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei & ſtatuta Nicenæ Synodi, quæ ad noſtrum Concilium per beatæ recordationis, olim prædeceſſorem tuæ ſanctitatis, (qui interfuit) Cæcilianum epiſcopum allata ſunt, ſed & quæ patres, ea exemplaria ſequentes, hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis eccleſiaſticis inſerta manebunt, * ita (vt ſuperius dictum eſt) venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ eccleſiarum epiſcopis, ſcribere veſtra beatitudo dignetur, vt exemplaria veriſſima Concilii Nicæni ſub aſtipulatione literarum ſuarum dirigant; quo, declarata veritate, ea capitula, quæ in commonitorio præſens frater & coepiſcopus noſter

* forte vt, quemadmodū ſuperius,

ANNO CHRISTI 419. ſter Fauſtinus & compresbyteri Philippus & Aſellus ſecum attulerunt, aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur: aut ſi non inueniuntur, collecta Synodo, de hoc in ſequenti tractabimus. Daniel notarius Nicæni Concilii profeſſionem fidei vel eius ſtatuta recitauit in Concilio Africano.

SYMBOLVM NICÆNVM.

X.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum de Patre, vnigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, vnius ſubſtantiæ cum Patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia facta ſunt, ſiue quæ * in cælis, ſiue quæ in * terris. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cælos, ſedet ad dexteram Patris, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, Erat, quando non erat: &, Priuſquam naſceretur, non erat: &, Quia ex nullis exiſtentibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia, vel natura, dicentes mutabilem & conuertibilem filium Dei; hos anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

* cælo, * terra.

EPISTOLA AFRICANI CONCILII AD BONIFACIVM PAPAM I.

ANNO CHRISTI 419.

Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ, & ceteri, qui præsentes adfuimus, numero ducenti decem & septem, ex omni Concilio Africæ.

QVONIAM Deo placuit, vt de his quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus *&c.*

In Concilio Africano plenissime hæc epistola descripta circa finem reperitur, simul cum certis aliis, videlicet rescripto Cyrilli Alexandrini ad Concilium Africanum, & epistola Attici Constantinopolitani ad idem Concilium. Quæ omnia ad Concilium Carthaginense sextum pertinent, quamquam in Africano referantur Concilio, quod vtique Africanum Concilium ad septimum Carthaginense continuatur.

TITVLI CAPITVLORVM NICÆNI CONCILII PER TEILONEM ET THARISTVM CONSTANTINOPOLITANVM de Græco in Latinum conuersorum.

I. *De eunuchis qui seipsos abscindunt.*
II. *De his qui ex gentibus post baptismum ad clericatus ordinem promouentur.*
III. *De commanentibus cum mulieribus.*
IV. *De ordinatione episcoporum.*
V. *De excommunicatis.*
VI. *De priuilegiis quæ quibusdam ciuitatibus competunt.*
VII. *De episcopo Æliæ, id est, Hierosolymorum.*
VIII. *De his qui dicuntur Cathari, id est, mundi.*
IX. *De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt.*
X. *De lapsis ignoranter ordinatis.*
XI. *De his qui negauerunt.*
XII. *De his qui abrenuntiant, & iterum ad sæculum sunt reuersi.*
XIII. *De his qui in exitu communionem requirunt.*
XIV. *De catechumenis lapsis.*
XV. *De clericis, ne de ciuitate vna ad aliam transeant.*
XVI. *De his qui in ecclesiis, in quibus prouecti sunt, minime perdurauerunt.*
XVII. *De clericis qui vsuras accipiunt.*
XVIII. *De priuilegiis presbyterorũ.*
XIX. *De his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam veniunt.*
XX. *De flectendo genu.*
XXI. *De obseruatione Nicæni Concilii, vt nulla de reliquo varietas oriatur in ecclesiis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 419.

CAPITVLA.

I.

SI quis per languorem a medicis sectus est, aut a barbaris abscissus est, iste remaneat in clero. Si quis autem sanus se abscidit, istum & in clero positum abstinere oportet, & de cetero nullum talium debere promoueri. Sicut autem hoc manifestum est, quia de his qui hanc rem excogitant, audentque seipsos abscindere, dictum sit: sic eos, qui a barbaris aut a dominis castrati sunt, inueniuntur autem alias digni, tales ad clerum applicat Canon. Dist. 55. Si quis à medicis. & in Decr. Iuo. lib. 3.

II.

Quia multa aut necessitate, aut aliter, cogentibus hominibus, facta sunt contra Canonem ecclesiasticum, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechizati, statim ad spirituale lauacrum ducantur, & simul, cum baptizati fuerint, promoueantur ad episcopatum, aut ad presbyterium, placuit, de cetero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post baptisma approbatio amplior. Manifesta est enim apostolica scriptura, quæ dicit: *Non neophytum, ne forte in superbiam elatus, in iudicium incidat & laqueum diaboli.* Si autem, procedente tempore, aliquod animi peccatum inueniatur circa huiusmodi personam, & conuincatur a duobus aut tribus testibus, ipse cesset a clero. Si quis autem præter hæc facit, quasi aduersus magnum Concilium se efferens, ipse periclitabitur de clero. Dist. 48. Quoniam multa sunt sin. 1. Tim. 3.

ANNO CHRISTI 419.

III.

Dist. 32. Interdixit per omnia. & in Decr. Iuo. lib. 3.

Interdixit omnimodo sanctum Concilium, neque episcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum qui in clero est, habere secum subintroductam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut eas solas personas, quæ refugiunt omnes suspiciones.

IV.

Dist. 64. Episcopi ab omnibus qui.

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter vrgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris, omnimodo tres in vnum conuenientes, consentientibus & his qui absentes sunt episcopis, & spondentibus per scripta, tunc manus impositionē fieri. Confirmatio autem eorum quæ fiunt, danda est vnicuique a suæ prouinciæ metropolitano.

V.

11. quæst. 3. Seruetur ista sententia.

De eis qui excommunicantur, siue de clero sint, siue de laico agmine, ab episcopis per singulas prouincias obtineat sententia, iuxta Canones, eos qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur, bene placuit, singulis annis per singulas prouincias bis in anno Concilia fieri, omnibus simul episcopis in vnum congregatis, vt tales quæstiones requirantur. Et ita, qui manifeste offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, quamdiu aut in commune, aut episcopo placeat

ANNO CHRISTI 419. humaniorem pro his ferre ſententiam. Concilia autem fiant, vnum quidem ante quadrageſimam Paſchæ, vt omni puſillanimitate ſublata, munus mundum offeratur Deo: ſecundum autem, circa tempus autumni. Dist. 18. Habeatur semel Concilium.

VI.

Antiquiores obtineant, qui apud Ægyptum ſunt & Libyam & Pentapolim, ita vt Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat ſolicitudinem, quia & vrbis Romæ epiſcopo ſimilis mos eſt. Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris prouinciis priuilegia propria reſeruentur metropolitanis eccleſiis. Omnino autem manifeſtum eſt illud, quia ſi quis præter Concilium metropolitani factus fuerit epiſcopus, hunc Concilium magnum definiuit non debere eſſe epiſcopum. Si vero communi omnium decreto rationabili, ſecundum Canonem eccleſiaſticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum. Dist. 65. Mos antiquus perduret. Dist. 64. Illud generaliter in. Dist. 65. Sane ſi cõmune omnium.

VII.

Hieroſolymitani conſuetudo antiqua ſeruetur, vt Æliæ epiſcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, ſalua tamen metropolitani dignitate eiuſdem prouinciæ. Dist. 65. Quoniam mos antiquus.

VIII.

Si aliquando venerint ad catholicam eccleſiam Cathari, placuit, ſicut & magnæ Synodo, eos ordinatos ſic manere in clero. Ante omnia autem, hæc profiteri ipſos per ſcripturam oportet, quod conſentiant, & ſequantur catholica & apoſtolica 1. quæſt. 7. Si qui voluerint.

dogmata. Hoc est, & bigamis communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt, circa quos & tempus constitutum est, & dies definitus: & sequatur in omnibus quæ placuerunt catholicæ ecclesiæ episcopo vel presbytero. Vbicumque autem omnes siue in castellis, siue in ciuitatibus, ipsi inuenti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, sint in eodem habitu. Quotquot autem, vbi catholicæ ecclesiæ episcopus vel presbyter extat, accedunt; manifestum est, quod episcopus ecclesiæ habebit dignitatem episcopi. Qui autem nominatur apud eos episcopus, presbyterii honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo, honoris eum nomine frui. Sin vero non hoc ei placuerit, prouidebit ei locum, aut chorepiscopatus, aut presbyterii, vt in clero omnino esse videatur, quatenus non in ciuitate duo sint episcopi. ANNO CHRISTI 419.

IX.

Dist. 81. Si quis sine examinatione. Si qui sine examinatione promoti sunt episcopi, aut presbyteri, vel cum discutiuntur, confessi sunt quæ peccauerunt, vel si ab aliis conuincantur, & confitentibus, contra Canonem homines commoti, manus eis imposuerint, tales Canon non suscipit, sed abiicit. Hoc enim quod irreprehensibile est, defendit catholica ecclesia.

X.

Dist. 81. Quicumque ex his. Quicumque de lapsis ordinati sunt per ignorantiam, aut simulationem ordinantium, hoc non præiudicat Canoni ecclesiastico: cogniti etenim deponuntur.

XI.

ANNO CHRISTI 419. De his qui præuaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid, quod factum est sub tyrannide Licinii; placuit sancto Concilio, licet indigni sint, humanitate tamen subuenire eis. Quotquot igitur sincere pœnitent, tres annos inter audientes sint. Qui lapsi sunt fideles, * septem annos succumbant: duobus vero annis, sine oblatione, populo communicent in orationibus.

* sex

XII.

Quicumque vocati sunt per gratiam, & primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad proprium vomitum reuoluti sunt, ita vt aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant; isti decem annos succumbant, post * triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem & speciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore & lacrymis & perseuerantia & bonis operibus conuersationem non simulatione demonstrant; isti, adimplentes constitutum tempus auditionibus, orationibus merito communicabunt: & postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiscrete tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conuersionem, definitum omne compleant tempus.

De pœnitentia distinct. 5. Si qui vero per.

* triennale

XIII.

De exeuntibus de corpore, vetus & canonica lex custodiatur & nunc, vt qui mori sperantur, nouissimo iuuamine non priuentur. Si vero despe-

26. quæst. 6. De his vero qui recedunt.

ratus, communione sumpta, & oblatione percepta, iterum conualescat, sit inter eos qui orationibus tantum communicant. Generaliter autem homini morituro, petenti sibi communionis gratiam, episcopus probabiliter oblationem ei contradat. ANNO CHRISTI 419.

XIV.

De catechumenis lapsis, placuit sanctæ & magnæ Synodo, vt triennio tantum audiant, postea orent cum catechumenis.

XV.

7. quæst. 1. Non oportet episcopum vel reli.

Propter grandem tumultum, & seditiones quæ fiunt, placuit, omnimode auferri consuetudinem, quæ est contra Canonem in aliquibus partibus admissa, ita vt de ciuitate in ciuitatem nec episcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti & magni Concilii definitionem tale aliquid agere tentauerit, aut se dederit huiuscemodi negotio, cassabitur huiusmodi machinatio, & restituatur ecclesiæ, in qua aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

XVI.

7. quæst. 1. Si qui vero sine respectu.

Hi qui facile se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum Canonem scientes, discedunt ab ecclesia, presbyteri aut diaconi, aut quicumque sunt in Canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi oportere, vt ad proprias parochias reuertantur. Pertinaces autem, excommunicatos esse oportet.

Si

ANNO CHRISTI 419. Si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alterum pertinentem,& ordinauerit in sua ecclesia,non consentiente episcopo, a quo discesserat clericus, qui in Canone constituitur, infirma sit huiusmodi manus impositio.

XVII.

Quoniam plures in Canone constituti,cupiditatem & lucra turpia sectantur, oblitique sacræ Scripturæ, dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: cum fenerantur aliis, centesimas exigunt: iuste statuit sanctum & magnum Concilium, vt si quis inuentus fuerit, post hanc definitionem, vsurã accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia,abiiciatur a clero,& alienus a Canone sit.

14. quæ. 4. Quoniam multi clerici. & distinct. 47. Quoniam mult. sub re. Psal. 14.

XVIII.

Peruenit ad sanctum & magnum Concilium, quod in quibusdam locis aut ciuitatibus presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi porrigant: quod neque Canon,neque consuetudo tradidit,vt qui potestatem offerendi non habent, his qui offerunt corpus Christi,porrigant.Sed etiam hoc quoque innotuit,quod quidam diaconi ante episcopos contingant eucharistiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in proprio ordine, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt:accipiant autem ex ordine eucharistiam post presbyteros, eis dante aut episcopo,aut presbytero. Sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat. Quod si hoc fiat,præter Canonem & præter ordinem probatur existere. Si quis autem obtemperare noluerit post

Distinct.93. Peruenit ad sanctã.

hanc definitionem, ceſſet a diaconio.

ANNO CHRISTI 419.

XIX.

1. quæſt. 1. Si quis confugerit.

De Paulianiſtis refugientibus ad eccleſiam catholicam, definitio prolata eſt, rebaptizari eos omnino. Si qui vero ex eis præterito tempore fuerint in clero, ſi quidem ſine querela & reprehenſione fuerint poſt baptiſmum, ordinentur ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ. Si vero diſcuſſio eos minus idoneos inuenerit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus, & omnino de his qui ſub Canone conuerſantur, eadem forma ſeruabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ in eadem ſpecie ſunt, quia manus impoſitionem aliquam non habent, vt omnino inter laicas computentur.

XX.

De conſec. diſtinct. 3. Quoniam ſunt in die.

Quoniam ſunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſanctæ & magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis conſonanter & conſentienter, ſtantes Deum orare debere.

Capitulorum Nicæni Concilii, in ſexto apud Carthaginem Concilio relictorum, finis.

XXI.

Sanctum Conciliũ: Traditis omnibus, & rite diſpoſitis, vt eccleſiarum pax & fides in orientis atque in occidentis partibus vna eademque ſeruetur, hæc eccleſiaſtica ſtatuta neceſſario credimus inſerenda.

Epiſtolam Africani Concilii ad Cæleſtinum papam ac vrbis Romæ epiſcopum, quæ incipit: *Domino dilectiſſimo, & honorabili patri Cæleſtino, Aurelius, Palatinus,* &c. quæ in fine Concilii Africani haud longe poſt ſeptimum Carthaginenſe integre ponitur, ſi quis huc pertinere velit, per nos quidem huc inferre poteſt.

ANNO CHRISTI 419.

EDITIO ALTERA EX CODICE CANONVM ECCLESIÆ AFRICANÆ.

ΜΕΤΑ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρείου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῇ αὐγούστων, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ιανίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σκρήπτον τῆς ἐκκλησίας Φαύστου σωνελθόντων, Αὐρηλίου τοῦ πάπα, ἅμα Βαλεντίνῳ τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας, Φαυστίνῳ ἀπὸ Πικένου τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας τῆς Ιταλῶν χώρας, τοποτηρητῇ τῆς ἐκκλησίας Ρώμης· ἀλλὰ καὶ διαφόροις τοποτηρηταῖς τῆς Αφρικανῶν ἐπαρχιῶν, τοῦτ' ἔστι, τῆς δύο Νουμιδιῶν, τῆς Βυζακιωῆς, Μαυριτανίας Σιτιφένσης, καὶ Μαυριτανίας τῆς Καισαρειανῆς, καὶ Τριπόλεως· καὶ Βικεντίῳ Κολοσσιταίῳ, Φορτουναλιανῷ Νεαπολίτῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις τῆς δυθυπαλιανῆς χώρας, διακόσιοι δεκαεπτά· ἐμοὶ δὲ καὶ Φιλίππωνι καὶ Ασέλλῳ τοῖς πρεσβυτέροις τοποτηρηταῖς τῆς ἐκκλησίας Ρώμης· ταῦτα ἅπερ καὶ αὐτοῖς ἤρεσε, πρεσώπων τῶν διακόνων.

POST consulatum glorioſiſſimorum imperatorum Honorii XII. & Theodoſii VIII. Auguſtorum, VIII. Kalendas Iunias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius papa, vna cum Valentino primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, Fauſtino eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato eccleſiæ Romanæ; ſed & legatis diuerſarum prouinciarum Africanarum, id eſt Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ Sitiphenſis, & Mauritaniæ Cæſarienſis, ſed & Tripolis; & Vincentio Culuſitano, Fortunatiano, & ceteris epiſcopis prouinciæ proconſularis reſidentibus CCXVII. nec non Philippo & Aſello preſbyteris æque legatis Romanæ eccleſiæ, conſediſſent, aſtantibus diaconis.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· μὴ τὴν ὀφειλομένην ἡμέραν τῆς σωόδου, ὡς μέμνησθε ἀδελφοὶ μακαριώτατοι, πολλὰ ἐζητήσαμεν ἐν τῷ ἀναμένειν ἡμᾶς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, τοὺς νῦν εἰς τὴν πρόσοδον σωόδου τοποτηρητὰς σωελθόντας, αὐτοῖς περιφανεῖς ἀνάγκη ὄντων συντετύχαμεν. διὸ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν περὶ τῆς σωελεύσεως τοσούτου ἀθροίσματος ὑπολελειπέναι χάριτας ἀναπέμψαι· ἵνα τοῦτο μὲν, τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ σωόδου, ἃ νῦν ἔχομεν καὶ ἀπὸ τῶν πατέρων κατέσχον· τοῦτο δὲ, καὶ ἅπερ ἐνταῦθα ἀπὸ τῶν προηγησαμένων ἡμᾶς τὴν

Aurelius epiſcopus dixit: Poſt diem præſtitutam Concilii, vt recordamini fratres beatiſſimi, multa flagitata ſunt, expectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentem Synodum legati aduenerunt, quæ geſtis neceſſe eſt ſocientur: qua de re Domino Deo noſtro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Supereſt, vt tam exemplaria Nicæni Concilii, quæ nunc habemus, & a patribus conſtituta ſunt, quam etiam hic a deceſſori- Conc. Carthagin. 6. cap. 1.

bus noſtris eamdem Synodum firmantibus, vel quæ ſecundum eam formam, per omnes clericorum gradus, a ſummo vſque ad vltimũ ſalubriter ordinata ſunt, in medium proferantur. Ab vniuerſo Concilio dictum eſt: Proferantur.

Daniel notarius recitauit. Nicæni Concilii fidei profeſſio, vel ſtatuta ita ſe habent. Et cum diceret Fauſtinus epiſcopus plebis Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legatus Romanæ eccleſiæ, dixit: Iniuncta nobis ſunt a ſede apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, cum veſtra beatitudine tractanda, ſicuti & geſtis ſuperioribus meminimus, hoc eſt de Nicænis Canonibus; vt conſeruentur & conſtituta eorum, & conſuetudo: quia aliqua ordine & Canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt. De his ergo primitus, ſi placet beatitudini veſtræ, tractemus; & poſtea cetera, quę acta vel inchoata ſunt, inſerta firmabuntur, vt & ad ſedem venerandam reſcriptis veſtris intimare poſſitis, ad quæ nos admonuiſſe apud venerabilem papam euidenter clareat, licet & capitula actionum iam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergo, vt ſuperius dixi, quid veſtræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medium, vt ſcire poſſit veſtra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad ſingula reſpondeatur.

Conc. Carthag. 6.

Aurelius epiſcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres & conſacerdotes noſtri

Carthag. 6. cap. 3.

αὐτὴν συνόδον βεβαιωσάντων, καὶ τὰ κγ΄ Ⓜ αὐτὸν τύπον διὰ πάντας τοὺς τῆς κληρικῶν βαθμοὺς ἀπὸ τῆς ἄκρου ἕως τῆς ἐσχάτου σωτηριωδῶς τεθέντα, εἰς μέσον προενεχθῶσιν. Ἀπὸ πάσης τῆς συνόδου ἐλέχθη· προενεχθῶσιν.

Anno Christi 419.

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω· τῆς ἁγίας Νικαίας συνόδου ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, ἤτοι τὰ ὁρισθέντα οὕτως ἔχει. καὶ ὁ τῷ λέγειν, Φαυστῖνος ἐπίσκοπος Πικήνου, τῆς λαοδ τῆς Ποτεντίνου τῆς Ἰταλῶν χώρας, τοποτηρητὴς τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας, εἶπεν· Ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ἵνα ἐπεφάφως πραγματεύσεα, ὡς ἀμφὼν μεμνήμθα σὺν τοῖς μώτερον προσγεγραμμένοις, τοῦτ' ἔστι προτοῦ σὺν Νικαίᾳ κανόνων, ἵνα φυλαχθῶσι καὶ ὁ ὁρισμὸς αὐτῶν, ἢ ἡ συνήθεια· ἐπειδή τινα παρ' ἃ καὶ ὀνι κρατοῦνται, ἵνα ἀπὸ συνηθείᾳ ἐτυπώθη. προτοῦ τοίνυν σὺν προσήκοις, ἐὰν ἀρέσκῃ τῇ μακαριότητι ὑμῶν, συζητήσωμεν, καὶ μετὰ ταῦτα, τὰ λοιπὰ προσγεγραμμένα καὶ σύναρχθέντα, ἐπιβεβαιώμενα βεβαιωθῶσιν· ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν ἀνταφέροις ὑμετέροις ἐμφανίσαι δυνηθῆτε, καὶ τῷ ἀποῦ προσκυνητῷ πάπᾳ δηλώσητε, ὡς ἀπαιτοῦντες ἀναμνήσθημεν· εἰ καὶ ὅτι τὰ κεφάλαια τῆς πράξεων ἤδη τοῖς προσγεγραμμένοις ἐνεβλήθησαν. προτοῦτων τοίνυν, ὡς προεῖπον, εἰ ἀρέσκει τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι, προτρέξαι ὀφείλομεν. ἐλθέτω τοιγαροῦν εἰς μέσον τὸ κομμονιτώριον, ἵνα δυνηθῆτε γνῶναι, εἰ σὺν ἀπῷ προέχεται, ὅπως προτὸς ἕκαστα ἀποκρίσις δοθῇ.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· Προκομισθῇ τὸ κομμονιτώριον, ὅπερ ⓐ ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοὶ ἡμῶν τοῖς

ANNO CHRISTI 419.

πεπραγμένοις ἔναρχον ἐπιφθύσαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολούθως, τά γε πεπραγμένα καὶ τὰ πρακτέα.

Δομνὶλ νοτάριος αὐτὸς ἀνέγνω κομμονιτώριον· τῷ ἀδελφῷ Φαυστίνῳ, καὶ τοῖς τέκνοις Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ τοῖς πρεσβυτέροις, Ζώσιμος ἐπίσκοπος. Τὰ καταπεπραγμένα ὑμῖν πράγματα οὐ λανθάνουσιν. ὑμεῖς οὕτως ὡς ἵνα ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε, μᾶλλον δὲ ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε ἐν ὑμῖν πρόσοια ὄσι, πάντα ἐκτελέσατε· μάλιστα καὶ τοῦτο ἡμῶν ἐχόντων τὸ ἔνταλμα καὶ τὰ ῥήματα τῶν κανόνων, ἅπινα πρὸς πλείονα βεβαίωσιν τῷ πρόσθε κομμονιτωρίῳ ἐνεπλέξαμεν. οὕτως γὰρ εἶπον, ὦ ἀδελφοὶ, ἀπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὅτε περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐκκλήτου ἐψηφίζοντο.

Ηρεσε δὲ, ὥστε ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ κρίνωσιν οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἐπαρχίας, καὶ τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ καθέλωσιν αὐτὸν, καὶ δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι καὶ καταφύγειν πρὸς τὸν μακαριώτατον ἐπίσκοπον Ρώμης· καὶ αὐτὸς θελήσῃ ἀκουσθῆναι, καὶ τὸ τοιοῦτον δίκαιον νομίσῃ, ὥστε ἀνανεωθῆναι τὴν ἐξέτασιν· χάριν καταξιώσῃ πρὸς τοῦ ἐν τῇ ὁμορούσῃ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους· ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς πάντα συζητήσωσι, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς πραιώσωσι. διὸ ἐὰν δι᾽ ἀξιοῖτο πρᾶγμα αὐτοῦ πάλιν ἀκουσθῆναι, καὶ οἰκείᾳ δήσει κινήσει τὸν ἐπίσκοπον Ρώμης, ἵνα ἐκ τῆς πλησίον αὐτῷ πρεσβυτέρους ἀποστείλῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἔσται ὅπερ βούλεται, καὶ ὅπερ ἐπιλαμβάνει. καὶ ἐὰν ψηφίσηται ὀφείλειν πεμφθῆναι ἵνας, ὥστε πρόσωπα αὐτοῦ μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρῖναι, ἐχόντας τὴν αὐθεντίαν τοῦ ἀποστείλαντος αὐτοῦ, ἐν τῇ κρίσει αὐτοῦ ἔσται. ἐὰν δὲ καὶ νομίσῃ ἀρκεῖν τοὺς ἐπισκό-

in actis nuper allegauerunt, & cetera quæ acta sunt, vel agenda sunt subsequenter.

Daniel notarius recitauit cõmonitorium: Fratri Faustino, & filiis Philippo & Asello presbyteris, Zosimus episcopus. Vobis commissa negotia non latent vos: ita ac si nostra, imo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite, maxime cum & hoc nostrũ possitis habere mandatum, & verba Canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt fratres in Nicæno Concilio, cum de episcoporum appellatione decernerent.

Placuit autem, vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse videatur, & cõfugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit vt renouetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt: vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si quis rogat causam suam iterum audiri, & deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt de latere suo presbyterum mittat; erit in potestate episcopi quid velit, & quid existimet. Et si decreuerit mittendos esse qui præsentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius a quo destinati sunt, erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere epi-

ſcopos, vt negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit. Et cum recitaret,

Carthag. 6. c. 4.

Alypius epiſcopus eccleſiæ Thagaſtenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: De hoc iam ſuperioribus etiam literis Concilii noſtri reſcripſimus, & id nos ſeruaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio conſtitutum eſt: adhuc tamen me mouet, quomodo cum inſpiceremus Græca exemplaria huius Synodi Nicænæ, iſta ibi, neſcio qua ratione, minime inuenimus: vnde petimus venerationem tuam, ſancte papa Aureli, vt quia hoc authenticum Concilium Nicænum in vrbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis tuæ ſanctitatis mittere digneris, & non ſolum ad ipſum ſanctum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum epiſcopum, ſed etiam Alexandrinum & Antiochenum venerabiles ſacerdotes, qui hoc nobis Concilium ſub adſtipulatione literarum ſuarum dirigant, vt omnis poſtmodum ambiguitas auferatur; quia nos ita, vt frater Fauſtinus attulit, minime inuenimus iſta: nos tamen pauliſper ſeruaturos, vt ante dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus eſt autem literis noſtris etiam venerabilis eccleſiæ Romanæ epiſcopus Bonifacius, vt ipſe quoque dignetur ad memoratas eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria debeant ſecundum eius ſcripta perferre: nunc autem memorati Nicæni Concilii, qualia exemplapous, ἵνα πέρας τῷ πράγματι ἐπιθῶσι, ποιήσῃ τὸ τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ βουλῇ παρισταμένον. Καὶ ἀναγνωσθέντων,

ANNO CHRISTI 419.

Ἀλύπιος ἐπίσκοπος τῆς Θαγαστέων ἐκκλησίας, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, εἶπεν· Περὶ τούτου ἤδη καὶ τοῖς ἀνωτέροις γράμμασι τῆς συνόδου ἡμῶν ἀντεγράψαμεν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς φυλάξειν ὁμολογοῦμεν, τὸ ὁπωσδήποτε ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· ὅμως ἔτι ἐμὲ κινεῖ, ὅτι ἐν τῷ ἐπισκήπτειν ἡμᾶς τοῖς γραικικοῖς *ἴσως ταῦτης *imo
τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ταῦτα ἐκεῖ, ἐκ οἶδα ποίῳ λόγῳ, οὐδαμῶς εὕρομεν· ὅθεν αἰτοῦμεν τὴν ἡμετέραν τὴν σὴν ἁγιωτάτην πάπαν Αὐρήλιε, ἐπειδὴ τὰ αὐθεντικὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει λέγεται εἶναι, ἵνας μὴ γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πέμψαι καταξιώσατε· καὶ μὴ μόνον πρὸς αὐτὸν τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας τοὺς πρεσκυνητοὺς ἱερεῖς, οἵτινες τὰ αὐτὰ συνόδου ἡμῖν μεθ' ὑποσημειώσεως τῶν οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν, ὥστε πᾶσαν μὴ ταῦτα ἀμφισβήτησιν ἀφαιρεθῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς οὕτως, ὡς ὁ ἀδελφὸς Φαυστῖνος ἤγαγεν, οὐδαμῶς εὕρομεν ταῦτα· ὅμως ἡμᾶς πρὸς ὀλίγον φυλάξαντας, ὡς πρεσεῖπον, ἕως οὗ τὰ σύντελη ἴσα ἔλθωσιν, ὁμολογοῦμεν. ὀφείλομεν δὲ αἰτῆσαι γράμμασιν ἡμετέροις καὶ τὸν σεβασμιώτατον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ἐπίσκοπον Βονιφάτιον, ἵνα καὶ αὐτὸς ὁμοίως καταξιώσῃ πρὸς τὰς μνημονευθείσας ἐκκλησίας στεῖλαί τινας, ὀφείλοντας τὰ αὐτὰ ἴσα καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ γραφέντα ἀγαγεῖν. νῦν δὲ τῆς μνημονευθείσης ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἅπερ ἔχομεν ἴσα,

ANNO CHRISTI 419.

τοῖς πεπραγμένοις τούτοις συζήτ-
ξωμεν.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Ρώμης εἶπεν· οὐδὲ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη πρόκριμα ποιεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ Ρώμης, εἴτε περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου, εἴτε περὶ ἄλλων· ἐπειδὴ ἠξίωσεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀλύπιος ἀμφιβόλους εἶναι τοὺς κανόνας. Ἀλλὰ ταῦτα πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον πάπαν ἡμῶν γράψαι καταξιώσατε, ἵνα καὶ οὕτως ὁλοκλήρους τοὺς κανόνας συζητῶν, μὴ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης περὶ πάντων τῶν ὁρισθέντων πρακτάσῃ. Ἀρκεῖ γὰρ ἵνα, καθὼς ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη πρὸς ἑαυτὴν πρακτάζει, οὕτω καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν συζητήσῃ· μήπως φιλονεικία μεταξὺ τῶν ἐκκλησιῶν τις ἀναφυῇ· ἀλλὰ μᾶλλον ἀδελφικῇ ἀγάπῃ βουλεύσασθαι, αὐτιγράφοντες αὐτῷ, τί ὀφείλει κρειττόνως φυλαχθῆναι.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐκτὸς ὧν προεθέμεθα σὺν τοῖς πεπραγμένοις, ἀνάγκη ὅτι καὶ γράμμασι τῆς ὑμετέρας βραχύτητος τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἡμῶν Βονιφατίῳ πάντα ὅσα φιλαφθέντα, εἰς πλῆρες ἐμφανίσαι. ἐὰν τοίνυν πᾶσιν ἀρέσκῃ ἡ ὑμετέρα ἐπακολούθησις, μαθόντες σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· ἀρέσκει.

Ναυάτος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς Μαυρεταν[ί]ας Σιτιφένσης εἶπεν· μεμνήμεθα νῦν τοῦτο τὸ κομμονιτώριον καὶ περὶ πρεσβυτέρων, ἔτι μὴν καὶ διακόνων περιέχειν, πῶς ὀφείλουσιν ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ ἐκ τῶν ὁμόρων ἀκούεσθαι, ὅπερ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ οὐδαμῶς ἀνέγνωμεν. διὸ τοῦτο αὐτὸ κελεύσῃ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἀναγνωσθῆναι.

tria habemus, his geſtis ſociamus.

Fauſtinus epiſcopus, legatus eccleſiæ Romanæ, dixit: Nec veſtra ſanctitas præiudicat eccleſiæ Romanæ, ſiue de hoc capitulo, ſiue de aliis; quia dicere dignatus eſt frater noſter & coepiſcopus Alypius, dubios eſſe Canones. Sed hæc ipſa ad ſanctiſſimũ ac beatiſſimũ papam noſtrũ ſcribere dignemini, vt & ipſe integros Canones inquirens, cum veſtra ſanctitate de omnibus conſtitutis tractare poſſit. Sufficit autem vt ipſe beatiſſimus epiſcopus vrbis Romæ, ſicut & veſtra ſanctitas apud ſe tractat, ita & ipſe inquirat, ne contentio inter eccleſias naſci videatur: ſed magis caritate fraterna deliberare poſſitis, ipſo reſcribente, quid melius obſeruari debeat. Carthag. 6. cap. 5.

Aurelius epiſcopus dixit: Præter iſta, quæ præmiſimus actis, neceſſe eſt vt etiam noſtræ paruitatis literis ſancto fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula quæ tractamus, pleniſſime intimemus. Ergo ſi omnibus placet proſecutio noſtra, ore omnium condiſcamus. Vniuerſum Concilium dixit, placet.

Nouatus epiſcopus legatus Mauritaniæ Sitiphenſis dixit: Nunc meminimus hoc commonitorio etiam de preſbyteris vel diaconis contineri, qualiter audiri ab epiſcopis ſuis, vel a finitimis debeant; quod in Nicæno Concilio minime legimus. vnde nobis hoc ipſum iubeat ſanctitas veſtra recitari. Carthag. 6. cap. 6.

Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod deposcitur.

Daniel notarius recitauit. De appellationibus autem clericorum, id est minoris loci, est ipsius Synodi certa responsio: de qua re quid acturi sitis, credidimus inserendum, quod taliter dictum est.

Osius episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito, aut aspere commoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat potestatem iectus, vt finitimos interpellet; causa eius audiatur, & diligentius tractetur: quia non oportet negare ei audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste aut iniuste eum reiecit, patienter accipiat vt negotium discutiatur, vt aut probetur eius, aut emendetur sententia, &c. Cumque recitarentur,

Carthag. 6. c. 7. Augustinus episcopus ecclesiæ Hipponensis, prouinciæ Numidiæ, dixit: Et hoc nos seruaturos profitemur, salua diligentiore inquisitione Concilii Nicæni.

Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestræ caritati placet, responsione firmate. vniuersum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesiæ Suffetulæ, legatus pro-

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀναγνωσθῇ ἐπὶ τόπου καὶ τοῦτο τὸ ζητούμενον. ANNO CHRISTI 419.

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω· Περὶ ἐκκλήτων δὲ κλητικῶν, τοῦτ' ἔστι, τοῦ ἥσσονος τόπου, τῆς συνόδου βεβαία ἐστὶν ἀπόκρισις· περὶ ἧς ἃ μέλλετε πράττειν, ἠναγκάσθαι ὀφείλειν σιγᾶν, ἐπειδὴ οὕτως λέλεκται.

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Τὸ ἐπικινοῦν με, σιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. ἐάν τις τυχὸν ἐπίσκοπος ὀργίλος, ὅπερ οὐκ ὀφείλει, ταχέως ἢ καὶ τραχέως κινηθεὶς κατὰ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, ἀφορίσαι τοῦτον τῆς ἰδίας ἐκκλησίας· προνοητέον ἐστίν, ἵνα μὴ ἀναιτίως κατακριθῇ, ἢ ἀποστερηθῇ τῆς κοινωνίας· ἐχέτω ἐξουσίαν ὁ ἐκκληθεὶς προσελθεῖν τοῖς ὁμόροις, ὥστε ἀκουσθῆναι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιμελέστερον φιλαφηθῆναι· εἰ οὐκ ὀφείλει δὲ αὐτῷ παρακαλοῦντι ὑπακοὴ ἐνηθῆναι. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ εἴτε δικαίως, εἴτε ἀδίκως ἐκβαλὼν αὐτὸν, ἀνεξικάκως δέξεται, ὅπως τὸ πρᾶγμα σκοπηθῇ, καὶ ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἢ ψῆφος αὐτοῦ. καὶ τὰ λοιπά. Καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων,

Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Ἱππῶνος τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· Καὶ τοῦτο ἡμᾶς φυλάξοντας ὁμολογοῦμεν, σωζομένης τῆς ἐπιμελεστέρας ζητήσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἰ καὶ ἐπὶ μέν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, τῇ ἀποκρίσει τῆς πάντων ὑμῶν ἀγάπης βεβαιώσατε. σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· Πάντα τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα πᾶσιν ἡμῖν ἀρέσκουσιν. Ἰουκοῦνδος ἐπίσκοπος τῆς Σουπφετούλης ἐκκλησίας, τοποτηρητὴς τῆς Βυζα-

ANNO CHRISTI 419.

Βυζακιωῆς χώρας εἶπε· Τὸ ὁρισθὲν ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν τῇ Νικαίᾳ συνόδῳ βεβαίως φυλάττεσθαι ὑπό τινος οὐδαμῶς δύναται. Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης εἶπεν· Ἀκμὴν καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, τοῦτο μὲν, τοῦ ἁγίου Ἀλυπίου, τοῦτο δὲ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰουκουνδίου, ἵνα τι ἀκυροῦσθαι πιστεύω, ἵνα βεβαιοῦσθαι· ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἀμφίβολον εἶναι, ἐξεταζομένων τῶν αὐτῶν κανόνων. τοιγαροῦν ὡς ἁρέσκει καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ σεβασμιώτατον ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης διαγαγεῖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη καταξιώσει· ἵνα καὶ αὐτὸς, ὅπερ καὶ ὁ ἁγιώτατος Αὐγουστῖνος ὠήθη κατιδεῖν, σκέψασθαι δυνηθῇ ἑκάτερον. καὶ γὰρ τοῦτο πραγματευτέον ἐστὶ, καὶ σιωπητέον, τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν ἐγκλήτων τοῦ κατωτέρου βαθμοῦ, ἐὰν ἀκμὴν εἰς ἀμφίβολόν ἐστι· καὶ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου δίκαιόν ἐστι τὸν ἐπίσκοπον τοῦ μακαρίου ἐκείνου ὀφείλειν τυπῶσαι, εἰ μή τι ἀποδέχεσθαι τοῦτο ἐν τοῖς κανόσιν εὑρεθῆναι δύναται. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τὰ ἐκπαλαι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ παρ' ἡμῶν ἐμφανισθέντα ἴσα τοῖς ὁρισθέντων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνόδου, νῦν καταδέξασθαι· ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων καθηγητῶν, καὶ τὸν τῆς αὐτῆς συνόδου τύπον σωτηριωδῶς· ἐπὶ μὲν καὶ τὰ νῦν παρ' ἡμῶν ταχθέντα διαγνωσθῆναι, καὶ τοῖς περιλειπομένοις ἐμβληθῆναι. σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπε· τὰ ἴσα τῆς πίστεως, καὶ τοὺς ὅρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τοὺς πάλαι πρὸς ἡμᾶς διὰ Κεκιλιανοῦ τοῦ μακαριωτάτου τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πρεσβυτέρους ἐπὶ μὲν καὶ ἅπερ τούτοις ἐπόμενα τὰ μέρη ἐν ταῦθα κατέσπας, καὶ νῦν ἡ κοινὴ συζητήσει παρ' ἡμῶν ὡρίσθησαν, τούτοις τοῖς ἐκ-

uinciæ Byzacenæ dixit: Quod ſtatutum eſt in Nicæno Concilio, violari a quoquam nullatenus poteſt. Fauſtinus epiſcopus legatus eccleſiæ Romanæ dixit: Adhuc ſecundum profeſſionem ſanctitatis veſtræ, tam ſancti Alypii, quam etiam fratris noſtri Iocundi, aliqua infirmari credo, quod non debeat, cum iam in dubium ipſi Canones venerint. Ergo, vt placet & nobis, & beatitudini veſtræ, ad ſanctum & venerabilem eccleſiæ Romanæ epiſcopum veſtra ſanctitas referre dignetur, vt & ipſe, quod ſanctus Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit: vtrum nam & hoc concedendum ſit, ac reticendum, hoc eſt, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit, & de hoc capitulo iuſtum eſt, vt beatiſſimæ ſedis epiſcopus informari debeat, ſi tamen approbatis Canonibus hoc inueniri poſſit. Aurelius epiſcopus dixit: Etiam quæ dudum veſtræ caritati intimauimus, nunc patimini exemplaria ſtatutorum Nicæni Concilii: ſed & quæ hic ſalubriter a noſtris deceſſoribus, ſecundum eiuſdem Concilii formam, vel quæ nunc a nobis ordinata ſunt, recitari, & geſtis inſeri. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei, & ſtatuta Nicænæ Synodi, quæ ad noſtrum Concilium per beatæ recordationis olim prædeceſſorem tuæ ſanctitatis, qui interfuit, Cæcilianum epiſcopum allata ſunt, ſed & quæ patres exemplaria ſequentes hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis eccle-

Carthag. 6. cap. 8.

Carthag. 6. cap. 9.

siasticis inserta manebunt, ita vt quemadmodũ superius dictum est, venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, sed & Constantinopolitanæ, ecclesiarum episcopis scribere vestra beatitudo dignetur, vt exemplaria verissima Concilii Nicæni sub adstipulatione literarum suarum dirigat, quo declarata veritate, ea capitula, quæ in commonitorio præsens frater & coepiscopus noster Faustinus, sed & compresbyteri Philippus & Asellus secum attulerunt, aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur; aut si non inueniantur, collecta Synodo de hoc in sequenti tractabimus. Daniel notarius Nicæni Concilii professionem fidei vel eius statuta recitauit in Concilio Africano.

κλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθέντα μείνωσι δηλονότι, καθὼς προλέλεκται, πρὸς σὸν σεβασμίους ἐπισκόπους τῶν ἐκκλησιῶν Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, γράψαι καταξιούσης ὑμετέρας μακαριότητος, ἵνα τὰ ἀληθέστατα ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ὑποσημειώσεως οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν· ὅπως φανερωθείσης τῆς ἀληθείας, τὰ κεφάλαια ταῦτα, ἅπερ ἐν τῷ κομμονιτωρίῳ ὁ ἀδελφὸς καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Φαυστῖνος, καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἀσελλος μεθ' ἑαυτῶν ἤγαγον, ἢ ἐκεῖνα διερεισόμεθα ἀφ' ἡμῶν κυρωθῶσιν· ἢ ἐὰν μὴ διρεθῶσι, συνελθόντες ἐπὶ τὴν συνόδου, περὶ τούτων ἐξῆς συζητήσωμεν. Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πίστεως τὴν ὁμολογίαν καὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς, ἐν τῇ τῶν Ἀφρων συνόδῳ.

Anno Christi 419.

Professio fidei Nicæni Concilii.

CREDIMVS in vnũ Deum, patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium factorem. & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est de substantia patris: Deum de Deo, lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnius substantiæ cum patre (quod Græci dicunt ὁμοούσιον) per quem omnia facta sunt, siue quæ in cælo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homo factus; passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, vnde venturus est iudicare viuos & mor-

Ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατέρος μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατέρος· θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, τά τε ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ

ANNO CHRISTI 419.

εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι, οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἄλλης οὐσίας, λέγοντας ἀλλοιωτὸν ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

tuos, & in spiritum Sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, vel ex alia substantia, dicentes mutabilem & conuertibilẽ filium Dei: hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Ομοίως δὲ καὶ οἱ ὅροι τῶν ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν εἴκοσι κεφαλαίοις ἀνεγνώσθησαν· ἔπειτα τὰ ἐν ταῖς συνόδοις τῆς Ἀφρικῆς νομοθετηθέντα, τοῖς πρόσθεν παρατεθειμένοις ἐνλεδέμενα γινώσκονται.

Statuta quoque Nicæni Concilii in XX. capitulis similiter recitata sunt, sicut in superioribus inueniuntur adscripta. Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata sunt, actis præsentibus inserta noscuntur.

Ωστε τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα, παντὶ τρόπῳ φυλαχθήσεται.

Vt quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, omnimodo conseruentur.

α'.

I.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· ταῦτα ἅπερ ἡμῖν ἔχονται τὰ ἴσα τῶν ὁρισθέντων, ἅπερ τότε οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ἑαυτῶν κατήγαγον· ἧς τὸν τύπον φυλάττοντα τὰ ἐπόμενα καὶ ὁρισθέντα παρ' ἡμῶν βεβαιωθέντα φυλαχθήσεται.

AVRELIVS episcopus dixit: Hæc ita apud nos habentur exemplaria statutorum, quæ tunc patres nostri de Concilio Nicæno secum detulerunt: cuius formam seruantes, hæc quæ sequuntur constituta, firmata a nostris custodientur.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Causa habiti Concilii hæc est. Cum a sententia Africanorum, ad sedem apostolicam presbyteris & episcopis appellantibus, Romani pontifices, prout antiquitus consueuerant, iure meritoque detulissent: ad prosequendam appellationem, causę cognitionem quandoque episcopis Africanis delegarunt: quandoque testes transmarinos Romam citari, atq; ibidem examinari mandarunt: frequenter etiam legatos a latere in Africam ablegarunt, qui militum comitatu, & magistratuum apparitura freti, refractarios & repugnantes iustis sententiis coercerent, quodque iuste definitum videri poterat, impleri cogerent. Africani autem episcopi iudicium sedis apostolicę (quod pro confirmandis a se latis sententiis, iisque contra impugnantes defendendis, eos frequenter imploraſſe ex supradictis constat) nequaquam subterfugientes, duos posteriores iudicandi & prosequendi appellationum modos, tamquam inconuenientes & nimis difficiles arguerunt. Interim Zosimus pontifex Apiarii & Cælestii appellationibus deferens, Faustinum Romanæ ecclesiæ episcopum, Philip-

Quæ causa habiti Cõcilii fuerit.

Africani appellationis modum tamquam difficilem arguebant.

pum & Asellum presbyteros in Africam ablegauit, iisque quatuor mandata, Nicæni Concilii auctoritate firmata, communicauit. De quibus hæc patres Africani in synodali epistola ad Bonifacium scribunt: *Commonitorium protulerunt legati: vnum de appellationibus episcoporum ad Rom. eccles. sacerdotem. Alterum ne ad comitatum episcopi importune nauigent. Tertium de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis perperam excommunicati fuerint. Quartum de Vrbano episcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, nisi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret.* Caput primum de appellationibus episcoporũ, ex Canone 7. Concilii Sardicensis, sub nomine Concilii Nicæni recitatur hic Can. 3. Secundum, ne ad comitatum episcopi importune nauigent, nihil præterea habet, quam quod summatim in epistola ad Bonifacium contineri diximus. De tertio autem & quarto capite ex Can. 17. Sardicensis Concilii agitur hic Can. 6. Hæc cum in conuentu patrum recitarentur, adductique Canones Nicæni Concilii in Africanis exemplaribus non inuenirentur: accidit quod in causa prosequendæ appellationis & Apiarii presbyteri, Africani episcopi, defuncto Zosimo, ad eius successorem Bonifacium scripserunt his verbis: *Literis nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis insinuari curauimus, vt ea seruari sine vlla eius iniuria sineremus, vsque ad inquisitionem statutorum Concilii Nicæni.* Et paulo supra in principio epistolæ. *Ille,* nempe Zosimus, *si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cuius ordinatione & excommunicatione fuerat exortum non solum Sircensi, verum etiam toti Africanæ ecclesiæ non leue scandalum) de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus noster Sircensis Vrbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine vlla dubitatione correxit,* &c. Rebus sic stantibus, & Concilio Africano, quousque de Nicænis Canonibus exactior inquisitio fieret, adhuc pendente, missi sunt legati in orientem ad Atticum Constantinopolitanum, & ad Cyrillum Alexandrinum, pro fidelissimis Nicæni Concilii Canonum exemplaribus. Antequam autem legati redirent, Bonifacium mori, & in eius locum Cælestinum suffici contigit. Cum itaque post explorata Græcorum exemplaria, in iis Canones a Zosimo citatos non reperissent, non (quod hodie nouatores hæretici faciunt) Zosimum de impostura, dolo malo ac fallacia arguerunt, neque ob eam causam Romanæ ecclesiæ iuribus derogandum esse putarunt; sed potius submisso animo rogarunt, vt Romani pontifices maiore cautela, iudicioque maturiore, atque adeo diuerso modo, quam hactenus factum, querelas ex Africa allatas susciperent, & prosequi demandarent; vt vbi negotia sunt exorta, ibi ob difficultatẽ prosecutionis transmarini iudicii, per delegatos apostolicæ sedis commissarios episcopos in Africa terminentur ac finiantur, legatique de latere cum potentibus executoribus deinceps non mittantur. Hæc ex epist. synodali ad Cælestinum pontificem. Quisquis hac occasione existimat schisma conflatum, atque Africanam ecclesiam a communione Romanę ecclesiæ, vsque

ANNO CHRISTI 419.

Mandata siue commonitoria 4. legatorũ Zosimi papæ.

Acta Concilii.

Nicæni Concilii exemplaria per legatos inquisita.

Bonifacius ante reditũ legatorum mortem obiit.

Canones sub nomine Concilii Nicæni in commonitorio legatorum citati, in exemplaribus orientalibus nõ sunt inuenti.

ANNO CHRISTI 419.

ad tempora Bonifacii II. centum prope annis plane diuisam permansisse, longissime a veritatis tramite aberrat. Nam apertissimum est, communionem Africanæ ecclesiæ a Bonifacio, Cælestino, aliisve eorum successoribus permultis, ne quidem ad vnius diei spatium, aut horæ vnius momentũ interciſam fuisse. Impostorem itaque & mendaciorum frigidum concinnatorem, callidumque veteratorem fuisse oportuit, qui epistolam illam plurimis mendaciis scatentem nomine Bonifacii secundi ad Eulalium aliquem Alexandrinum episcopum, tempore Iustini imperatoris mendaciter scriptam excogitauit; vt scilicet agmina sanctorũ Africanorum martyrum & confessorum, (qui pro fide catholica, in persecutione Vandalica, magna gloria certantes, atque agonem summa patientia consummantes, martyrii & confessionis palmam consecuti sunt) albo catholicæ ecclesiæ expungerent. Nam si integro abhinc sæculo, nempe a Bonifacio I. vsque ad Bonifacium II. Africana ecclesia in schismate perseuerauit, nihil est, vt interea aliquis legitima corona martyrii impartiri, vel in aliquo confessionis prẽmio munerari potuerit: cum, Cypriani & Augustini Africanorum episcoporum sententia, certum exploratumque sit, nullam posse esse schismaticorum coronam & præmium, quæ non dantur nisi illis, qui in ecclesiæ catholicæ stadio legitime certarint. Hæc Bar. anno 419. num. 59. & sequentibus vsque ad 94.

An epistola II. sub nomine Bonifacii ad Eulalium scripta, commentitia sit.

Impostura & mendacia hæreticorum in fingendis literis.

[b] *Nomine sextum, ordine temporis quintum.*] Id, quod supra positum est, Carthaginense Concilium nomine secundum, vere post omnia alia Carthaginensia, tempore Cælestini celebratum esse, ex prædictis constat. Quare si ordinem temporis obseruari velis, hoc, quod hactenus sextum vulgo nominatum & citatum legitur, quintum nominari necessum erit.

Quotum Carthaginense Concilium sit.

[c] *Tempore Zosimi, Bonifacii & Cælestini,* &c.] Nam inchoatum est sub pontificatu Zosimi; eiusdemq; commonitorio, quo ad duo posteriora capita causam Apiarii presbyteri, & Vrbani Sircensis episcopi concernentia, obtẽperatum fuit. Primi autem capitis inquisitio, propter Canones in Nicæno Concilio, vnde allegabantur, non inuentos, ad reditum legatorum, exemplaria Nicæni Concilii in oriente quærentium, suspensa fuit, idque patres Concilii per synodicam Bonifacio significarunt. Quia vero legatos ad inquirendum exemplaria emissos, post obitum Bonifacii, & subrogatum illi Cælestinum, reuertisse contigit, reliqua quæ deinceps in Synodo acta leguntur, sub Cælestini pontificatu contigerunt, eumdemque per literas synodicas, infra in fine Concilii Afric. extantes, certiorem reddiderunt. Bar. præd. anno, num. 71. 72. 73.

Tempus Concilii.

[d] *De modo prosequendæ appellationis.*] In hoc Concilio non ipsum ius appellandi ad sedẽ apostolicam, sed tantum modum prosequendæ appellationis per legatos a latere controuersum fuisse, vnicum, quod Dei nutu circa hæc tempora contigit, Antonii Fassalensis episcopi exemplum testatur. Hic cum ob enormia quædam scelera, agente contra eum S. Augustino, ab Africanis episcopis, munere, officio & ministratione episcopali priuatus; honori vero & episcopali ordini ac

Non ius sed modus appellandi controuersus fuit.

Appellatio Antonii Fassalensis episcopi qualis extiterit.

titulo relictus fuisset (Augustino, qui his Conciliis interfuerat, epist. 261. edit. Plant. tom. 2. attestante) ad Bonifacium Zosimi successorem, acceptis a primate Numidiæ literis commendatitiis, appellans, dixit: *aut in mea cathedra sedere debui, aut episcopus esse non debui.* Bonifacius acceptis literis in commendationem Antonii a primate Numidiæ scriptis, magna cautela, quod S. Augustinus laudat, pro eodem rescripsit; eo temperamento adhibito, si nulla videlicet subreptio intercessisset. Nam in literis hæc apposuit: *Si ordinem rerum nobis fideliter indicauit,* &c. Bonifacio interim defuncto, contigit eamdē causam ad Cælestinum eius successorē integre deuolui, addita Fassalensium querela, quod S. Augustinus perditissimum hominem illis episcopum dedisset. Cum itaq; hoc rerum statu aduersarius iactaret fore, vt Cælestinus pontifex legatos militum comitatu stipatos mitteret, qui inuitis etiam & rebellantibus Fassalensibus, Antonium in sedem suam & episcopatus administrationem restituerēt: S. Augustinus epistola præd. 261. ad Cælestinum pontificem scripta, post alia ad finem hæc precatur: *Accipe,* inquit, *nunc, quæ post eius sanctæ memoriæ viri* (nempe Bonifacii papæ) *in Africa literas gesta sunt, & subueni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo auidius quam ille poscentibus, a cuius inquietudine desiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus, tamquam executuros apostolicæ sedis sententiam, siue ipse, siue rumores creberrimi comminantur: vt miseri homines Christiani catholici grauiora formident a catholico episcopo, quam cum essent hæretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Hoc est, quod patres Africani ad eumdem Cælestinum pontificem ex Carthag. Concilio scripserunt his verbis: *Executores etiam clericos vestros quibusque * petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum sæculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Vnde satis perspicuum est, quod sicut Augustinus, ita & reliquos Africanos episcopos apostolicæ sedis iudicium, quod pro confirmandis a se latis sententiis, defendendisque contra impugnantes implorabant, non refugisse, executionem etiam iudicii non denegasse, sed tantum modum iudicandi & exequendi cum militibus, & magistratuum apparitura, exhorruisse. Quid quod S. Augustinus præd. epist. 261. ad Cælestinum pontificem Antonio respondens, ostendit frequentissime accidisse, vt episcopi Africani episcopatus administratione in Africa priuati, post appellationem ad sedem apostolicam interpositam, eamdem condemnationis sententiam impetrarint? *Existat,* inquit, *exemplo, ipsa sede apostolica iudicante, vel aliorum* (Africanorum & orientalium, &c.) *iudicia firmante, quosdam pro culpis quibusdā nec episcopali priuatos honore, nec relictos omnimodo impunitos: quæ, vt a nostris temporibus remotissima, non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus prouinciæ Cæsariensis episcopus: aut ad primatum locus, sicut ceteris, & mihi patere debuit; aut episcopatus mihi remanere non de-*

Anno Christi 419.

S. Augustini ad Cælestinum scriptū quod.

* potentibus

Africani episcopi iudicium sedis Romanæ an refugerint.

ANNO CHRISTI 419.

buit. Clamet alius eiusdem prouinciæ Victor episcopus, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priscus fuit, nusquam nisi in diœcesi eius ab alio communicabatur episcopo: clamet, inquam; aut vbique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius eiusdem prouinciæ Laurentius episcopus, & prorsus huius vocibus clamet: aut in cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui, aut episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec vno modo omnia vindicanda? Vnde quam frequenter Africani episcopi sedem apostolicam appellarint, quamque imperite & subdole insultantes iactent hæretici Zosimum papam ius appellandi ab Africana ecclesia suffurari conatum esse, nemo non videt. Accedit quod in ipso commonitorio Zosimi papæ, vbi agitur de primo mandato, Canon septimus Concilii Sardicensis, sub nomine Concilii Nicæni citatus, hoc quod diximus euidenter ostendat. Nam in illo decernitur, quod Romanus pontifex si velit, duplici modo possit appellantis iustitiæ subuenire. Vno modo, per literas scribendo episcopis finitimæ regionis, vt diligenter de causa inquirant atque definiant: altero modo per legatos a latere in Africam missos, qui præsentes cum episcopis causam appellantium audiant & iudicent. Si itaque Africana ecclesia penitus denegasset ius appellandi, & non tantum modum prosequendæ appellationis posteriorem, non ille Canon septimus, sed eiusdē Concilii Canon quartus & quintus citandus fuisset. Nam his duobus Canonibus tantum de iure appellandi agitur. Plura hac de re vide apud Baron. anno 419. num. 49. vsque ad 90. inclusiue.

An Zosimus ius appellandi ab Africana ecclesia suffurari voluerit.

[e] *Legatis viginti duobus.*] Vna cum Aurelio & apostolicæ sedis legatis, ex Africanæ ecclesiæ prouinciis interfuerunt electi iudices siue legati, omnes numero viginti duo, quorum nomina subscripta habentur infra in Concilio Africano, Canone 100. Quod vero habetur hic in principio & fine, huic Synodo subscripsisse ducentos decem & septem episcopos, sic intelligendum est, quod quisque ex illis postea subscripsit in sua ecclesia iisdem decretis, quibus legatos suos ab ea prouincia missos subscripsisse sciret. Baron anno 419. num. 59.

Legati quot interfuerint.

[f] *Estque prouinciale.*] Quia primas eius loci Aurelius, quod in prouincialibus fieri solet, præsedit, etiamsi sedis apostolicæ legati præsentes essent, qui non ad præsidendum, sed tantum ad quædam nomine Romanæ ecclesiæ cum Africanis tractanda missi erant. Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 20.

Cur prouinciale dictum.

[g] *Post consulatum glorioſißimorum,* &c.] Anno nimirum Christi 419. qui est Bonifacii 1. Honorii imperatoris 25. & Theodosii 12.

Tempus habiti Concilii.

[h] *Commonitorium.*] Mandata legatis scripto impertita, communicatoria nominantur. Baron. anno 419. num. 60.

[i] *In Concilio Nicæno.*] Ea quæ hic sub nomine Concilii Nicæni recitantur, Canone 7. Concilii Sardicensis expressa habentur. Quas ob causas vero septimus, aliive plures Canones Sardicenses in hac Synodo sub nomine Concilii Nicæni allegati fuerint, diximus supra in notis eiusdem Sardicensis Concilii, verbo, *approbatum,* & verbis, *Canones Sardicenses.*

Cap. 2. Commonitorium quid. Cap. 3.

ANNO CHRISTI 419.

Duplex appellandi via, & vtra Africanis displicuerit.

[k] *Placuit autem vt si episcopus.*] Duplex prosequendæ appellationis via hoc septimo Canone Sardicensis Concilii allegatur. Vna, vt Romanus pontifex cognitionem causæ comprouincialibus episcopis, si velit, delegare possit: altera, qua si necessum esse iudicet, legatos a latere mittendi potestatem habeat. Hic modus posterior Africanis displicebat, si legati militum & præfectorum comitatu stipati mitterentur. Itaque cum Zosimus pontifex demandarit, per suos in Africam missos legatos, hunc Canonem in conuentu Africanorum recitari; indubitatum est, eos non de iure appellandi, sed tantum de prosequendæ appellationis modo posteriore, controuersiam hanc quinquennalem commouisse.

Prima. Secunda. Corrupta hæc esse nõ improbabile videtur.

[l] *Ex Sardicensi Concilio.*] Non leuis coniectura est, hunc locum corruptum, & hæc verba, *ex Sardicensi Concilio*, huic textui inserta esse, & fortasse ex marginali notatione (in margine enim ponitur *in Sardicensi Concilio*) in textum irrepsisse. Quamuis enim verba commonitorii, quæ sequuntur, Canone 17. Concilii Sardicensis habeantur; nihilominus tamẽ prædicta verba *ex Sardicensi Concilio*, nõ debent poni in textu. Citantur enim ex Zosimi commonitorio, quod legati Roma attulerant. In quo cum profiteantur, se ex Nicæno Concilio Canones citare, vt patet supra cap. 2. non minus hoc, quam præcedens caput de appellatione episcoporum, aliquo Canone Nicæni Concilii ab iis confirmatum fuisse oportuit. Accedit, quod sanctus Augustinus Hipponensis episcopus, verbis commonitorii recitatis cap. 7. subiungat: *Et hoc nos seruaturos profitemur, salua diligentiore inquisitione Nicæni Concilii.* Quibus verbis indicat se accepisse Canonem, tamquam ex Nicæno Concilio citatum.

Hoc idem profitentur patres Concilii Africani, epist. ad Bonifacium. Vnde illud, *ex Sardicensi*, in textu positum, locum habere non posse, liquido constat: eoque minus, quod iidem Africani patres videantur illud Conciliũ plane ignorasse; cum in epistola ad Cælestinũ versus finem scribant: *Nam vt aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus patrum Synodo definitum.* Quod dicere non potuissent, si Sardicense, in quo diserte illud Can. 7. sancitum est, ex allegatione legatorum aut aliter cognouissent. Eosdem Concilium Sardicense ignorasse, confirmari potest ex S. Augustino, vbi ostendit se non agnouisse vllum Conciliũ Sardicense, nisi illud Arianorũ Conciliabulum, quod supra post legitimum & germanum Sardicense subiunximus. Qua de causa Canones Sardicensis Concilii in hoc commonitorio Zosimi sub nomine Concilii Nicæni citentur, diximus supra in notis Concilii Sardicensis, verbis, *Approbatum, Canones.* Hæc ex Surii annotationibus in hunc Canonem. Bellarm. lib. 2. de Rom. pontif. cap. 25. Baron. anno 419. num. 70. An id, quod ab Africanis Mileuitani Concilii Can. 22. constitutum fuerat, ne presbyteri, diaconi & subdiaconi transmarina iudicia appellarent, Zosimus probarit, vel potius hoc eodem commonitorio improbarit, Baronius præd. loco non immerito in dubium vocat: tum quod his temporibus Cælestium & Apiariũ presbyteros appellantes audierit: tum etiam quod nullam

An presbyterorum & diaconorũ appellationes transmarinas Zosimus approbarit.

ANNO CHRISTI 419.

nullam contradicendi occasionem habuissent Africani, si eadem in commonitorio obseruari voluisset, quæ ipsi ante in Mileuitano Concilio II. Can. 22. vel saltem in Africano Can. 92. ante constituerant. Hoc esse videtur quod iidem a Cælestino in literis contenderunt, vbi aiunt: *Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua.* Ita Baron. anno prædicto num. 70. Canon de libris sacræ scripturæ, sub Concilio Carthaginensi tertio extans num. 47. hoc vel alio Concilio sub Bonifacio editus videtur. Nam ad finem de confirmatione Canonis per Romanum pontificem ista ibi subiiciuntur: *Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto Canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarii dies eorum celebrantur.* Vide notas Can. 47. Concilii Carthaginensis III.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE [b] VII.

[c] XXXVIII. EPISCOPORVM.

Extat Græce & Latine infra in Concilio Africano a Can. 94. vsque ad 100. exclusiue.

In hac Synodo recitati sunt Canones 105. *quorum magna pars habetur in Carthaginensi* III. *& in Mileuitano Concilio.*

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *De excommunicatis, vt ad clericorum accusationem non admittantur.*
II. *De personis, quibus clericorum accusatio interdicitur.*
III. *De his qui primum crimen obiectum non probarunt, vt ad cetera non admittantur.*
IV. *De personis quæ aduersus clericos testimonium dicere prohibentur.*
V. *De eo quem solo suo testimonio præsumpserit excommunicandum episcopus.*

POST consulatum glorioſissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, III. Kalendas Iulii, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus vna cum

Fausti no eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ eccleſiæ,
Vincentio Culusitano.
Fortunatiano Neapolitano,
Mauriano Vlizibiritano,
* Simoethensi, al. Sumitensi, Pentadio Carpitano,
Adeodato * Simittuensi,
Rufiniano * Muzutensi, * Mustensi,
Prætextato Sicilibrensi,
Quodvultdeo * Verensi, * Virensi,
Candido * Abbiritano, * Abdiritano.
* Galloniano Vticensi, legatis prouinciæ Numidiæ proconsularis: * Gallonio
Alypio Tagastensi,

Augustino Hipponæ Regiensi,
Possidio Calamensi, legatis prouinciæ Numidiæ:
Maximiano Aquæ Regiensi,
Iocundo Suffetulensi,
Hilarino Orreocelensi, legatis prouinciæ Byzacenæ: Et
Nouato Sitiphensi,
Leone * Ospinensi,
Leone alio, legatis prouinciæ Mauritaniæ Tingitanæ:
* Niuello * Ruscuriensi,
Laurentio Icositano,
Numeriano * Rusguniensi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Cæsareensis:

ANNO CHRISTI 419.
*Opinensi, al. Mocteusi,
*Nicello
*Ruscurensi, vel Ruscorensi,
*Rungunensi.

Ac vniuersis in Concilio iudicibus delectis, adstantibus diaconibus, consedisset, & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se conquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent: placuit vniuerso Concilio, vt ab omnibus eligerentur de singulis quibusque prouinciis, qui propter alia peragenda residerent. Et factum est, vt hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

CAPITVLA.

I.

Cod. Can. 128. Con. Afr. cap. 95. 4. quæst. 1. Diffinimus eum rite.

PLACVITQVE, quoniam superioribus Conciliorum decretis de personis, quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum est, & quæ personæ non admittãtur, iam expressum non est: idcirco definimus, eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare voluerit.

II.

Cod. Can. cap. 129. Conc. Afr. cap. 96. 4. quæst. 1. Diffinimus eum rite. 4. quæst. 6. Omnibus quibus accusatio.

Item placuit, vt omnes serui, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ, hæretici etiam, siue Pagani, siue Iudæi. Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur,

ANNO CHRISTI 419. in cauſis propriis accuſandi licentia non eſt deneganda.

III.

Item placuit, quotieſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera iam non admittantur. Cod. Can. cap. 130. Conc. Afr. cap. 97. 3. quæſt. 10. Placuit, vt quotieſcumque.

IV.

Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem, infra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantur. Cod. Can. cap. 131. Conc. Afr. cap. 98. 4. quæſt. 2. & 3. Teſtes autem ad.

V.

Item placuit, vt ſi quando epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget; non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur: & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab aliis non communicetur epiſcopis, vt magis caueat epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non poteſt. Et ſubſcripſerunt, Cod. Can. cap. 132. Conc. Afr. cap. 99. Cod. Can. cap. 133. Conc. Afr. cap. 99.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis.
Fauſtinus eccleſiæ Potẽtinæ prouinciæ Piceni.
Alypius Tagaſtenſis, legatus prouinciæ Numidiæ.
Auguſtinus Hipponæ Regienſis, legatus prouinciæ Numidiæ.
Poſſidius Calamenſis, legatus prouinciæ Numidiæ.
Nouatus Sitiphenſis, legatus prouinciæ Sitiphenſis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.
Leo * Oſpinenſis, legatus prouinciæ Sitiphenſis, vel Mauritaniæ Tingitanæ. * Opinenſis, *al.* Mocténſis.
Leo alius legatus prouinciæ Sitiphenſis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.
Iocundus Suffetulenſis, legatus

prouinciæ Byzacenæ.
Maximianus Aquæ Regienſis, legatus prouinciæ Byzacenæ.
Hilarinus Orreocelenſis, legatus prouinciæ Byzacenæ.
* Nicellus * Ruſucurenſis, * Niuellus * Ruſcurienſis, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis.
Laurentius Icoſitanus, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis.
Numerianus * Ruſgonienſis, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis.
* Maurianus Vlizibiritanus.
Rufinianus * Muzutenſis.
Quodvultdeus * Virenſis.
Candidus * Abbiritanus, alias Germanicianorum.
* Gallonianus Vticenſis.

ANNO CHRISTI 419. * Rungonienſis, * Mauritanus * Muſtenſis. * Veteren. ſis. al. Vinenſis. * Abbiritanus. * Gallonianus.

NOTÆ.

An Concilium hoc a VI. Carthaginenſi diuerſum ſit?

[a] *Concilium Carthaginenſe.*] Hoc Concilium a Carthaginenſi VI. non diuerſum, ſed eiuſdem, ad reditum legatorum ex Africa prorogati, alia quædam ſeſſio ſeu conuentus eſſe videtur, quo iidem prope Africanæ eccleſiæ epiſcopi, eodem anno ac menſe, tertio Kalendas Iunias conuenientes, ea, quæ ad collapſæ diſciplinæ eccleſiaſticæ ſtatum pertinebant, reformarunt. Hæc ſententia confirmatur inde, quod ex Africanæ eccleſiæ prouinciis electi iudices ſiue legati, numero vigintiduo, huic Concilio interfuiſſe ſcribantur, & recenſeantur iidem, quos ſupra auctoritate Baronii ſexto Carthaginenſi præſto fuiſſe annotauimus. Epiſcopos ducentos decem & ſeptem ſubſcripſiſſe huic Carthaginenſi ſeptimo dicitur Canone 100. Concilii Africani: totidem ſexto Carthaginenſi ſubſcripſiſſe initio eiuſdem Synodi refertur. Quis credat eodem menſe, eadem prope ſeptimana, ad diuerſa Concilia eoſdem epiſcopos paris numeri conueniſſe, & non potius vna eademque Synodo congregatos, diuerſis diebus diuerſas ſeſſiones & conuentus habuiſſe? Accedit, quod collector in hac Synodo 105. Canones recitatos eſſe ſcribat; illos opinor qui infra in Concilio Africano recenſentur. Quod ſi ita eſt, hanc Synodum eamdem cum præcedente Carthaginenſi eſſe oportet, quæ tempore Zoſimi pontificis inchoata, ſub Bonifacio, propter Nicænorum Conciliorum exemplaria indagata, ſuſpenſa eſt, ac demum circa initium Cæleſtini pontificis abſoluta fuit. Ita ſentire videtur Baronius anno 419. num. 59. 71. & 73.

Cur inſcriptio mendoſa aſſeruetur?

[b] *Septimum.*] Inſcriptionem quantumuis mendoſam placet retinere, quia a Gratiano in decreto, aliiſve ſcriptoribus, Canones quidam Carthaginenſis Concilii, ſub nomine ſeptimi Concilii Carthaginenſis allegantur: idque propterea maxime, ne titulus antiquus hinc omnino expunctus lectori confuſionem aliquam afferat.

Numerus epiſcoporum fide vacillat.

[c] XXXVIII. *epiſcoporum.*] Qua auctoritate hoc collector aſſeruerit, non video. Si ea omnia nomina, quæ titulus & ſubſcriptio refert, ſimul coniungas, non efficient allegatum a collectore numerum, niſi quorumdam nomina bis computentur. Verius ergo hoc eſt, quod partim hic, partim etiam ſupra in notis Concilii Carthaginenſis annotaui, ex omnibus Africanæ eccleſiæ prouinciis, viginti

Numerus epiſcoporum verior.

duos episcopos, delectos iudices & legatos, interfuisse: postea vero ducentos & septemdecim episcopos, hæc eadem sua subscriptione approbasse, quibus nomen legati suæ prouinciæ subscriptum inuenerant.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA CÆLESTINI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

ANNO CHRISTI 423. [a] CÆLESTINVS natione Romanus, ex patre Prisco, [b] sedit annis 8. mensibus 10. diebus 17. Hic multa constituta fecit, & constituit vt psalmi Dauid 150. ante sacrificiũ psallerentur, antiphonatim ex omnibus, quod antea non fiebat, sed tantum epistolæ B. Pauli recitabantur, & sanctum euangelium. Hic fecit constitutum de omni ecclesia, maxime & de religionibus, quod hodie archiuis ecclesiæ tenetur reconditum. Hic dedicauit basilicam Iulii, in qua obtulit * postigem zeticum. Patenam argenteam, pensantem libras 26. Scyphos argenteos 2. pensantes singulos libras 8. Amas argenteas 2. pensantes singulas libras 10. Calices minores argenteos 5. pensantes singulos libras 3. aquamanilos argenteos, pensantes libras * 10. Candelabra argentea 2. pensantia singula libras 30. Canthara cerostrota ærea vel ænea 24. pensantia singula libras 30. Item coronas argenteas 10. pensantes singulas libras 10. Ad B. Petrum apostolum, farum cantharum, pensans libras * 25. ex argenteo purissimo. Canthara argentea cerostrota in gremio basilicæ 24. pensantia singula libras 20. Ad beatum Paulum apostolum, farum cantharum argenteum, pensans libras 25. Canthara cerostrota 24. pensantia singula libras 20.

Locus obscurus, sic forte restituendus. * postem scthicũ, * 20. * 15.

Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 32. diacones 12. episcopos per diuersa loca 46. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, v III. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatus in vrbe Roma dies 20.

NOTÆ.

Cælestinus quando pontificatum adeptus fuerit?

[a] *Cælestinus.*] Cum post obitum Bonifacii sedes dies 9. vacasset, tertio Nonas Nouembris, anno Christi 423. Theodosii imperatoris 16. Cælestinus, *sine vlla plebis suæ desciſsione,* inquit August. epist. 261. *creatus est pontifex,* quamquam ii, qui Eulalii factionis erant, in schismate perseuerarint, nec vllo pacto cum Cælestino communicare voluerint. Theodosius pietatis & religionis amantissimus imperator, propter impugnatas hæreses, & catholicam fidem defensam, singulari Dei beneficio omnium tyrannorum metu ac periculo liberatus fuit. Africa Arianæ perfidiæ tenacissima, & acerbissima catholicorum persecutrix, occulto Dei iudicio a Vandalis aliisve barbaris incensa, direpta & vastata, centum deinceps annorum spatio sub barbarico iugo permansit. Auctoritate huius pontificis Britannia, Scotia, & Italia, a Pelagiana, orientales ecclesiæ, a Nestoriana hæresi sunt expurgatæ, Burgundiones & Hiberni ad fidem Christi conuersi. Quam inepte itaque vnus Laurentius Valla Grammaticus, ecclesiasticarum rerum plane ignarus, Cælestinum papam, qui primus omnium Nestorium Romæ damnauit, & per legatos ab œcumenica Synodo Ephesina æque eiiciendum curauit, eiusdem Nestorii hæresibus infectum fuisse asseruerit, nemo non intelligit. Hæc ex Prospero, Beda, Baron. anno 423. & sequentibus.

Theodosius imperator religionis defensor.

Africa vindicta diuina a barbaris vastatur.

Burgundiones & Hiberni ad fidē Christi conuersi.

Laurentii Vallæ in Cælestinū calumnia.

Quamdiu sedem tenuerit?

[b] *Sedit annis octo, mensibus* 10. *diebus* 17.] Octauo Idus Aprilis, anno 432. defunctus, ab exordio sedis, vsque ad diem obitus, mensibus dumtaxat quinque, & diebus tribus post octennium absolutum, sedem tenuisse potuit. Baronius prædicto loco.

---

[1] PRÆTERITORVM
SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORVM AVCTORITATES
de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio.

TITVLI SENTENTIARVM.

I. *Quod Adam omnes homines læserit, nec quemquam nisi gratia posse saluari.*

II. *Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione eius qui solus est bonus.*

III. *Quod nisi gratia Dei continua iuuemur, insidias diaboli superare non possumus.*

IV. *Quod per Christum libero bene vtamur arbitrio.*

V. *Quod omnia sanctorum merita dona sint Dei.*

VI. *Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo sit.*

VII. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adiuuat ne committantur, & præstat vt lex impleatur, non sicut ait Pelagius facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

VIII. *Quod præter statuta sedis apostolicæ, omnes orationes ecclesiæ*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christi gratiam resonant, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.

IX. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis, & exsufflatione, spiritus ab eis abiguntur immundi.*

X. *Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus asserendæ.*

QVIA nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum sensibus, seu prauitate, seu imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obuiare præsumunt; & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati apostoli sedes Petri contra inimicos gratiæ Dei per ministerium præsulum suorum sanxit & docuit. Necessarium igitur fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanæ ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores, quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint: ita vt etiam Africanorum Conciliorum quasdam sententias iungeremus, quas vtique suas fecerunt apostolici antistites cum probarunt. Vt ergo plenius qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestemus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum breuitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat, & dicat,

I.

In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio papa, atque dicente in epistola ad Carthaginense Concilium: *Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis inconsultius vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demersus est, & nihil quemadmodum exinde resurgere posset inuenit: suaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ subiacuisset oppressus, nisi eum postea Christi per suam gratiam releuasset aduentus, qui per nouæ rege-* Epistola 31. In requirendis.

nerationis purificationem, præteritum omne vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

II.

Neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet, qui ſolus eſt bonus. Quod in iiſdem ſcriptis eiuſdem pontificis ſententia proteſtatur, dicens: *Numquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant debere quod boni ſunt, nec illum conſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe aſſequi poſſe confidunt?*

In eadem epiſtola.

III.

Neminem, etiam baptiſmatis gratia renouatum, idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad euincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium Dei perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit. Quod eiuſdem antiſtitis in eiſdem paginis doctrina confirmat, dicens: *Nam quamuis hominem redemiſſet a præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit, quotidiana præſtans illi remedia, quibus niſi freti confiſique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.*

In eadem epiſtola.

IV.

Quod nemo niſi per Chriſtum libero bene vtatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Mileuitanum Concilium data prædicat, dicens: *Aduerte tandem, o prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentius frenis eius vtitur, in præuaricationis præſumptionem conciderit. Nec ex hac potuit erui, niſi prouidentia ei regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformaſſet aduentus.*

Epiſt. 14. Inter ceteras.

V.

Quod omnia ſtudia, & omnia opera ac merita ſanctorum, ad Dei gloriam laudemque referenda ſunt, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zoſimi regularis auctoritas, cum ſcribens ad totius orbis epiſcopos ait: *Nos autem inſtinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur) ad fratrum & coepiſco-*

Proſper contra Collatorem cap. 10.

piſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Hunc autem ſermonem, ſinceriſſimæ veritatis luce radiantem, tanto Afri epiſcopi honore venerati ſunt, vt ita ad eumdem virum reſcriberent. *Illud vero quod in literis, quas ad vniuerſas prouincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti dicens:* Nos tamen inſtinctu Dei, & cetera: *ſic accipimus dictum, vt illos, qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrii libertatem, diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens, amputares. Quid enim tam libero feciſti arbitrio, quam quod vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſti? Et tamen inſtinctu Dei factum eſſe fideliter ſapienterque vidiſti, veraciter fidenterque dixiſti. Ideo vtique, quia præparatur voluntas a Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filii Dei ſunt: vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.*

VI.

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cum ad totius orbis epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur: *Quod ergo tempus,* ait, *interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, vt quidquam ſibi humana natura præſumat, clamante Apoſtolo:* Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aeris huius, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. *Et ſicut ipſe iterum dicit:* Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Et iterum:* Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

Zoſimus in ead. epiſtola, quæ non extat.

Epheſ. 6.

Rom. 7.

1. Cor. 15.

VII.

Illud etiam, quod intra Carthaginenſis Synodi decreta conſtitutũ eſt, quaſi proprium apoſtolicæ ſedis decre-

Epiſcoporum cxiv. anno 418.

tum amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: *Vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.* Et iterum quarto capitulo: *Vt si quis dixerit gratiam Dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim* 1. Cor. 8. *dicat Apostolus:* Scientia inflat, caritas vero ædificat: *valde impium est, vt credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat non habere, cum sit vtrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante caritate scientia non possit inflare. Sicut autem* Psal. 93. *de Deo scriptum est:* Qui docet hominem scientiam: *ita* 1. Ioan. 4. *etiam scriptum est:* Caritas ex Deo est. Item quinto capitulo: *Vt quisquis dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa diuina implere mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me difficilius potestis facere: sed* Ioan. 15. *ait:* Sine me nihil potestis facere.

VIII.

Præter eas autem beatissimæ & apostolicæ sedis inuiolabiles sanctiones, quibus nos piissimi patres, pestiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis vsque in finem perseuerantiam, ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab apostolis tradita in toto mundo, atque in omni ecclesia catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur, apud diuinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum congemiscente ecclesia postulant & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatræ ab impietatis suæ

liberentur erroribus, vt Iudæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, vt hæretici catholicæ fidei perceptione resipiscant, vt schismatici spiritum rediuiuæ caritatis accipiant, vt lapsis pœnitentiæ remedium conferatur, vt denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cælestis aula misericordiæ referetur. Hæc autem non perfunctorie neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suæ, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum diuini operis esse sentitur, vt hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

IX.

Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta ecclesia vniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu: cum siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: vt tunc vere appareat quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius diripiantur, in possessionem translata victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis, & ex diuina sumptis auctoritate documentis, ita adiuuante Domino conformati sumus, vt omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem, & non dubitemus ab ipsius gratia hominis merita præueniri, per quem fit, vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, &

Iuo p. 1. cap. 205.

velimus & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos operatores simus gratiæ Dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione langueſcere, ad illum solicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam, & cui quotidie dicimus, *Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.* Matth. 6.

X.

[a] Profundiores vero, difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius petractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, vt prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium.

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[a] *Præteritorum sedis apostolicæ.*] Hic sequentium sententiarum est titulus in libris antiquis, eumque vt germanum agnoscit etiam codex Canonum Dionysii exigui. Quamquam autem hæ Cælestini non sint, Cælestino tamen, quisquis earum est auctor, quia cum Cælestini epistola coniungi eique subiici solebant, ab antiquis olim scriptoribus tributæ sunt, vt a Petro diacono in libro de incarnatione & gratia Christi ad Fulgentium, a Floro magistro in libro aduersus Ioannem Scotum, qui ecclesiæ Lugdunensis nomine circumfertur, ab Hincmaro Rhemensi contra Gotheſcalcum, a Cresconio, Iuone, & aliis.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Profundiores vero.*] Profitetur Cælestinus pontifex profundiores illas de prædestinatione sanctorum quæstiones ab apostolica sede nequaquam definitas esse, illasque tantum stabilitas fuisse, quæ ad condemnandum errorem sufficere posse videbantur. Baronius anno prædicto num. 185.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[a]EPISTOLA I.

CÆLESTINI PAPÆ I.

AD EPISCOPOS GALLIÆ.

I. *Vt ab episcopis reprimantur presbyteri quidam, qui ecclesiam nouis quæstionibus turbabant.*

II. *Quod sancti Augustini vitam & doctrinam magni semper fecerit sedes apostolica.*

Dilectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Arcadio, Sillucio, & ceteris Galliarum episcopis, Cælestinus.

APOSTOLICI verba præcepti sunt, apud Iudæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contristent, quæ auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator, *quod expediat scandalizanti vnum de pusillis in maris profundum demergi.* Ideo quæ sit iam eius pœna quæramus, cui tale supplicium legimus expedire. *Matth.18. Marc.9. Luc.17.*

I.

Filii nostri præsentes Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum solicitudo laudanda est, tantum [b]nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, vt indisciplinatas quæstiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduersantia veritati. Sed vestræ dilectioni iustius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus, *super magistrum non esse discipulum*, hoc est non sibi debere quemquam ad iniuriam doctorum vendicare doctrinam. Nam & hos ipsos a Deo nostro positos nouimus ad docendum, cum sit dicente Apostolo eis tertius locus intra ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, vbi magistris tacentibus hi loquuntur, qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt? Timeo ne conniuere sit hoc tacere. Timeo ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas dis- *Matth.10. 1. Cor.12. Ephes.4.*

pliceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi. Non sit his liberum habere pro voluntate sermonem. Desinat, si ita res sunt, incessere nouitas vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio mergere, quos intra portum stantes statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non mouentur. Recurrerunt ad apostolicam prædicti sedem, hæc ipsa nobis quæ tentat perturbatio conquerentes. Habetote, fratres carissimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant se, si tamen censeantur presbyterii dignitate, vobis esse subiectos. Sciant omnes qui male docent, quod sibi discere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant prædicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, vt aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortasse admissi, nesciant quid sibi debeant vendicare. Super his multa iam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Tuentii dedimus scripta responsum. Nunc tamen repetentes sæpius admonemus, vt vitentur huiusmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noster iussit agricola, seminare. Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

II.

[c] Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec vnquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor adsperfit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiam ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt; vt pote qui vtique cunctis & amori fuerit, & honori. Vnde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque conuenit macerari: quamuis maneat hos beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter iustitiam sustinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, sequens

sermo declarat. Non est agentium causa solorum, quando vniuersalis ecclesia quacumque nouitate pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbis silentio de tali re in posterum querela cessauerit. Dominus incolumes vos custodiat, fratres carissimi.

NOTÆ.

[a] *Epistola.*] Cum occidentalis ecclesia, auctoribus quibusdam Galliæ presbyteris, S. Augustini commentarios aduersus Pelagianos editos temere sugillantibus, vehementer turbaretur, scriptisque contrariis S. Prosperi Aquitani nondum acquiescerent, idem S. Prosper cum collega Hilario Arelatensi episcopo ad Cælestinum Romanum pontificem profectionem instituit, qui ambo apud eumdem studiose egerunt, vt huiusmodi nugatoribus ora (quod par erat) obstrueret. Cælestinus igitur, qui haud pridem ad dubitationes aliquas literis Tuentii episcopi consultus pleniſſime scripserat, putans illa sufficere potuisse; cum modo rursus presbyteros obstrepere relatione Prosperi & Hilarii percepisset, ad episcopos, in quorum ecclesiis illi presbyterio fungebantur, hanc epistolam scripsit. In hac redarguit eos, quod ipsis tacentibus sinant in ecclesia presbyteros loqui, cum absque episcopo nihil illis concessum sit de doctrina præsumere. Post hæc inculcata, S. Augustinum laudat, eiusque scripta contra Pelagium & Cælestium approbat. Adiungit etiam quædam capita aduersus Pelagianos errores, a prædecessoribus pontificibus & Africanis Conciliis decreta, eo fine, vt quid contra Pelagium & Cælestium tenendum sit, cognoscatur. Addit, non scripto tantum, sed etiam apostolicis traditionibus Pelagianam hæresin in ecclesia refutari. Nam dum pro infidelibus, paganis, Iudæis, hæreticis, schismaticis, lapsis & catechumenis orare consueuit, eo ipso aperte profitetur, illos absque diuina gratia ad salutem accessum habere non posse. Dumque rursus spiritus nequam a proxime baptizandis per exorcismos & exsufflationes abiguntur, ipso facto declarat ecclesia, humanam naturam a peccato originali corruptam esse, & a satana occupatam, indigere Dei gratia vt liberetur. Huius epistolæ S. Prosper aduersus Collatorem, cum magna ipsius laude meminit, his verbis: *Per hunc*, Cælestinum, *intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ memoriæ Augustini scripta reprehendunt, maleloquentiæ est adempta libertas, quando consultationum actione susceptа, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentire, sancto manifestauit eloquio*, &c. Photius in bibliotheca de hac epistola ait: *Scripsit quoque ad episcopos Galliarum de fide S. Augustini.* Vincentius Lirinensis aduersus hæreses cap. vlt. hanc eamdem epistolam plurimum laudat: scribit enim illam tanti ponderis esse, vt ad omnes hæreses euertendas satis sufficiens esse possit. Baronius anno 431. num. 184. & sequentibus.

Cælestinus presbyteros obstrepentes reprehendit.

Quæ seorsim supra pag. 471. edita sunt, eo quod Cælestini non sint.

S. Prosperi de Cælestino sententia.

Seuerus Sulpitius an Pelagiana hæresi infectus?

[b] *Nescio quibus presbyteris illic licere*, &c.] Inter presbyteros Aquitaniæ Pelagii fuligine denigratos, quos Cælestinus hac epistola insectatur, fuit Seuerus Sulpitius ille discipulus & scriptor vitæ S. Martini, S. Paulino Nolano episcopo amicitia coniunctissimus: verum ex alluuione exundantis Pelagianæ hæreseos ereptus, magno tandem Dei beneficio resipuit. De eo enim hæc Gennadius cap. 19. *Seuerus presbyter, cognomento Sulpitius, vir genere & literis nobilis, & paupertatis & humilitatis amore conspicuus. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsque ad mortem tenuit, vt peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Baron. 431. num. 189.

Seueri pœnitentia quæ?

[c] *Augustinum sanctæ recordationis virum*, &c.] Postquam S. Prosper, aduersus Collatorem agens, hoc de S. Augustino Cælestini elogium recitasset, hæc ait: *Contra istam clarissimam laudatoris tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sinceriſsimaque sententiæ, nubem obliquæ ambiguitatis obtendere*, &c.

[a] EPISTOLA II.

CÆLESTINI PAPÆ I.

AD EPISCOPOS PROVINCIÆ VIENNENSIS ET NARBONENSIS.

I. *De quibusdam sacerdotibus, qui amicti pallio, & lumbos præcincti, in ecclesia ministrabant.*
II. *Quod nulli sit in morte vltima pœnitentia deneganda.*
III. *Quod per gradus ecclesiasticos promouendi sint episcopi, non ex laicis assumendi, neque criminosi.*
IV. *Vt metropolitanus in aliena prouincia nihil præsumat. & vt in creandis episcopis extranei emeritis in sua ecclesia clericis non præponantur.*
V. *Quod inuito clero vel populo episcopus ordinari non debeat, neque ex altera ecclesia peti, si in ipsa, cui creandus est, sit idoneus.*
VI. *Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum, & si quæ factæ sunt, remouendæ.*
VII. *Danieli episcopatus, ad quem clanculum obrepserat, abrogatus.*
VIII. *Episcopi Massilienſis, qui de alterius episcopi cæde gratulatus dicebatur, causa episcopis delegata.*

Cælestinus vniuersis episcopis per Viennensem & Narbonensem prouincias constitutis, in Domino salutem.

CVPEREMVS quidem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, vt cõgratularemur potius de profectu, quam aliquid admissum contra disciplinam ecclesiasticam doleremus. Ad nostram enim lætitiam & benefacta perueniunt, & mœroris aculeis nos quæ fuerint male

facta

facta compungunt. Nec silere possumus, cum ad hoc vt ab illicitis reuocemus aliquos, officii nostri prouocemur instinctu, in speculis a Deo constituti, vt vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda sunt resecemus, & quæ obseruanda sunt sanciamus. Et quamuis circa longinqua spiritualis cura non deficit; sed se per omnia, qua nomen Dei prædicatur, extendit: nec notitiam nostram subterfugiunt, quæ in euersionem regularum nouellæ præsumptionis auctoritate tentantur.

I.

Didicimus enim, quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inseruire, quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt qui in ecclesia non creuerunt, sed alio venientes itinere, secum hæc in ecclesiam, quæ in alia conuersatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se scripturæ fidem, non per spiritum, sed per literam completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, vt taliter seruarentur; cur non fiunt pariter quæ sequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus vna cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, vt ea magis qua decet significatione seruentur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur: *Opera vestra luceant*, indicantur. Habeant tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul a ceteris degunt. Vnde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, vt tot annorum, tantorumque pontificum, in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi a plebe vel ceteris sumus doctrina, non veste; conuersatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus nouitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, vt locum superuacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt, quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt. Erant quidem multa, quæ pro disciplina ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus: sed ab his ad alia deuocamur.

Matth. 5.

II.

26.quæst.6. Agnouimus pœnitentiam. Agnouimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate desperet : quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem pondere, quo se expediri desiderat, liberare. Quid hoc rogo aliud est, quam morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pœnitentiam sic promittat: *Peccator*, inquiens, *quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei.* Et iterum : *Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat.* Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore speratam pœnitentiam denegarit. Et desperat de clementia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdidisset latro præmium in cruce ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pœna pœnituit, & per vnius sermonis professionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorum mente potius est æstimanda, quam tempore, propheta hoc taliter asserente : *Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris.* Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Ezech. 18. & 33.

Isa. 30. apud septuaginta.

III.

Dist. 59. Ordinatos vero quosdam. Ordinatos vero quosdam, fratres carissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra patrum decreta, huius vsurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus; cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio hac ad id quo tendit se ratione confirmat. Qui minime literis operam dederit, præceptor esse non potest literarum. Qui non per singula stipendia

creuerit, ad emeritum ſtipendii ordinem non poteſt peruenire. Solum ſacerdotium inter iſta, rogo, vilius eſt, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur? Sed iam non ſatis eſt laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit: ſed etiam ii, quorum crimina longe lateque per omnes pene ſunt nota prouincias, ordinantur. Daniel enim, nuper miſſa relatione ex orientalibus ad nos partibus, ab omni quod tenuerat virginum monaſterio nefariis eſt obiectionibus accuſatus. Multa a multis obiecta flagitia: in quanam lateret terrarum parte quæſitus eſt, vt ſi ſuæ innocentiæ confideret, contra ſe iudicium poſtulatum minime declinaret. Miſſa ad Arelatenſem epiſcopum per Fortunatum ſubdiaconum noſtrum, vt ad iudicium epiſcopale deſtinaretur, epiſtola. Tantis grauatus teſtimoniis, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum vt dicitur virginum pollutus inceſto, epiſcopus aſſeritur ordinatus. In noſtris libelli ſcriniis continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus. In pontificii dignitatem hoc tempore, quo ad cauſam dicendam miſſis a nobis literis vocabatur, obrepſit. Sacro nomini abſit iniuria. Facilius eſt, vt hanc dignitatem tali dando ipſe amiſerit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuictus ſociabitur, qui eum ſibi credidit largiendo pontificium ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinarit oſtendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique veſtrum ſint, qui apoſtolicæ ſedis ſtatuta cognouerint, nobiſcum tempore aliquanto verſati, ad diſciplinæ normam noſtris conuenta adhortationibus omnia fraternitas veſtra reuocare feſtinet.

Diſt. 81. Tantis Daniel grauatus.

IV.

Primum, vt iuxta Canonum decreta, vnaquæque prouincia ſuo metropolitano contenta ſit, vt deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem epiſcopum continent conſtituta, nec vſurpationis locus alicui ſacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit conceſſis ſibi contentus vnuſquiſque limitibus: alter in alterius prouincia nihil præſumat: nec emeritis in ſuis eccleſiis clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati ſint, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum ciuium merentur teſtimonio præponantur: ne nouum quoddam, de quo

Bonifacii ad Hilarium.

Diſt. 61. Nec emeritis.

episcopi fiant, institutum videatur esse collegium.

V.

Dist. 61. Nullus inuitis detur. Dist. 65 Cleri, plebis, & ordinis.

Nullus inuitis detur episcopus: cleri, plebis, & ordinis consensus ac desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de ciuitatis ipsius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod euenire non credimus, poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, vt aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur. Habeat vnusquisque clericorum suæ fructum militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepat: nec alii debitam sibi alter audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari: & quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium.

VI.

Abstineatur etiam ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui sit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur: sed irreprehensibilis, & qualem elegit Apostolus fiat. Per Moysem Dominus præcepit: *Virginem accipiat sacerdos vxorem.* Subsequitur & supplet Apostolus, eodem locutus spiritu, vnius vxoris virum debere episcopum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes: & si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ remoueantur, quoniam stare non possunt: nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quamuis latere se æstiment, qui taliter peruenerunt. Vt nulla religionis reuerentia obscuritate fuscetur, non sit vana gloriatio palliatis: episcopalem morem qui episcopi sunt sequantur.

Leuit. 21. 1. *Tim.* 3.

VII.

Daniel, vt diximus, qui accusationem pontificali honore subterfugere posse se credidit, & ad fastigium tantum accusatores suos latendo peruenit, a sanctitatis vestræ cœtu interim se nouerit segregatum: qui se nostro iudicio debet obiicere, si conscientiæ suæ nouit confidentiam se habere.

VIII.

Massilienſis vero ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur,

quod dictu nefas est, in necem fratris sui taliter gratulatus, vt huic qui eius sanguine cruentatus aduenerat, portionem cum eo habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Data VIII. Kalendas Augustas, Flauiis Felice & Tauro v. c. consulibus.

NOTA.

[a] *Epistola.*] Narbonensis & Viennensis ecclesiarum in Gallia status turbatus erat. Emerserant enim nouatores quidam, qui in vestitu clericorum nouum vsum inducebant, nempe vt incederent palliati, renibusque præcincti, eo quod Dominus in euangelio suos admonuisset, dicens: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ,* &c. Hos Cælestinus hac epistola reprehendit, vetuitque ne nouus atque diuersus ab eo, qui hactenus vsui fuisset, habitus clericorum induceretur, sed illum, quem a maioribus accepissent, retinerent, nec a peregrinis clericis peregrinum vsum vestium acciperent; quod moribus quam vestimentis sacerdotalem decorem præ se ferre magis præstaret. Eosdem etiam redarguit, quod petentibus in fine vitæ pœnitentiam negarent: nec non quod ad sedem episcopalem laicos & criminosos prouexissent, & quemdam Danielem contra ius ad episcopatum promouissent. Baronius anno 428. num. 17.

Narbonensis & Viennensis ecclesiæ status vnde turbatus fuerit?

EPISTOLA III.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD EPISCOPOS APVLIÆ ET CALABRIÆ.

I. *Quod nulli sacerdotum liceat Canones ignorare.*
II. *Quod non oporteat, clericis ecclesiarum contemptis, de laicis episcopos ordinare.*
III. *Quod docendus sit populus, non sequendus.*

Cælestinus vniuersis episcopis per Apuliam & Calabriam constitutis.

I.

NVLLI sacerdotum suos liceat Canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim a nobis res digna seruabitur, si decretalium norma constitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur?

Dist. 38. Nulli sacerdotum liceat. Canones clericis cognoscendi.

II.

Audiuimus quasdam propriis destitutas rectoribus ciuitates episcopos sibi velle petere de laicis, tantumque

De laicis non fiant episcopi.

fastigium tam vile credere, vt hoc his, qui non Deo, sed sæculo militauerint, æstiment nos posse conferre, non solum male de suis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) iudicantes, sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes. Quod nunquam auderent, si non quorumdam illic his consentiens sententia conniueret. Ita nihil, quæ frequentius sunt decreta, proficiunt, vt hoc, quasi nunquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit, per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in dominicis castris ætatem, si qui his præfuturi sunt, ex laicis requirantur? Qui vacantes sæculo, & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus, calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ, transire. Talibus itaque, fratres carissimi, qui iuris nostri, id est, Canonum gubernacula custodimus, necesse est obuiemus: hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat & sinat fieri, vnde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

Dist. 61. Quid prod. erit per.

III.

Docendus est populus, non sequendus. Nosque (si nesciunt) eos, quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his consensum præbere, debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram apostolicæ sedis minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, per seueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ propriis rectoribus carent, ecclesias volumus innotescat, vt nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data XII. Kalendas Augusti, Florentio & Dionysio viris clarissimis consulibus.

Dist. 62. Docendus est populus.

EPISTOLA IV.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD CYRILLVM.

LITERÆ quas sanctitas tua per filium nostrum Possidonium, *&c. Extat infra in actis Concilii Ephesini, part.* 1. *cap.* 16.

EPISTOLA V.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD CLERVM ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANAM.

AD eos, qui faciunt ecclesiam, mihi locuturo, det apostolicus, *&c. Extat infra in actis Concilii Ephesini, cap.* 18. *estque alterius translationis. Principium eius hoc est.* Verba mihi ad eos facturo, *&c.*

EPISTOLA VI.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD NESTORIVM.

ALIQVANTIS diebus vitæ nostræ post nefandum, *&c. Extat infra in actis Concilii Ephesini, part.* 1. *cap.* 17. *Estque ibidem alterius translationis. Incipit ibidem sic:* Post impium illud profanumque.

EPISTOLA VII.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD IOANNEM ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

OPTAREMVS vt vna est diuinitatis essentia, ita vnam quoque, *&c. Extat infra in actis Concilii Ephesini, part.* 1. *cap.* 19.

EPISTOLA VIII.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD SYNODVM EPHESINAM.

SPIRITVS sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum, *&c. Extat in actis Concilii Ephesini, part. 2. cap. 14. Estque alterius translationis. Incipit sic.* Sacerdotium Spiritus sancti præsentiam declarat.

EPISTOLA IX.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD THEODOSIVM.

Commendatur pietas Theodosii.

Cælestinus episcopus Theodosio Augusto.

SVFFICIAT licet, quod solicitudo vestræ clementiæ circa fidei catholicæ defensionem, cui pro Christi Dei nostri amore, qui vestri imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram immaculatamque eam, prauorum dogmatum damnato errore, seruatis; in hoc semper munimen vestri constituentes imperii, scientes regnum vestrum sanctæ religionis obseruantia communitum firmius duraturum: sed huic cælesti curæ vel gloriæ vnusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus, & huic Synodo, quam esse iussistis, nostram præsentiam in his, quos misimus, exhibemus; pietatem vestram sub diuini obsecrantes obtestatione iudicii, ne quid turbidæ nouitati licere vestra mansuetudo permittat, neve facultas aliqua his, qui diuinæ maiestatis potentiam in humanæ disputationis rationem arctare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, tribuatur.

Quæ præcipue reges curare debeant.

Maior vobis fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro pace ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quæ Deo sunt cariora seruentur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria suæ prosperitatis impleuit. Moyses populi libe-

liberator, zelum Domini contra eos, si quos a Dei cultu recessisse probarat, armauit. Dauid regem sua præcepta seruantem, in regno, vt ille inimicos suos subderet, Dominus custodiuit. His, rogo, exemplorum vallati præsidio, fide, obseruatione, virtute, vniuersalis ecclesiæ in Deum nostrum piissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vendicet, custodite. Pro vestri enim imperii salute geritur, quidquid pro quiete ecclesiæ vel sanctæ religionis reuerentia laboratur. Hæc, glorioſissime & tranquillissime imperator Auguste (quia in vestro corde esse nouimus, Deum illic inesse non dubium) Augustis etiam auribus per fratres & coepiscopos meos Arcadium & Proiectum, & compresbyterum meum Philippum, quos misimus, intimamus: hoc a pietate vestra suppliciter deposcentes, quod vos habere credamus in votis, vt quod a Deo petitis, hoc in fide ipsius causa præstetis. Data Idibus Maii, Basso & Antiocho consulibus.

EPISTOLA X.
CÆLESTINI PAPÆ I.
AD CYRILLVM.

Commendatur studium Theodosii erga religionem.

Cælestinus episcopus Cyrillo episcopo Alexandrino.

INTELLIGO sententiam sapientissimi Salomonis impletam: non enim aliter quam sitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per literas tuæ dilectionis accepi, quæ nos inuicem nostri consilii participatione coniungunt. Indifficulter est ecclesiarum & catholicæ fidei speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianissimos principes sic videmus. Non est inefficax in diuinis maxime causis cura regalis, quæ pertinet ad Deum, qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breuiter responsum tuæ reddimus sanctitati. Etenim quæris, vtrum sancta Synodus recipere debeat hominem a se prædicata damnantem; an quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret? Super hac vtique consultatione communi communem Dominum *Prou. 25.*

consulamus. Nonne nobis respondet illico per prophetam, *mortem se nolle morientis*, & per apostolum Paulum, *omnem hominem velle saluum fieri, & venire ad scientiam veritatis?* Nunquam displicet Deo accelerata in quocumque correctio. tuæ sit hoc sanctitatis, cum venerando fratrum * Concilio, vt orti in ecclesia strepitus comprimantur, & finitum, Deo annuente, negotium votiua correctione discamus.

Ezech. 33. 1. Tim. 2.

* consilio.

Studium & vigilantia Cælestini.

Conuentui autem nos deesse non dicimus: neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos vbicumque positos, fides tamen vna coniungit. Nolo nos corpore isto censeri, cuius præsentiam Apostolus assignat infirmam: illic sumus; quidquid illic pro omnibus agitur cogitamus, spiritualiter agimus, quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicæ, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere, forsitan deesse videamur. Nam etsi & nobis sustinentibus vuam, spinas sibi addiderit: impleatur, manentibus statutis prioribus, sui fructu iudicii: colligat quod sulco diabolico seminauit, non nostro consilio, sed se periturus auctore. Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam se medicum cognoscat oblatum. His autem, quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos, si scripta direxerint, pro qualitate rerum eis nos respondere necesse est: in quo negotio nemo subrepet, quia tota cautione tractatur. Data Nonis Maii, Basso & Antiocho viris clarissimis consulibus.

2. Cor. 10.

EPISTOLA XI.

CÆLESTINI PAPÆ I.

AD EPHESINÆ SYNODI PATRES, ESTQVE ENCYCLICA.

Cælestinus episcopus sanctæ Synodo apud Ephesum constitutæ.

Exod. 15.

TANDEM malorum fine gaudendum est. Tandem nobis omnibus in commune dicendū: *Dextera tua, Domine,*

glorificata est in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicos.
proprie namque ipsi confracti sunt, quando *iniqua loquentium*, dicente Dauid, *os videamus esse obstructum.* Huiusce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores, defensores nobiscum videmus fuisse fidei * sacerdotes, qui conuenientes in vnum, &, secundum Apostolum, *non quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Iesu*, negotium Domini minus egistis. Apud vos ergo de vestra loquimur sanctitate, quorum in omnem terram sonum gaudemus exisse, cum & in finem eiusdem orbis prædictæ veritatis a vobis verba venerunt. Deus noster non patitur latere quod præstitit, quia nunquam beneficia superna celantur. Ita namque fit, vt tanto munere innotescente cælesti, pro voluntate diuina (sicut scriptum est) *omnis homo saluus fiat, & veniat ad scientiam veritatis.* Loquor ergo * victoribus, & qui in prælium solam contra hostem portauerunt *fidem, quæ*, Ioanne dicente Apostolo, *vicit & mundum.* Vobis eiusdem proprie perscribo sermonibus, qui secundum diuinam paginam, vt patres cognouistis quod ab initio est, & vt iuuenes, dum fortes estis, & verbum Domini in vobis manet, vicistis malignum, in talibus sociis gratulantes. De hoc euentu minime dubitabamus: habuit animum nostrum fiducia sperandi, qui vobis videremus diuinæ causæ pondus incumbere, quos bene admodum noueramus, secundum illud propheticum, *odisse congregationem malignorum, & cum impiis non esse sessuros.* Optime ergo hoc credidi, quia contra nocentes atque peruersos (sicut supradictus ait) *innocentes & recti adhæserunt mihi.*

* fideles Dei,

* ego

Psal. 62.

Philip. 2.

Laudat studium patrum.

1. *Tim.* 2.

1. *Ioan.* 5.

Psal. 25.

Psal. 24.

Vna igitur eademque relatione per filios nostros religiosos & Deo amabiles viros Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum deiectionem iustam, & exaltationem didicimus iustiorem, illud quod in euangelio legimus, approbantes: Quia *Deus noster exaltat humiles, & potentes de sede deponit.* A qua sententia ille noster sapientissimus minime deuiauit, qui ait, a Deo nostro humilium seruatam memoriam, & perditam superborum: quod quando magis videatur impletum, quam nunc, cum saluator noster parãs benemeritos honorare, ossa hominum sibi placentium dissipauit, & prouiso pastore dignissimo, feralem lupum de ouibus suis immaculatus agnus eiecit?

De Nestorii depositione, & ordinatione Maximiani.

Luc. 1.

Psal. 9. 55. & 111.

Legimus eius a vestra fraternitate scripta primordia, nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis: assertio impendatur incertis, testimonium comperta non quærunt. Bonorum hunc actuum palæstra semper exercuit: talem hunc didicimus, qualem in literis inuenimus: talem certe (vt breuiter dicam) qualem doctor noster esse præcipit sacerdotem, vt conuenienter omnium iudicio mereatur audire: *Ecce vere homo Israelita, in quo dolus non est.* Nonne laudibus in eum vestris ista conueniunt? Taliter denique, quæ dixistis, audistis. Talem successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas, vt locum suum nonnisi sui similis obtineret: etenim melius agimus, si abstinentes iam ab illius sacrilegi nomine, sedem vacasse dicamus. Actum est diuino iudicio, vt hunc ecclesia pro remedio mereretur. Denique discordiam tulit, & concordiam reddidit ordinatus. Quid non poterit præstare per tempora, cuius hoc primordia præstiterunt? Hæc de eo inuicem dicimus, quem pax reparanda quærebat. Interfuimus, nec nos diximus absentes, cum eius capiti verba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus diuina lætitia salutaris: postremo, nemo illic catholicorum defuit, vbi omnes in commune vicerunt.

Ioan. 1.

De Theodosii Augusti pietate.

Lætati præterea sumus clementissimi de hoc & Christianissimi principis testimonio, cum epistolis dilectionis vestræ eius sententiam videremus esse concordem. Nec mirum est, si cor regis, quod est in manu Dei, cum his senserit, quos eius nouerit sacerdotes. Itaque sermo regalis diuinas res exequendo multiplicat * in Augusto: felix imperium, cui militat executio diuinorum, nec hic minus felix, quem prædicat dominatio mundanorum: hoc testimonio dignus est, qui ordinandus probari, non qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale peruenit. Non hunc diuitiarum gloria, non velut in potentia cupidum, qui solet inesse ambientibus, honorum saltus euexit; suffragio pauperum, quibus fidelis seruus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia Domini sui constitutus est bona, & tamen etiamsi desiderium fuit episcopatus, nonnisi propter opus bonum (sicut ait

* militat Augusto

Matth. 25.

Apoſtolus) concupiuit : ita Deus noſter, & quid velimus, & cur velimus, attendit. Quis dubitet, poſſe magis agere præſidentem, quod potuit exercere ſubiectus? Exoſus & blaſphemus iſtud officium non poterat habere, id eſt, corporum curas, qui nitebatur animas vulnerare: facta eſt ruina eius magna, tam ruina magna, quam praua doctrina. Nunc qui de præteriti emendatione gaudemus, cauere nos conuenit in futurum, ne poſſint magis ac magis quæ abſciſſa ſunt pullulare: quia neceſſe eſt, quocumque peſtis hæc loci ſit, noſtri corporis membra vexentur, & per patientiam noſtram peiora prioribus nutrita videantur.

De Neſtorio longius ablegando.

Scripſimus clementiæ principali, vt de ſanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam reuertiſſe, atque ſibi illic, vnde venerat, viuendi præſtitam facultatem. Innocentum exitium eſt iſtud exilium. Aſpiciamus diligenter quid illic poſſent parere, quæ illic ſunt ante concepta. Non eſt notis ſuadere difficile: in oculis eſt eiuſdem ciuitatis eccleſia, quæ per hunc periit ſacerdotem: & tamen laboramus aduertere quis cui fuerit cauſa peccati, niſi forte (quod pro quiete eccleſiarum dicimus) deceptum ſe ille demonſtret, deſerendo damnatum. Sed quis illic ſperet aliquem poſſe corrigere, vbi arcem tenere videat peruerſitatis auctorem, vbi colatur ab omnibus exolatus? Magna illic eſt (quod lugentes dicimus) deſperatio ſanitatis, vbi (ſicut Iſaias dicit) *omne caput in dolore, & omne cor in mæſtitia a pedibus vſque ad caput.* Quando ibi membrum aliquod habere poterit ſpem ſalutis, vbi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fratres cariſſimi, elaborate, obſecro, vt vere tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit: ſola decet tales homines ſolitudo: vbi enim debet hic inuenire ſolatium, qui ſic tractauit vbique regnantem? Iſa. 1.

Solicitudo curæ paſtoralis Romani pontificis.

Peracta eſt a vobis totius ſumma negotii: agendum nunc eſt quod inſtat & reſtat, ne ſit in vacuum laboratum. Longius quidem ſumus poſiti; ſed per ſolicitudinem totum propius intuemur. Omnes habet beati Petri apoſtoli cura præſentes: nos ante Deum noſtrum de hoc poſſumus excuſare, quod ſcimus: nam quamquam

hæc quæ loquimur, ſanctitas veſtra tacuerit, agnoſcimus tamen omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur cauſæ finis, qui ſupereſt, actibus veſtris, quæſo reſpõdeat: quia nolumus in modico vos deeſſe, qui maxima peregiſtis. Adiutorio apud reges terræ his eſtote quæ ſcripſimus: norunt & ipſi quid ſuis debeant præſtare temporibus: ſciunt quod catholicæ fidei fundamento ſua regna ſubſiſtant. Puta ab heredibus ſanctis paternæ & auitæ credulitatis vena ſeruatur; fluit ab illis incorrupta per poſteros, nec hanc in his aliquis vnquam limus infecit: cuſtodit fortis, cui fidelis eſt curſus exordium; cum id quod in origine acceptum eſt, videtur in prole.

De liberanda Antiochia a Neſtorio.

Canem & operarium malum pariter perſequamur: facite præſentes, quod hortamur abſentes: nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus, præcipue tamen nos conuenit Antiochenis præcipitantibus ſubuenire, quos peſtifer morbus obſedit. Abſoluamus modis talibus ciuitatem, in qua (ſicut Actus apoſtolorum loquuntur) dictos primum legimus Chriſtianos: omnibus virtutem præſtemus, quibus ſecundum religionem debere nos nouimus quod vocamur. Hanc autem ſolicitudinem noſtram præſentes probarunt Deo amabiles filii & cariſſimi atque animis noſtris acceptiſſimi Ioannes presbyter & Epictetus diaconus, quos reuerſos ad vos feſtinato remiſimus, ſolicitus hoc agentes, vt quos diebus dominicæ natiuitatis accepimus, reſurrectionis dominicæ tempore redderemus.

Act. 11.

Qui recipiendi ad eccleſias ſint lapſi epiſcopi.

De his autem qui cum Neſtorio videntur parum pie conſenſiſſe, atque ſe ſocios eius ſceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos veſtra ſententia, tamen nos quoque decernimus quod videtur. Multa perſpicienda ſunt in talibus cauſis, quas apoſtolica ſedes ſemper aſpexit. Quod loquimur, Cæleſtianorum teſtantur exempla, quod ſpem de Synodo hucuſque geſſerunt. Habent, ſi reſipiſcunt, copiam reuertendi: quod his ſolis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreſeos omnium fratrum conſtat ſubſcriptione damnatos. Per Dei namque miſericordiam aliquos ex eorum numero ad nos iam rediiſſe gaudemus. Quod hoc conſilio factum eſt, vt quos conſcientia mixta non poterat, ſaltem ſententia ſepara-

ret. Hoc, moneo, vestra fraternitas sequatur exemplum: sit caput sceleris cum his, quos synodalia loquuntur statuta, damnatum; reliqui quos cum hoc sentientes in communione ecclesiastica non habemus, in ciuitatibus suis & se in nostro collegio nouerint non futuros, nisi secundum ecclesiasticum & Christianorum principum constitutum, damnata hæresi cum auctoribus sociisque damnatis, se profiteantur catholicos sacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus custodiri, qui subripiendum ex ecclesiasticis causas a Christianis principibus crediderunt, & alio ordine rursus ecclesias occuparunt.

De Ioanne episcopo Antiocheno.

Antiochenum vero, si habet spem correctionis, episcopum a vestra fraternitate volumus conueniri: vt nisi quæ sentimus senserit, nouellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque ecclesiam, quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare. Credendum tamen de diuina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malorum caput & causa auferatur. Data Idibus Martii Aetio & Valerio consulibus.

EPISTOLA XII.

CÆLESTINI PAPÆ I.

AD THEODOSIVM IVNIOREM.

Cælestinus episcopus Theodosio Iuniori Augusto.

CAVSIS suis diuinam prouidentiam præstitisse quod sperabamus, agnouimus: nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare fidelium, regnantibus vobis, quam id quod eueniisse gaudemus, vt prædicatio in Deum impia concideret, & cum suo auctore noui dogmatis damnata prauitas deperiret. Illata quidem fidei bella sunt, & regis æterni sacrilegis verborum iaculis natiuitas appetita; sed vos Christo Deo nostro auctore regnantes, hostes impios fidei vestræ virtute vicistis, cælestem reuocantes triumphum, per quod religioso munimen in perpetuum præstetis imperio. Vere enim prophetica gloriæ vestræ vox conuenit, & regnum vestrum dici po-

teſt regnum omnium ſæculorum, quod defenſæ fidei meritis propagatur, & creſcente ſanctæ religionis obſeruantia, Chriſtianæ inſertum reuerentiæ ſemper augetur, glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator Auguſte. Ecce nunc domus Domini orationibus vacant, & veſtrum per omnes eccleſias Deo noſtro oblatis ſacrificiis commendant imperium. Nihil, amoto perturbatoris auſu, ſcandalis licet: peſtifer vlterius animas hominum ſermo non vulnerat; ſalutem omnibus ſuarum animarum, dum vniuerſali eccleſiæ conſulitis, reddidiſtis. Hæc eſt veſtra prædicandi regni veſtri clementia, per quam non terræ, non prouinciæ, ſed omnium animæ ſunt defenſæ. Imputabitis hanc omnino victoriam, quam non bellis, non gladiis; ſed ſola deuotione, qua Deo eſtis dediti, conquiſiuiſtis.

Quomodo regnum Theodoſii ſit futurum perpetuũ.

Manet hic veſtræ gloriæ titulus, & manebit, vt nulla illum ætas, nulla vetuſtas aboleat: æterna enim ſunt, quæ æterni regis amore præſtantur. Sic Abrahæ fides ſæculis durat. Dauid regis meritum Dei zelus fecit eſſe perpetuum, cum inimicos Dei ſuos credidit inimicos, & odiſſe quos Deo odibiles approbaſſet. Elias etiam propheta falſa prophetantes non fuit contentus refellere, ſed etiam in illos voluit vindicare; vt eos perſequendo perderet, quos in perditionem niti ſui populi peruideret. Par tibi cum illo gloria. Ille falſa prophetantibus reſtitit: tu falſa docentibus. Ille mentientes in Deum prophetas perſecutus eſt: tu de Chriſto Deo noſtro prædicantes impia abigis ſacerdotes. Ille tantum vindictæ intentus eſt: veſtra pietas ſic impia vindicat, vt quæ ſunt religioſa defendat: nec enim ſufficeret abegiſſe morbos, & peſtilentiam repuliſſe, niſi & ſalubres auras redderes, & vitalem infectis ſubſtantiam miniſtrares, talem illi eccleſiæ conſtituendo pontificem, qui olim hoc ſe dignum faſtigio omnibus, quibus notus eſt, approbaſſet. Fert illi ac ſi ſui corporis parti Romana teſtimonium, quæ hunc ſemper inter ſuos habuit & numerauit, eccleſia: ferunt ſuorum merita, quibus ſancte adhæſerat, deceſſorũ. Ita enim reuerendiſſimæ memoriæ viro Attico catholicæ fidei propugnatori fortiſſimo mente pariter & officio cohærebat, vt iam tunc futuri in eodem epiſcopatus inſignia prælucerent.

Sed

Sed sit hoc arcano diuinæ maiestatis arbitrio, vt in posterum quæcumque sunt meliora seruentur, & ad quietem per aliqua turbatorum scandala veniatur. Debitum est fratris mei Maximiani episcopi gloriæ, vt aliquem illi prælatum fuisse in hoc quod sustinuit, ciuitas pœniteret, & nunc electo eodem illi se integritatem fidei debere sentiret. Sed huic tantæ pro suo merito illius ecclesiæ sacerdoti electo taliter, & consensu sanctæ congregationis, quæ interfuit, ordinato, ad componendum ecclesiæ statum, & omne vulnus prauæ hæresis radicitus euellendum, ne audeant quæ abscissa sunt pullulare, obsecramus & poscimus sub illius inuocatione quem colitis, fidei vestræ, vt consuestis, arma præstetis. Nunc enim est omnis opponenda custodia, ne rapax lupus ab ouilibus Domini gregis, cum sæuierit, exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perueniat animarum, effossis quà potest parte cuniculis. Nec enim potest quiescere, cum prædæ suæ rapidus cupiat incubare. Munimen sanis, remedia præbete sanandis, vallate muris vestræ fidei religionis catholicæ veritatem, per quos & credentes muniti sint, & tanti sequaces erroris non audeant introire. Hic enim plenus victoriæ vestræ fructus est, nihil relinquere, quod rursus Dei ecclesia debeat formidare. Quem igitur vniuersorum eiecit sententia sacerdotum, in prædicatione sacrilega perdurantem, eum vestra clementia ab omni societate remoueat, vt facultatem aliquos perdendi non habeat.

De Maximiano electo episcopo Constantinopolitano.

Religiosos vero filios meos Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum tantæ rei nuntios cum totius ecclesiæ gratulatione suscepimus; & lectis in totius congregationis Christianæ plebis apud beatissimum apostolum Petrum vestræ pietatis apicibus, Deo nostro pro vobis vota persoluimus. Ita enim ad nos, agente Domino, peruenerunt, vt ad eum diem, quo celebrabamus Christi Dei nostri Natalem secundum carnem, cui quæstio inferebatur, concurrerent, & impietatem coniunctim vniuersa congregatio confutaret.

Legati Romam peruenerunt die Natalis Domini.

Causæ fidei congrue & ecclesiasticæ & pauperum vtilitatis causa subiungitur; vt qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. Illustris & sanctæ recordationis Proba possessiones in Asia cõstitutas

Possessiones Asiæ a Proba relictas commendat.

longa a maioribus vetuſtate ſic reliquit, vt maiorem ſummam redituum clericis pauperibus & monaſteriis annis ſingulis præciperet erogandam : ſed hæ poſſeſſiones ibidem conſtitutæ in damnum pauperum, huius negligentia (vt grauius nil dicamus) qui his præfuerat, ea ſunt ratione tractatæ, vt non ſolum conſueta non ſoluerent, verum etiam ſubreptitia impetratione earum iuſtum dominium violetur. Rogamus pietatem veſtram, vt religioſæ & illuſtri domui & eccleſiæ id pro clementia veſtra præſtetis, vt omnis ab his inſidiantium inquietudo diſcedat, vt tam eccleſiæ quam ſuis dominis ſit tuta poſſeſſio. Quod inde alimoniæ pauperum acquiritur, veſtrum eſſe credetur. Data Idibus Martii, Flauio Aetio & Valerio viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA XIII.

CÆLESTINI PAPÆ I.

AD MAXIMIANVM CONSTANTINOPOLITANVM EPISCOPVM.

Cæleſtinus epiſcopus, Maximiano epiſcopo Conſtantinopolitano.

VIDIMVS & amplexi ſumus fraternitatem tuam in literis tuis, talemque ſanctitatem tuam, qualem noueramus, inſpeximus, ſimplici ſcilicet puritate glorioſum & mentis fulgore potius quam honore perſpicuum; quem in ſe atque in ſtatum ſuum illa, de cuius fide ſemper gloriabamur, eccleſia, quæ nunc te præſulem diuino iudicio, poſtquam illum qui eam obſidebat eiecit, accepit. Sume gubernacula notæ tibi nauis, eamque, vt didiciſſe te ex tuis prioribus nouimus, rege. Obſiſte vndis, quas ille ventus, qui & a naui vectores abegerat, ſed omnibus inimicus excitauit, omni eam laterum cupiens compage diſſoluere, vt rapidis eam poſſet vorticibus deuorare; profeſſus falſum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, vt videretur regere, quos perdere nitebatur. Adhuc te excitatæ ab eodem vndæ circumſonant, & elati fluctus vel procellæ ſolicitant: reſiſte peruigil, & commiſſæ tibi nauis magiſter, ſaluti commiſſorum tibi qua potes cura ſuccurre. Fac quietum mare eſſe quo nauigas: fac tua arte tutam nauem poſt eas tempeſtates, quas ſuſtulerat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam gubernas. Illum ſequere piſcatorem, qui maris aquas pedibus, vt ad Chriſtum Dominum noſtrum, quem ambulantem in mari viderat, poſſet peruenire, calcauit.

Exhortatur ſequi maiorum veſtigia.

Sequere priorum, a quibus eruditus es & nutritus, exempla pontificum, beatiſſimi Ioannis in prædicando ſcientiam, ſancti Attici in repurgandis hæreſibus vigilantiam, deceſſoris tui Siſinnii, cuius te ſucceſſorem credimus, ſimplicem puritatem; vt de illa (vt ſolebamus) gratulemur eccleſia. Congrega ſparſos, piumque animum, qualem te habere nouimus, in eos quos diſſipauerat perturbator exerce. Congrega populos tuos ad matris ſuæ vbera: reuoca quos imbibito veneni ſapore abſtraxerat inimicus. Confirma in fide quos videris appetitos, cura quos inſpexeris vulneratos, remoue qui non ſentiunt medicinam: interdum enim dolor tollitur, & cum ea quæ ſunt noxia præciduntur, ſalus reliquis præparatur. Latus campus eſt, frater cariſſime, in quo gloriam & vigilantis paſtoris & benigni ſacerdotis exerceas, & ſapore mentes Chriſtianæ ſalubritatis infundas: vt plus in reparando potuiſſe te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit eſſe quam Chriſti, perturbans omnium eccleſiarum quietem, cui nunc debemus operam in commune præſtare, vt omnium vna fides & vnus ſit animus ſacerdotum. Teneat manus tua dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, vt a frumentis paleæ ſeparentur, & omne, iuxta mandatum Chriſti Dei noſtri, hor- *Luc. 3.*
reis triticum aggregetur.

De repellendis Pelagianis.

Locũ impietas nouella non habeat, & compreſſo olim per totum orbem ſua damnatione noto Cæleſtiano errori a tua vigilantia reſiſtatur; vt quicumque huius dogmatis ſunt ſequaces ab omni ſocietate hominũ repellantur. Obſiſtat illis per te Spiritus ſanctus his in omnibus qui ad has quaſcumque conantur prouincias peruenire, ne eorum impia prædicatio reſurgat. Obſiſtite eis: ita enim, vt damnentur quocumq; perueniunt, innoteſcunt, & tamquam non illis ſententia toties repetita ſufficiat, longinquas terras remotaſque prouincias inquietant: ſed eos ille perſequitur, cuius fidem ſua prauitate perſequi nitebantur. Sed quo ſe abſcondant, ad quas latebras confugiant, ſua ſe impietate prodentes, * non poſſunt. Filios vero noſtros

* inuenire

religiosos viros Ioannem presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia susceпimus, & cum maiore gratulatione remisimus. Data Idibus Martiis, Flauio Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XIV.

CÆLESTINI PAPÆ I.

AD CLERVM ET PLEBEM CONSTANTINOPOLITANAM.

Cælestinus episcopus clero & plebi consistentibus Constantinopoli.

EXVLTATIO matris est congregatio filiorum : denique lætatur ecclesia, ita se filios, quos diabolus dispersérat, iterum congregasse, vt ex his, nisi filius perditionis, nemo sit perditus: quia eum filium suum nequaquam pater agnouit. Illum namque ex quo erat (sicut legimus) imitatus, vobis legitimis Dei filiis hereditatem conabatur auferre, quos dicente Apostolo, *pro fide vestra & heredes Dei, & Christi nostri futuros credimus coheredes.* Non ergo ei palmam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma fidei triumpharunt: victores vos, imo communis regis de hoste victoriam loquitur tyrannus exclusus: vicit in vobis, cuius incerta ferri diuinitas putabatur. Separetur * prauitas, quæstionem dixerim quam sibi vnusquisq; bene credens debet simpliciter aperire. Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumque discutere qualiter venerit subuenire? Non fuit difficile Deo posse quod voluit, cum dignatus est liberare, qui potuit. Sed vnde illi peccatori in tanta caligine sua lumen non videre? Vnde terrenis argutiis in superioribus positam colligere veritatem? Hæc in tenebris suis videre non possunt, qui lucernæ illius verbum nesciunt, quod esse lumen semitis suis Dauid propheta testatur. Cum quo psalmographo (vt supra diximus) *matrem lætantem*, in vterum suum, quem dissipatio hucusque ridicula & blasphema turbabat, reuersis filiis, cantare delectat: *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus: mihi namque ex parte maxima, venerandæ Trinitatis auxilio, ecclesiæ vniuersalis quietem & sum-

Rom. 8.

Congratulatur de prostrato hæresiarcha.

* nationis,

Psal. 118.

Psal. 112.

Psal. 132.

mam præsentium vendico gaudiorum, quem nunc vsque omnes qui scandalizabantur, vrebant, & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum.

Meminit caritas vestra, apud vos mihi dudũ de patientia fuisse sermonem: iactaui quæ debui semina sacerdos in animo Christiano, nec me in vobis seges expectata decepit: quid enim patientiæ vestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. His inuidens seuerat perituram zizaniam intra aliquantorum mentes agricola periturus; seuerat longe aliud, quam acceperat seminandum, vel inuenerat seminatum. Habemus certe fidei vestræ semina, quæ ipsius Domini sermo vel apostolorum doctrina iactauit: quæ quoties ista contingunt, non ea terra quæ susceperit, sed alia superfusa corrumpunt: nihil vestræ simplici fidei messis Domini poterit imputare, qui in euangelio auctorem zizaniæ interrogatus ostendit. Illi tunc dixerint: *In bono semine vnde zizania?* Nos dicamus: In tanto regno fidei vnde perfidia? Respondemus tamen vobis sermonibus Christi: *Homo inimicus hoc fecit.* Qualiter vos exercuit priorum palæstra, doctorum fortitudo vestræ mentis.....adstruxit; ipsis agnitionem debetis huius erroris, quorum hic indignus laudibus fuit, qui bona tam glorioſa despexit; non partem columbæ simplicitatis, sed in toto studuit serpentis astutiæ. *Matth. 13.* *Ibidem.*

Nec mirum, si parans occidere simplices animos, eum suadendo secutus est, qui suadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepisse; hic inferre mortem nonnisi per verba tentauit. Non tamen impune suum est secutus auctorem, quando Iudæ episcopatum alter accepit. Iure vtrumque tenet vna sententia; quia *in vnum* (sicut legimus) *ambo peccauerunt.* Sit licet vterque ante oculos nostros saluatoris nostri calumniator & traditor? tamen deliberare difficile est inter discussorem natiuitatis, & mortis auctorem. Facti sui videlicet vacuum statim Iudam pœnituit, præuenit exitium oris supplicium proditoris: ille statim laqueum, peccatum suum confessus, elegit; hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ergo perfidiæ huic dabo nomen erroris, non est error impietas omnis. Denique quoties ecclesiæ, vel eius quieti diabolus inuidus fuerit, intra eam nata contentio saluam *Comparatio Iudæ & Nestorii.* *Act. 2.* *Malitia ab errore distincta.*

seruauit ipsius certaminis causam, quo proficiebat iste cõflictus, quo laborabatur, non vt religione quiuis vinceret, sed vt ipsa religio vinceretur. Meministis certe eius, quia necesse est meminisse blasphemiæ: sed iam obliuionem tantorum malorum volo sanctis mentibus imperatam: ex animis, qui sublatus est oculis, tollatur, tollatur, inquam, qui sic vocatus est præcursor inferni. Habuit crebras sinister prædicator insidias, *tetendit arcum suum frequenter* (vt legimus) & ore suo spicula venenata iactauit; neminem tamen vestro in numero, quem feriret, inuenit: retorta in se tela redierunt, postquam sagittare in obscuro rectos corde non potuit, & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum.

Psal. 7.

Psal. 10.

Cæleſtini papæ ſolicitudo de eccleſia Conſtantinopolitana.

Quæ nos de vobis in bello inteſtino poſitis cura atque ſolicitudo tunc habuit? In modum dierum duximus noctes, quia talibus cauſis omne tempus anguſtum eſt: non oculos ſomno declinauimus inquietes. Quem enim caperet dilectio dormiendi, ſic vigilante raptore, neſciebamus. Quis intra caulas timor? quanta intra ſepta formido? quoties luporum ieiuna eſuries multa circuit, aditu quærit prædam, ſæuit & abſentibus inconſummata pernicies, quanta hic pro ſua cautione laude grex dignus eſt, quem non attigit ſecum raptor incluſus? Patet cauſa tuitionis huiuſce: in apertum eſt qui reſtiterit inimico. Intelligamus & fateamur omnes, quod vos ille tutatus eſt paſtor, qui in euangelio ſe dicit eſſe paſtorem: adfuit, nec vos deſeruit qui patiebatur in vobis: in hunc namque quotidianis acuebatur lingua blaſphemiis, in ipſum dentes ſuos impius tractator armabat; inani tamen ſemper eluſus eſt morſu, quando eiuſdem paſtoris virga vos conſolabatur & baculus, qui gregem ſuum etiam paſcendum tradidit iturus ad cælum. Hæc vobis hucuſque non mutata ſunt paſcua, eiſdem pabulis eſtis impleti, apoſtolico vos doctores & pio ſemper ſermone paſcuerunt: verum noxia fuerat pro ſalubribus cibis eſca ſuppoſita, quando aduerſarius eſurientibus animabus mixtas ſpinas floribus exhibebat: nec tamen fraus iſta decepit vos, qui Chriſti ſuauis odor eſtis in Domino, poſtquam vobis longe aliud oluit quam ſolebat: herbam mortiferi graminis horruiſtis, ſepſiſtis aures veſtras ſpinis, ne lin-

Laudatur fides eccleſiæ Conſtãtinopolitanæ.

Psal. 22.

guam nequam posſetis audire. Non ergo peruenit ad ſenſum, quod offendit auditum : nec interiorem ferire potuit, quod exterior non recepit. Vitaſtis eum, *cui* (quantum didicimus) *& in faciem reſtitiſtis.* *Gal. 2.*

Vitaſtis quem a memoria digna ſancta Alexandrina eccleſia ſecundum beati Pauli apoſtoli ſententiam iam ſciretis eſſe correctum: legiſtis namque & memoriter iam tenetis ſacerdotis, hoc eſt, catholici ad hunc ſcripta doctoris, quibus eum ita corruptum, vt velit eſſe correctus, ſtuduit; nixus eſt labentem reuocare collegam, porrexit dexteram, magiſterii ſui, in vno volens plurimis ſubuenire: percellebat animum veteris ſacerdotis, quod nutat epiſcopus ruina multorum. Egit, ſicut ſcriptum eſt: *Benedicam opus Domini diligenter.* In nullo ei officio apoſtoli vir apoſtolicus defuit, obſecrauit, admonuit, increpauit. At ille qui in profundum blaſphemiarum ſuarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abuſus hortatu, docilis eſſe renuit, cum doctor eſſe non poſſet: egit iniuriis, tenacem recti eſſe peruerſitatis aſſertor gloriatus. Hinc nec contriſtatus eſt frater, ſecum reputans, quod merito ſibi conſeruo non parceret, qui ſuo Domino derogaret. Inuentus eſt per diligentiam ille de euangelio frugi filius, & prouidus ſeruus. Nam & paternã ſeruauit ſubſtantiam, & auxit numerum talentorum. Nec duplicaſſe eum, ſed multiplicaſſe dixerim ſortem, quem videbamus etiam longe poſitis pio fenore ſubueniſſe. O ſanctæ prædicationis vſura! quam hic gratiam ante communem Dominum fidei negotiator inueniet, qui propter animarum lucrum negotium & illic exercuit, vbi talenta accepit? Nonne hic merito a patrefamilias auditurus eſt: *Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui?* Hæc huic competunt, qui illa quoque, quæ aliis ſunt commiſſa, ſeruauit. Cyrillus laudatur a Cæleſtino. *1. Cor. 5.* *Pſal. 33.* *Matth. 25.*

Quid ille auditurus eſt, quidve dicturus, cum a ſe commiſſæ ſibi rei ratio requiretur, qui vtique inuoluitur reatu, etiamſi vobis per alios perditis, eſſet ipſe ſeruatus? Noſtis profecto pro veſtra eruditione, quæ pœna negligentes maneat ſacerdotes; quippe quos Apoſtolus præeſſe etiam domibus ſuis iubeat diligenter. Heli ſacerdos denique per ſe inculpabilis diuinam per filios incurrit offenſam: offendit In Neſtorium. *1. Tim. 3.* *1. Reg. 4.*

pontifex pater, offendit poteſtas & pietas. Si igitur ille cum præſumptionem filiorum non refrenat, incurrit; quanto magis hic Dominum, dum nec ipſi parcit, offendit? Non hunc deſidem, non hunc dixerim negligentem: habuiſtis hominem ſermonis aſſidui, atque (apud expertos loquor) habuiſtis vigilem *perditorem. *prodi-torem.

Studium apoſtolicæ ſedis in curando Neſtorio.

Nec tamen beatus Petrus apoſtolus deſerit tam grauiter laborantes: nam cum ſeparari tale membrum de eccleſiaſtico corpore horrens omnibus putredo ſuaſerit, cum ferro obtulimus & fomentum. Sed ille abuſus noſtro ſtudio, quo illum ſequimur qui nec de puſillis aliquem vult perire, mortem deſperatus optauit. Denique & medicinam reſpuens, elegit abſcindi; tulit de ſe apoſtolicum, vel hoc nobiſcum ſentiens ipſe iudicium, vt abſcinderetur, qui nos contriſtabat, & volebat conuertere euangelium Chriſti. Nulla ſuo vitio languenti medico (vt diximus) arte defuimus. Non factum eſt noſtræ celeritate ſententiæ, vt eſſet nobis publicanus aut ethnicus. Scimus qualiter & quoties hos qui ad hæc tendunt ſcriptura iubeat conueniri; quod nunc quoque videtur impletum. Dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit; dehinc pertinax vno & altero, imo & multis teſtibus conuentus eſt: conſequenter ab vniuerſali eccleſia, noſtro quoque ſermone correptus. Nihil præcox, cum eo nihil in hoc egimus immaturum, quem diuturnæ conſtitutionis ſeruatus ordo damnauit. Non potuimus vltra differre; ne (ſicut ſcriptum eſt) *cum furante currere videamur, & cum adultero fidei noſtram ponere portionem:* maxime quando oculus ſcandalizans iubeatur auferri. Ad hæc ille compendio toties oblata remedia, campum ad certamen expoſcit: ſacerdotale poſtulat, cui non erat interfuturus, examen, egrediturus ad bellum, caſtrorum dux hoſtem profeſſus, & doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ, cum non tam profectus quam videtur expulſus.

Galat. 5.

Luc. 18.

Pſal. 49.

Matth. 5.

De Neſtorio ſubterfugiente iudicium.

Non quæro qualia tunc ad Dominum veſtra vota fudiſtis, cum exitus doceat quid potueritis optare. Nec nos geſtarum rerum putetis ignaros, quarum nobis ordinem ſancti fratris Cyrilli relatio patefecit. Admonuit hominem, quem nunc inexcuſabilem faceret ex more con-

conuentio : adesse contempsit. Quis petitorem Synodi Synodo crederet defuturum? perculsa est illic falsitatis leuitas pondere veritatis : nec se ausa est fulgori radiantium sacerdotum latitantis perfidi caligo miscere : lucem tenebræ fugerunt ; quia societatem legimus his esse non posse : inuicem se contraria semper offendunt. Vbi est quod sibi dictum est, *quod loqueretur in lumine, & supra tecta, quod audiret in auribus, prædicaret?* Sed si idcirco volens præsens latere, vt ferendam sententiam verecundia, iudicante conscientia, præueniret ; lucernam suam cur voluit habere sub modio, si eam bene putabat accensam ? Toto sancto conuentui lucere debuit, vt habere lumen omnium lumine probaretur. Non fallit diuina sententia, quoniam *qui in tenebris sunt, lucem videre non possunt.* Mansit absconditus, vt vitando sacerdotale collegium, ipsi renuntiaret quodammodo dignitati. Sic se ille primus homo Adam peccati sui conscius ante faciem Domini nudus occuluit ; & qui non in eum, sed in eius mandata peccasset, expauit illam quam contempserat vocem, & timorem deceptus incurrit, postquam simplicitatis fiduciam vitio præuaricationis amisit. Nam facit dubitare de crimine confessio latebrarum : nemo se in causis grauibus innocenter abscondit. Sic ergo illius nostræ mortis auctoris, perdito honoris & gloriæ vestimento, secutus exemplum, merito hoc cum primo homine Adam fecerit, qui deitatem Adæ nouissimi sic negauit.

2. Cor. 6.

Matth. 10.

Ioan. 3.

Genes. 3.

Non fuit ante oculos tantorum vexatio sacerdotum, non congregatũ ex omni pene mundi parte Concilium : abfuit ab his, cum quibus se esse nesciret. Quid illi profuit hoc vitasse? refugere voluit, quos effugere non dabatur. Qua enim ratione possit euadere, persequente eo, cui se nullus abscondit? An quia talibus sociis vsus est, sine peccato se existimans, negare indignatus quod Propheta clamauit : *Quo ibo a facie tua, & ab aspectu tuo quo fugiam? Si ascẽdero in cælum, tu ibi es : si descendero in infernũ, tu ades.* Ille clamat latebram suis deesse peccatis, nec a Deo posse celari. Ille enim fatetur vbique præsentem, quem hic conatur asserere intra vterum defuisse susceptũ. Tandem in sacerdotibus suis sanctis, sicut semper, Spiritus viuẽs vnus in omnibus statuit quod omnibus subueniret, nulla de

Psal. 138.

putredine, nulla de vulnere naſcente ſuſcepit ; quia diligenter amputatum eſt, quod manus ſpiritualis abſcidit.

Prou. 22. *Eiice*, (inquit Salomon) *de concilio contentioſum, & exiet cum illo diſcordia.* Secum ſcandalum ſuum, quod intulerat, amputauit; quia apud vos quod inuenerat, hoc reli-

Matth. 15. quit. *Non poterat*, loquente Domino, *eradicari plantatio quam plantauerat Pater*, & quæ in eo vberem fructum probaretur afferre : ſeruauit vineam ſuam Dominus If-

Iſa. 5. rael : domus eius eſt vinea Domini ; & ideo mirandum non eſt, ſi furem domus eius euaſit, cuius legimus nec

Pſal. 120. dormire nec dormitare cuſtodem.

Quid aget impius pertinax ? quid ſibi ſpei, quid permanſit auxilii? non habet locum veniæ, cui ſcriptum quod nec hic, nec in futuro poſſit ignoſci. Inclinatur omnis elatus, contra exaltationem parit humilitas Chriſtiana:

Iſa. vlt. quia hunc ipſe, qui ſupra eum requieſcit, exaltat. Illius

Pſal. 100. per Prophetam verba ſunt : *Non habitat in medio domus meæ faciens ſuperbiam*, qui per Apoſtolum promittit ſe ſtul-

1. Cor. 1. tam mundi ſapientiam perditurum. Audiat nunc a nobis, quod Paulus tunc, & cum iam prædicaret, audiuit:

Act. 26. *Ad inſaniam multarum peruenit itinere literarum.* Abſit tamen ab eo huius exemplum. Non enim quod de Doctore dictum eſt, dignus eſt audire indoctus. Cur præterea contra vas abiectionis vas electionis vocemus in medium ?

Neſtorii ex latronis confeſſione redargutio. cum ad exprobrandum * hunc, ille ſufficiat, quem in cru- * huic ce cum Chriſto poſt ſcelera tanta pendentem, ſupplicii beneficium fecit Dominum confiteri: ſui ab eo memoriam poſcit in regno; hoc breui ſermone diluit quidquid admiſit, criminibus temporum temporis puncto ſubueniens : nec moratur præmium confitentem, ſtatim eius remuneratio & viciſſitudo reſpondit, qui libenter exce-

Luc. 23. pit hora ad ſe quacumque conuerſum : *Mecum* (inquit) *eris in paradiſo.* promittit ei futuram ſocietatem, qui ſe-

Rom. 10. cum præſens iam pateretur. *Ad iuſtitiam corde creditur, ad ſalutem facta eſt ei ore confeſſio.* Exclamare hic in tantam contrarietatem rerum pariter & flere debemus : Nefas eſt, hoc epiſcopum, quod latro * potuit, non inuenire. * potuit.

O fidei & perfidiæ præmium! o iudicia Dei abyſſus multa! latro paradiſum meruit, & ſacerdos exilium. Habemus tamen huiuſce rei veros interpretes: hunc ille po-

situs inter tormenta cognouit, quem hic positus in honore nesciuit. Nonne hoc illud est: *Et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus?* Quid est aliud intellectus & iudicium, nisi scire sapientiam & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ? Illa est vera sapientia, quæ, ipso Salomone dicente, *de timore Domini sumit exordium:* quam se inter perfectos loqui beatus Apostolus affirmat, cum non tam graue est, quod eam tunc minime mundus agnouit, quam quod nunc episcopus ignorauit. *Psal.* 48. *Prou.* 1. 1. *Cor.* 2.

Hoc loco vtar Domini nostri per Ieremiam sermonibus: *Cultores legis meæ nescierunt me; & prophetantibus iniquitatem prophetis, plauserunt manibus sacerdotes.* Et per eumdem alibi: *Sacerdotes mei sacrificauerunt mihi ficte.* Vtebatur tamen defensione & laude gentilium, episcopum talem nunquam fuisse testantium. Vere & hæc probabiliter loquebantur: nam quando potuit episcopus inueniri, qui Christianus esse nesciret? Ideo tamen non inimicus esse probatus est, quia nunquam displicent hostibus proditores. Audiuimus hunc agentem contra legem, & iniquum quæ sint solatia prosecuta: adfuerunt inter alios nec deseruerũt eum Cælestiani iniquitatis operarii, quos Hymnidici nostri persequitur manifesta sententia: iamdudum quippe *inimici Dei disperguntur, & pereunt qui operantur iniquitatem:* sicut idem dicit: *Velut cibum panis plebem dominicam deuorabant.* Habuit ergo secum sui magistros exilii: habuit huiusce rei perfectos tiro doctores: nam separare difficile est, quos scelera sola iunxerunt; quia maiore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis est? nempe ille quem legimus: *Irritauit in illo Dominus, & erunt post hæc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum.* Sed quid diutius immoramur? fastidium forsitan faciat sermo prolixior: dimittamus mortuos sepelire mortuos suos. *Ierem.* 2. De Syriæ episcopis Nestorio fauentibus. *Psal.* 91. *Psal.* 13. De Cælestianis fauentibus Nestorio. *Sap.* 4.

Audite nunc & capite simplicis verba doctoris: audite ab eo quæ a maioribus nostris nobiscum positus frequenter audiuit: audite certe semper audita, nec studio nouitatis inuenta. Nostro vobis loquitur ore collega, quia vna fides necesse est * vnite prædicetur. Non hic in eius persona alicuius testimonium mutuatur: a nobis datus

* vnaniter

De commendatione Maximiani.

est: qui est electus ex nostris, non est incognitus, non aliunde deductus: habuistis laudabilem de præsenti iudicio suo: fama dudum decepit absentes: plura de eo loqui cautio est; quia opera superuacua est nota laudare. Nunc tamen vos nostris propriis sermonibus decet cauere commonitos. Nemo in vobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra & angularis lapis ille construxit. Ædificate super hoc, catholici, quod soletis: didicistis quid sit superædificare quod ardeat: hoc detrimento illud pensabitur, cum opera singulorum probare cœperit ignis examen. Gaudeo vos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fenum, sed illas imposuisse diuitias, quas architectorum sapientium præcepta mandabant imponi. Bene manebitis, quia tam solicite fabricatis: habitaculum magnum tales pollicentur expensæ: auro, argento, & lapidibus preciosis illam vobis, quæ æstimari non potest, construitis mansionem. Nullo precio taxantur æterna; quippe quæ non iniuria, non vetustate soluuntur, quæ iam ab institutione mundi iustis Dominus præparauit.

1. Cor. 3.

Isa. 35.

Confortentur manus fidelium fatigatæ: *labantia*, hortante propheta, *genua roborentur*: qui pusillo sunt animo conualescant: noster saluator apparuit: ostendit falsitati Deus, quid sit pulsare & incessere veritatem, postquam sibi controuersia inde facta est, vnde subuenit. Vnde, filii carissimi, permanete in eum qui est, vt vincatis in vobis. In ipso sensu & in eadem sententia estote perfecti: vt a filio hominis, cum venerit in maiestate sua, non audiatis, *Discedite a me maledicti*; sed, *Venite benedicti*, possitis audire. Maneat hœdos repulsa venturi: vos tales volumus inueniri, vt cum in igne stent abiecti a sinistris, vos a dextris inuitet ad regnum. Non expectabitis vt paretur, quod olim vos vt regnetis expectat. Angustam nunc portam festinanter intrate, quæ eos accepit, quos nunquam spatiosa inuenerunt. Hæc dilectioni vestræ pro lætitia catholicorum dicta sufficiant, quæ sæpe recensere vos volumus, vt triumpho fidei gratulantes intelligatis Deum caritatis & pacis esse nobiscum. Data Idibus Martii, Flauio & Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus.

Matth. 25.

DECRETA CÆLESTINI PAPÆ I.

QVÆ SVNT IN CORPORE DECRETORVM GRATIANI, NEC HABENTVR IN SVPERIORIBVS ipsius epistolis vel Decretis, numero IV.

PRIMVM.

In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

Nullus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorum episcoporum alterius adeat ciuitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi parochiam super eius dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur, vt quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit: sin aliter præsumpserit, damnabitur: & non solum ille, sed & cooperatores & consentientes ei: quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, quomodo iudicabit? Nullatenus procul dubio iudicabit, aut iudicare poterit. 9. quæst. 2. Nullus primas, nullus metropolitanus.

SECVNDVM.

*Par pœnitentia ei indicitur, qui * spiritualem filiam, & ei qui * pœnitentialem suam violare monstratur.*

* carnalem * spiritualem

Si quis sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se graue adulterium commisisse. Idcirco femina, si laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat: & conuersa, in monasterio Deo vsque ad mortem seruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annis pœniteat. Postea vero ad monasterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ suæ Deo seruiat. 2. quæst. 1. Si quis sacerdos cum.

TERTIVM.

Episcopi, aut presbyteri, cum sibi confessa fornicantis, pœna seu pœnitentia quæ.

Non debet episcopus aut presbyter commisceri cum 30. q. 1. Non debet.

mulieribus quæ ei ſua fuerint confeſſæ peccata. Si forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, epiſcopus 15. annos, presbyter 12. & deponatur tamen, ſi in conſcientia deuenerit.

QVARTVM.

Quæſtionis de binis vxoribus vni ductis, quarum prior non fuerat ſolenniter deſponſata, expeditio.

35. diſt. 6. Videtur nobis.

Videtur nobis, quod ſecunda, quam contra prohibitionem eccleſiæ duxit, non ſit vxor, etiamſi primam non haberet deſponſatam. Nam quod contra interdictum & ordinem eccleſiæ factum eſt, ratum non haberi, tam humanæ, quã diuinæ legis proclamat auctoritas: quia ea, quam inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente, vxor non eſt. Eam cogendus eſt recipere, quam iurauit, & deſponſauit, & ex qua prolem genuit, vt iuramenti religio non vilipendatur, & fides adinuicem promiſſa ſeruetur, proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occaſionem peccandi, & alios decipiendi, aſſumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati vtriuſque ſexus in teſtificationem filii & filiæ, ad matrimonium coniungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua conſuetudine, legibus approbata, quam diuinis & humanis legibus approbatur. In dirimendo autem matrimonio, ideo maxime parentes recipiuntur, * ſiue ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur: quia vnuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, cum exercitatione & recitatione maiorum ſcire laborat. Quia igitur aliis melius ſciunt, ideo maxime admittuntur. Similiter etiam recipiuntur, & in teſtificationem matrimonii coniungendi. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe, ita vt ſi non interſint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur; Pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris; in criminalibus cauſis & contractibus verum eſt. In matrimonio contrahendo & diſiungendo, ipſius coniugii prærogatiua, quia & fauorabilis res eſt, congrue recipiuntur.

* &ſi

ANNO CHRISTI 424.

[a] CONCILIVM AFRICANVM

[b] TEMPORE BONIFACII I. ET CÆLESTINI I.

HABITVM.

TITVLI CANONVM DIVERSORVM Conciliorum Africanæ prouinciæ, numero CV.

I. *Quod nihil de Hipponensi Concilio sit emendandum.*
II. *Vt episcopi vel clerici non facile filios suos emancipent.*
III. *Vt episcopi vel clerici non ordinentur, nisi omnes suos fecerint Christianos.*
IV. *Quod prater panem, & merum mixtum aqua, nihil in sacramentis offerri debeat.*
V. *Vt clerici vel continentes ad virgines viduasque non accedant.*
VI. *Vt princeps sacerdotum non appelletur episcopus.*
VII. *Vt clerici tabernas, nisi in peregrinis, non ingrediantur.*
VIII. *Vt a ieiunis Deo sacrificia peragantur.*
IX. *Vt in ecclesiis conuiuia minime celebrentur.*
X. *De pœnitentibus.*
XI. *De virginibus.*
XII. *De ægrotantibus, qui pro se respondere non possunt.*
XIII. *De passionibus martyrum.*
XIV. *De paruulis qui apud Donatistas baptizati sunt.*
XV. *De rebaptizationibus, reordinationibus, vel translationibus episcoporum.*
XVI. *Quot episcopi ordinare episcopum debeant.*
XVII. *Quot addi debeant episcopi numero ordinatorum, si de ordinando episcopo fuerit contradictum.*
XVIII. *Vt de ecclesia Carthaginis dies Paschæ nuntietur.*
XIX. *De visitandis prouinciis.*
XX. *Vt diœceses, nisi ex consensu episcopi proprii, episcopum non accipiant.*
XXI. *Vt alienus clericus minime suscipiatur ab alio.*
XXII. *Vt Carthaginensi episcopo, vnde voluerit, clericum liceat ordinare.*
XXIII. *Vt episcopi, qui in diœcesibus fuerint ordinati, diœcesim sibi nullam vendicent.*
XXIV. *Vt paruuli, apud Donatistas baptizati, in catholica clerici ordinentur.*
XXV. *De reliquiis idolorum, vel templis, ab imperatoribus abolendis.*
XXVI. *Vt clerici de iudicii sui cognitione non cogantur in publico dicere testimonium.*
XXVII. *De paganorum conuiuiis auferendis.*
XXVIII. *De spectaculis, vt die dominico, vel ceteris sanctorum festiuitatibus minime celebrẽtur.*
XXIX. *De clericis damnatis.*
XXX. *De histrionibus Christianis factis.*
XXXI. *De manumissionibus, vt in ecclesia celebrentur, ab imperatore poscendum.*
XXXII. *De Equitio damnato episcopo.*
XXXIII. *Vt cum Donatistis lenius agatur.*

XXXIV. *De literis mittendis iudicibus, vt ea, quæ inter Donatistas & Maximianistas facta sunt, innotescant.*

XXXV. *Vt clerici Donatistarum in ecclesia catholica suscipiantur in clero.*

XXXVI. *Vt legatio ad Donatistas componendæ pacis gratia dirigatur.*

XXXVII. *Qui clerici ab vxoribus debeant abstinere.*

XXXVIII. *De his qui plebes proprias derelinquunt.*

XXXIX. *De infantibus baptizandis, quoties dubitatur vtrum fuerint baptizati.*

XL. *Diem Paschæ, & diem Concilii nuntiandum.*

XLI. *Ne interuentor episcopus cathedram, vbi interuentor est, teneat.*

XLII. *De defensoribus ecclesiarum ab imperatore poscendis.*

XLIII. *De episcopis qui ad Concilia non concurrunt.*

XLIV. *De Cresconio.*

XLV. *De ecclesia Hipponensium Diarrhytorum.*

XLVI. *De clericis qui intra annum causam suam agere non procurarint.*

XLVII. *Vt de alieno monasterio receptos, nec præpositos monasterii, nec clericos liceat ordinare.*

XLVIII. *De episcopis qui hæreticos vel paganos heredes instituunt.*

XLIX. *De manumissionibus.*

L. *De falsis memoriis martyrum.*

LI. *De idolorum reliquiis extirpandis.*

LII. *Vt ab episcopo Carthaginensi, cum opus fuerit, omnium episcoporum nomine dictentur & subscribantur epistolæ.*

LIII. *De episcoporum ordine, vt qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre.*

LIV. *De Quodvultdeus episcopo.* Anno Christi 424.

LV. *De Maximiano episcopo.*

LVI. *Vt episcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus suis epistolas accipiant, quæ diem & consulem præferant.*

LVII. *De his qui vel semel in ecclesia legerint, ab aliis non posse promoueri.*

LVIII. *De conueniendis Donatistis.*

LIX. *Forma conuentionis Donatistarum.*

LX. *Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatistas.*

LXI. *Breuis causarum.*

LXII. *Concilium vniuersale non nisi necessitate faciendum.*

LXIII. *Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.*

LXIV. *Vt ab imperatoribus postuletur aduocatorum defensio pro causis ecclesiæ.*

LXV. *De plebibus quæ nunquam episcopos habuerunt.*

LXVI. *De plebibus vel diœcesibus, ex Donatistarum prauitate conuersis.*

LXVII. *De suggestione Maurentii episcopi.*

LXVIII. *De pacificandis ecclesiis Romana & Alexandrina.*

LXIX. *De his qui vxores aut quæ viros dimittunt, vt sic maneant.*

LXX. *De precibus ad altare dicendis.*

LXXI. *De his qui publicorum iudiciorum cognitionem ab imperatore poposcerint.*

LXXII. *De his, qui cum in Africa non communicant, voluerint trans mare obrepere.*

LXXIII. *Vt pergentes ad comitatum, causam suam vel Carthaginensi, vel Romano pontifici insinuare procurent.*

LXXIV.

ANNO CHRISTI 424.

LXXIV. *Concilium de cognitione episcopi.*

LXXV. *Concilium contra hæresim Pelagii & Cælestii.*

LXXVI. *Quod Adam non sit factus a Deo mortalis.*

LXXVII. *Quod paruuli in peccatorum remissionem baptizentur.*

LXXVIII. *Quod gratia Dei non solum remissionem tribuit peccatorum, sed etiam præstat adiutorium ne peccetur.*

LXXIX. *Quod gratia Christi non solum scientiam tribuit quid agamus, sed etiam dilectionem nobis inspirat, vt quod scimus, implere valeamus.*

LXXX. *Quod sine Dei gratia nihil boni possimus implere.*

LXXXI. *Quod non solum humilis, sed & verax sanctorum vox ista est:* Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. *1. Ioan. 1.*

LXXXII. *Quod in oratione dominica sancti pro se dicant:* Dimitte nobis debita nostra. *Matth. 6.*

LXXXIII. *Quod veraciter a sanctis dicatur:* Dimitte nobis debita nostra.

LXXXIV. *De plebibus conuersis a Donatistis.*

LXXXV. *De diœcesibus, qualiter eas diuidant inter se episcopi, tam catholici, quam qui ex Donati parte conuersi sunt.*

LXXXVI. *Vt si quam diœcesim episcopus, ab hæresi liberans, triennio possederit, nullus eam repetat.*

LXXXVII. *De his qui in plebes quas ad se putant pertinere (inconuentis his a quibus tenentur) irruerint.*

LXXXVIII. *De his qui plebes ad se pertinentes negligunt.*

LXXXIX. *Quod electorum iudicum sententia sperni non debeat.*

XC. *Vt si episcopus negligat suam diœcesim, communione priuetur.*

XCI. *De episcopis qui Donatistas communi casse sibi, mentiti fuerint.*

XCII. *De presbyteris & clericis, vt non appellent, nisi ad Africana Concilia.*

XCIII. *De virginibus etiam minoribus velandis.*

XCIV. *Ne diutius episcopi teneantur in Concilio, ternos ex se singularum prouinciarum iudices eligant.*

XCV. *Quod excommunicati ad accusationem admitti non debeant.*

XCVI. *Quod serui & liberti omnesque infames personæ, non debeant accusare.*

XCVII. *Vt qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat.*

XCVIII. *Qui ad testimonium admittendi sint.*

XCIX. *De episcopo qui excommunicat eum qui sibi soli crimen dicit esse confessum.*

C. *Vt non temere quemquam communione priuet episcopus.*

CI. *Epistola totius Concilii Africani ad Bonifacium vrbis Romæ episcopum.*

CII. *Epistola Cyrilli Alexandrini episcopi ad Concilium Africanæ prouinciæ.*

CIII. *Epistola Attici episcopi Constantinopolitani ad memoratum Concilium.*

CIV. *Symbolum fidei Nicæni Concilii.*

CV. *Epistola totius Concilii Africani ad papam Cælestinum vrbis Romanæ episcopum.*

CANONES CONCILIORVM DIVERSORVM AFRICANÆ PROVINCIÆ, NVMERO CV.

ANNO CHRISTI 424.

Hoc cum tribus sequentibus Africanis habitum est sub Siricio. De hoc Concilio vide notas Concilii Hipponensis sub Siricio.

RECITATA sunt etiam in * ista Synodo diuersa Concilia vniuersæ prouinciæ Africæ, transactis temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi celebrata. Glorioſissimo imperatore * Theodosio Augusto III. & Abundantio viro clarissimo consulibus, VIII. Idus Octobris, Hippone Regio, in secretario basilicæ pacis. * fer. Carthag. VI. * fer. 5. nioct

Gesta huius Concilii ideo descripta non sunt, quia ea, quæ ibi statuta sunt, superioribus probantur inserta.

DE CONCILIO CARTHAGINENSI, vbi legati episcopi proconsulares ad Concilium Adrumetinum destinantur.

De hoc Concilio vide notas Concilii Adrumetini sub Siricio.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio III. & Honorio II. Augustis consulibus, VI. Kalendarum Iuliarum, Carthagine. In hoc Concilio legati * directi sunt episcopi proconsulares ad Concilium Adrumetinum. * delecti

DE CONCILIO CARTHAGINENSI, vbi multa sunt constituta.

De hoc Concilio vide notas Concilii Carthaginensis III. sub Siricio.

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, v. Kalendas Septembris, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ. Cum Aurelius episcopus vna cum episcopis consedisset, adstantibus etiam diaconibus, aduenientibus quoque Victore sene Pupputanensi, Tuto * Migirpensi, Euangelo Abscuritano, Aurelius episcopus dixit: Post diem præstitutam Concilii consedimus, vt recordamini, fratres carissimi: & arbitrabamur omnium prouinciarum per Africam legationes conuenisse ad diem (vt dixi) præstitutam nostri tractatus: sed cum sacerdotum nostrorum Byzacenorum epistola fuisset recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus & diem Concilii præuenerant, tractassent, vestræ caritati legeretur, lecta est etiam a fratribus Honorato & Vrbano, qui nobiscum hodie * Concilio participãtur, legatio Sitiphensis prouinciæ destinata. Frater etiam Regimus ecclesiæ Vegelitanæ * literas ad paruitatem meam datas Crescentiani primæ sedis (vt ipse * Marcgennonii, * Concilium * fer. legit literas anec attulit

ANNO CHRISTI 424. insinuat) Numidiarum, & Aurelii coepiscoporum nostrorum: in quibus scriptis vestra mecum caritas recognoscit, promisisse eosdem, quod aut ipsi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuissent ex more destinaturi legatos. Sed hoc quia minime factum videtur, diu se detineri, de longinquo venientes legati Mauritaniæ Sitiphensis, non posse testantur. Et ideo, fratres, si vestræ caritati videtur, literæ fratrum nostrorum Byzacenorum, sed & breuiarium quod eidem epistolæ adiunxerunt ad hunc cœtum * conrogatum, legantur: vt si qua forte illic mouere caritatis vestræ animum possunt, in eodem breuiario, quæ diligentius fuerint animaduersa, in melius reformentur. Hoc enim frater & coepiscopus noster primæ sedis, vir perspectus, merito suæ grauitatis atque prudentiæ * Mizanius, scribens ad meam paruitatem, postulauit. Si ergo placet, quæ tractata sunt, legantur, & singula a vestra caritate considerentur.

* congregatum,

* Myzonius, *al.* Musonius,

IN HOC CONCILIO STATVTVM EST vt episcopi sine formata non nauigent.

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Iulias, Carthagine placuit, vt nullus episcoporum nauiget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quæret, inueniet. Cod. Can. hæc 56. & 57. Canonibus interponit.

NOTA.

Hæc eadem statuta fuerunt Concilio Carthaginensi III. Hinc itaque constat, illud VI. Kalendas Iulii inchoatum, ad Septembrem vsque continuatum fuisse: vel quod supra dixi, Carthaginensi III. ex multis Carthaginensibus compilatum esse.

SEQVVNTVR CONCILIA AFRICANA SVB ANASTASIO HABITA.

DE CONCILIO ISTO LEGATI ad imperatores infra scripti diriguntur episcopi.

POST consulatum glorioſissimi imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani viri clarissimi, V. Kalendas Maias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc Concilio legationē susceperunt Epigonius & Vincentius episcopi, vt pro confugientibus ad ecclesiam, quo- Quam ob causam, quo loco ac tempore hoc Concilium Carthaginense in Africa celebratum

fuerit, diximus in notis Concilii Africani I. sub Anastasio.

cumque reatu inuolutis, legem de glorioſiſſimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere. ANNO CHRISTI 444.

IN HOC CONCILIO LEGATIO DESTINATVR ad Romanum & Mediolanenſem epiſcopos, de paruulis qui apud hæreticos baptizati ſunt, & ad imperatorem de idolorum reliquiis auferendis, & de aliis rebus quamplurimis.

Tempus, locum, & cauſam huius indicãt notæ Concilii Africani II. ſub Anaſtaſio. Notas & explicationem Canonũ ex Concilio Carthaginenſi III require.

POST conſulatum Flauii Stiliconis viri clariſſimi, decimoquarto Kalendas Iulias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ: cum Aurelius epiſcopus vna cum epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit: eccleſiarum Dei per Africam conſtitutarum neceſſitates mecum optime nouit caritas veſtra, ſanctiſſimi fratres. Et quoniam præſtitit Dominus, vt ex aliqua parte ſancti cœtus veſtri eſſet congregata præſentia, videtur mihi, vt has eaſdem neceſſitates, quas pro ſolicitudine noſtra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbauerit veſtra ſinceritas, ſit conſequens, eligendum eſſe vnum a noſtro numero conſacerdotem, qui (auxiliante Domino & orationibus veſtris) & has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad tranſmarinas Italiæ partes, vt tam ſanctis fratribus & conſacerdotibus noſtris, venerabili ſancto fratri Anaſtaſio, ſedis apoſtolicæ epiſcopo, quam etiam ſancto fratri Venerio ſacerdoti Mediolanenſis eccleſiæ, neceſſitatem ipſam ac dolorem atque inopiam noſtram valeat intimare. Ex his enim ſedibus hoc fuerat prohibitum: quo nouerint communi periculo prouidendum, maxime quia tanta indigentia clericorum eſt, multæque eccleſiæ ita deſertæ ſunt, vt ne vnum quidem diaconum vel inliteratum habere reperiantur. Nam de ceteris ſuperioribus gradibus & officiis tacendum arbitror: quia, vt dixi, ſi miniſterium diaconi facile non inuenitur, multo magis ſuperiorum honorum inueniri non poſſe certiſſimum eſt. Et quotidianos planctus diuerſarum pene emortuarum plebium iam non ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquando ſubuentum, grauis nobis & inexcuſabilis innumerabilium animarum pereuntium cauſa apud Deum manſura eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 424.

CAPITVLA.

I.

EPIGONIVS episcopus dixit: In hoc breuiario (quod decerptum est de Concilio Hipponensi) nihil arbitramur esse emendandum, vel assuendum, nisi vt dies sancti Paschæ tempore Concilii innotescat. Cod. Can. cap. 34.

II.

Vt episcopi, vel clerici, filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & de ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata. Cod. Can. cap. 35. & in Carthag. III. cap. 14.

III.

Vt episcopi & presbyteri & diaconi non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint. Cod. Can. cap. 36. & in Carthag. III. cap. 18.

IV.

Vt in sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit: hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, seu mel & lac, quod vno die solennissimo in infantum mysterio solet offerri, quamuis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, vt a sacramento dominici corporis & sanguinis distinguantur. Nec amplius in primitiis offeratur, quam de vuis & frumentis. De consecr. dist. 2. In sacramētis. Cod. Can. cap. 37.

V.

Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi ex iussu vel permissu episcoporum, aut presbyterorum non accedant: & hoc non soli faciant, sed Ibid. Dist. 81. Clerici vel continētes. Cod. Can. cap. 38.

cum conclericis, vel cum quibus episcopus aut presbyter iusserit. Nec ipsi episcopi & presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui Christiani. ANNO CHRISTI 424

VI.

Cod. Can. cap. 39. Dist. 99. cap. Primæ sedis episcopus.

Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

VII.

Cod. Can. cap. 40. Dist. 44. Clerici. Et in Carthag. III. cap. 27.

Vt clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

VIII.

Cod. Can. cap. 41. De consecr. dist. 1. Sacramenta altaris.

Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue episcoporum, siue ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inueniuntur.

IX.

Cod. Can. cap. 42. Dist. 42. Nulli episcopi in.

Vt nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

X.

Cod. Can. cap. 43. 26. qu. 27. Pœnitentibus.

Vt pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Et vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absentiæ episcopi

ANNO CHRISTI 424. necessitate cogente. Cuiuscumque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam commouerit, ante absidem manus ei imponatur.

XI.

Vt virgines sacræ, cum parentibus (a quibus custodiebantur) priuatæ fuerint, episcopi prouidentia (vel presbyteri, vbi episcopus absens est) in monasterio virginum, vel grauioribus feminis commendentur, vt simul habitantes, inuicem se custodiant; ne passim vagando ecclesiæ lædant * existimationem. Cod. Can. cap. 44. & in Carthagin. III. cap. 33.

* opinionem.

XII.

Vt ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Vt scenicis atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis reconciliatio non negetur. De consecr. dist. 4. Ægrotantes si pro. Cod. Can. cap. 45. & in Carthag. III. cap. 34. & 35. De cõsecr. dist. 2. Scenicis atque histrionibus.

XIII.

Liceat etiam legi passiones martyrum cum anniuersarii dies eorum celebrantur. Cod. Can. cap. 46.

XIV.

De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & consacerdotes nostros Siricium & Simplicianũ de solis infantibus qui baptizantur penes eosdem, ne (quod suo non fecerunt iudicio) cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, * ne promoueantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Vrbanus episcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt: Iamdudum cum apud sanctita- qu. 4. cap. Placuit vt. Cod. Can. cap. 47.

* ne prouehãtur, *vel*, quominus promoueantur

tem veſtram allegaremus ſcripta, dilati ſumus ea contemplatione, quouſque fratres noſtri aduenire poſſent de Numidia legati: ſed quia non parui dies ſunt, quibus expectati minime venerunt, vltra prætermittere, quæ nobis mandata ſunt a noſtris coepiſcopis, non oportet: atque ideo, fratres, ſuggeſtionem noſtram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus. Verum & de ſacrificiis inhibendis poſt prandium, vt a ieiunis (ſicuti dignum eſt) offerantur, & tunc & nunc firmatum eſt. Anno Christi 424

XV.

Cod. can. cap. 48. De conſec. diſt. 4. Non licet fieri. & in Carthag. III. cap. 38. 11. qu. 1. ca. Petimus, vt dignemini.

Illud autem ſuggerimus mandatum nobis, quod etiam in *Capuenſi plenaria Synodo videtur ſtatutum, vt non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel tranſlationes epiſcoporum. Nam Creſconius Villæ Rhegienſis epiſcopus, plebe ſua derelicta, *Tubunienſem inuaſit eccleſiam: & vſque hodie commonitus, (ſecundum quod ſtatutum fuerat) relinquere eamdem, quam inuaſerat, plebem contempſit. Aduerſum iſtum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuimus: ſed petimus, ſecundum quod nobis mandatum eſt, vt dignemini dare fiduciam, *quo iam, neceſſitate ipſa cogente, liberum nobis ſit, rectorem prouinciæ, ſecundum ſtatuta glorioſiſſimorũ principum, aduerſus illum adire, vt qui miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere noluit, & emendare illicitum, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius epiſcopus dixit: Seruata forma diſciplinæ, non æſtimabitur appetitus, ſi a veſtra caritate modeſtius

*Capſenſi, alias, Carpeti

*Tibiſ-ſem.

*qu-

ANNO CHRISTI 424. destius conuentus recedere retractauerit, cum fuerit, suo contemptu & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc * enim omnibus placet? Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, & iustum est.

* for. itē

XVI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis celebrari episcoporum ordinationes. Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficiant, qui fuerint a metropolitano directi ad episcopū ordinandum. Propterea quia in Tripoli forte & in * Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes: nam in Tripoli (vt asseritur) episcopi sunt quinque tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari: difficile est enim, vt de quolibet numero omnes possint occurrere: numquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ vtilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas humaniter conuenire, crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus. Numquidnam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minus aduocare episcopos? Sed facile est mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos. Quapropter cernit mecum caritas vestra hoc ipsum obseruari non posse.

Cod. Can. cap. 49. & in Carthag. III. cap. 59.

* Arguze vel, Arazyta

XVII.

Anno Christi 424.

Dist. 23. Illud statuendum est. Cod. Can. cap. 50. & in Carthag. III. cap. 40.

Sed & illud est statuendum, vt quando ad eligendum episcopum conuenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres episcopi iam, sed postulentur ad numerum supradictorum (si haberi possunt) * vnus vel duo: & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradicentium: postremo etiam illa, quæ obiiciuntur, pertractentur: & cum purgatus fuerit, in conspectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignationis responsione. *Ab vniuersis episcopis dictum est:* Satis placet.

* deest 1113

XVIII.

Cod. Can. cap. 51.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio nostro omnia tractata noscuntur, addimus etiam de die Paschæ nobis esse mandatum, vt de ecclesia semper Carthaginensi (sicut assolet) instruamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur, (quoniam nos spopondisse iamdudum meminimus) vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tunc diuulgabitur sanctus Paschæ dies per legatos qui adfuerint Concilio. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, vt literis prouinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necesse est.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIX.

ANNO CHRISTI 424.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis verbo mandatum est, vt quia constitutum est in Concilio Hipponensi, singulas debere prouincias tempore Concilii visitandas esse, dignemini etiam (quod hoc anno secundum ordinem distuliſtis) vel alio anno Mauritaniam prouinciam visitare. Aurelius episcopus dixit: Nunc de prouincia Mauritania (propterea quod in finibus Africæ posita sit) nihil statuimus, siquidem vicinæ sunt barbarico. Sed præstet Deus, vt ex abundanti non pollicentes, venire possimus ad vestram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc sibi & Tripolitani & * Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur. Cod. Can. cap. 52.

*Arguzitani, al. Arzytani

XX.

Epigonius episcopus dixit: Multis Conciliis hoc statutum a cœtu sacerdotali est, vt plebes, quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero, quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent: vel certe, cum eleuati fuerint, quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque stolidi aduersum episcopum suas ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuiis sibi * concinnantes plebem, * vel certe persuasu maligno, vt illicito fauore eosdem velint sibi collocare rectores. Quod quidem insigne mentis tuæ tenemus votum, 16. quæst. 1. Multis Conciliis. Cod. Can. cap. 53. & in Carthag. III. cap. 42.

* conciliantes

* vt persuasu maligno & illicito

frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpe oppreſſiſti, non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & praue concinnata Concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, nec vnquam proprium epiſcopum habuit. Quapropter ſi vniuerſo ſanctiſſimo cœtui placet hoc quod proſecutus ſum, confirmetur. Aurelius epiſcopus dixit: Fratris & conſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me & feciſſe & facturum eſſe profiteor circa eos ſane qui fuerint concordes, non ſolum circa eccleſiam Carthaginenſem, ſed circa omne ſacerdotale conſortium. Sunt enim plerique conſpirantes cum plebibus propriis, quas decipiũt, vt dictum eſt, earum ſcalpentes aures, blandi ad ſeducendum vitioſæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc conſortio ſeparati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conuenti ad Concilium venire detrectant, ſua forte ne prodantur flagitia metuentes: dico, ſi placet, circa hos non tantũ diœceſes non eſſe ſeruandas, verum & de propria eccleſia, quæ illis male fauerit, omnimodo annitendum, vt etiam auctoritate publica reiiciantur, atque ab ipſis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuerſis fratribus, ac toti Concilio inhæſerit, non ſolum ſua, iure integro, ſed & diœceſes poſſideat. At vero, qui ſibimet putant plebes ſuas ſufficere, fraterna dilectione contempta, non tantum diœceſes amittant, ſed (vt dixi) etiam propriis publica careant auctoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus epiſcopi di-

ANNO CHRISTI 424.

In Carthagin. III. cap. 43.

ANNO CHRISTI 424. xerunt: Summa prouisio sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, & puto omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es, roboranda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet, placet.

XXI.

Epigonius episcopus dixit: In multis Conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est a vestra prouidentia, beatissimi fratres, vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam paruitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, vt eum qui a me baptizatus est, cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatum, cumque multis annis a me aleretur, atque incresceret, hunc, vt dixi, baptizatum esse in ecclesia mea per manum paruitatis meæ, constat: (idem in diœcesi Mappalienſi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quasi proprium ciuem sui loci * Vzaritani, me inconsulto, vsurpare: nam & diaconum illum ordinauit. Hoc si liceat, pateat hæc licentia a vobis, beatissimi fratres: sin minus, tam impudens cohibeatur, ne se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata, neque consulta tua dignatione, id videtur feciſſe Iulianus, iudicamus omnes inique factum atque indigne. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eumdem clericum (quem fuerat ausus ordinare)

Cod. Can. cap. 54. & in Carthag. 44.

Locus obscurus, sic forte restituendus vti supra in Conc. III. Carthag. est notatum.

* Vssaritani,

reuocauerit tuæ plebi, contra ſtatuta Concilii faciens, contumaciæ ſuæ, ſeparatus a nobis, excipiet iudicium. Epigonius epiſcopus dixit: Ætate pater, & ipſa promotione antiquiſſimus, vir laudabilis frater & collega noſter Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici. Anno Christi 414

XXII.

Cod. Can. cap. 55. & in Carthag. III. cap. 45.

Aurelius epiſcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contigit nonnunquam vt poſtulentur ab eccleſiis, quæ præpoſitis egent, vel presbyteris, vel epiſcopis: & tamen memor ſtatutorum id ſequor vt conueniam epiſcopum eius, atque ei inculcem, quod eius clericus a qualibet eccleſia poſtuletur. Sed forte in hodierno non reluctati ſunt, & ne quando contingat vt reluctentur, cum fuerint a me in hac cauſa poſtulati, quem ſcitis multarum eccleſiarum & ordinandorum curam ſuſtinere: iuſtum eſt ergo, vt quemlibet conſacerdotum conueniam, cum duobus e conſortio noſtro vel tribus teſtibus. Sin vero indeuotus extiterit, quid cenſet caritas veſtra faciendum? Ego enim † cunctarum eccleſiarum, dignatione Dei (vt ſcitis fratres) ſolicitudinem ſuſtineo. Numidius epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, vt vnde vellet, & de cuius nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cuiuſque eccleſiæ ordinare epiſcopum. Epigonius epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem. Minus enim præſumis, frater: & cum te bonum & clementem omnibus * præbes, (habes enim hoc in arbitrio) ſatis eſt, vt ſatisfiat perſonæ vniuſcuiuſque epiſcopi in prima tantummodo con-

† Cunctarũ per Africam tantum, non per totum orbem, ſicut Romanus pontifex.

Diſt. 19. Ita dominos.

* reddit.

ANNO CHRISTI 424. uentione. Si autem quod *libet huic sedi vendicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, vt liceat voluntati tuæ semper tenere quem voles, vt præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, vnde voles. Postumianus episcopus dixit : Deinde qui vnum habuerit, numquid debet illi ipse vnus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit : Sed episcopus vnus esse potest, per quem dignatione diuina presbyteri multi constitui possint: vnus autem episcopus difficile inuenitur constituendus. Quapropter, si necessarium episcopatui quis habuerit presbyterum, & vnum, vt dixisti frater, habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius episcopus dixit: Sane quando tu ecclesiæ alterius subueneris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

* licet

XXIII.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt : Audiuimus constitutum, vt diœceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu eius sub quo fuerint constitutæ : sed in prouincia nostra, cum aliqui forte in diœcesi (concedente eo episcopo, in cuius potestate fuerant constitutæ) ordinati sunt episcopi, etiam diœceses sibi vendicant : hoc & corrigi caritatis vestræ iudicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius episcopus dixit : Singulis epi-

Cod. Can. cap. 56. Et in Carthag. III. cap. 46.

ſcopiis ſeruatum eſt, quod decebat, vt ex maſſa diœceſium nulla caperetur, vt proprium epiſcopum * habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi conſenſerit, vt eadem diœceſis permiſſa proprium tantum epiſcopum habeat, & ceteras ſibi non vindicet diœceſes: quia exempta de faſce multarū, ſola meruit honorem epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius epiſcopus dixit: Non dubito caritati veſtræ omnium placere, eum qui in diœceſi, concedente epiſcopo qui matricē tenuit, ſolam eamdem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmauimus. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

Anno Christi 424.

* for haberet,

XXIV.

Sup. cap. 14. 1. qu. 4. cap. Qui apud Donatiſtas. Cod. Can. cap. 57.

Vnde quoniam ſuperiori Concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit vnanimitas veſtra, vt hi qui apud Donatiſtas paruuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſteaquam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate, falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam, per vniuerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt: debere talibus ſuſcipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram eccleſiam illorum putauerint, ad fidem accedendo,

Anno Christi 424. dendo, & ibi Christo crediderint, & trinitatis sacramenta perceperint, quæ omnia vera & sancta atque diuina esse certissimum est, & in his omnem animæ spem constitutam. Quamquam & hæreticorum præsumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat. Quæ quoniam simplicia sunt, vt præmonet B. Apostolus, dicendo: *Vnus Deus,* Ephes. 4. *vna fides, vnum baptisma,* & iterari non liceat, quod semel dari oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manus impositionem in vnam ecclesiam, vnam columbam (vt dictum est) & v- Cant. 6. nam matrem omnium Christianorum, vbi omnia illa sacramenta salubriter & æterne & vitaliter accipiuntur, quæ perseueranter in hæresi magnam damnationis pœnam conquirunt, vt quod eis in veritate ad æternam vitam consequendam esset luminosius, hoc in errore sit tenebrosius atque damnosius. Quod fugientes nonnulli, & matris ecclesiæ vbera cognoscentes, quia illa omnia sancta mysteria amore veritatis crediderunt atque perceperunt, quibus sacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas accesserit, sine dubio ad officium clericatus tales esse applicandos, & maxime in tanta rerum necessitate, nullus est qui non concedat. Quamquam nonnulli eiusdem sectæ clerici cum plebibus atque honoribus suis ad nos transire desiderant, qui amore honoris, aut persuadent ad vitam, aut retinent ad salutem. Sed hoc maiori fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo, vt prudentiori suo Concilio nostræ suggestionis sermonem cum perpenderint, quid

de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantum de his qui infantes baptizati sunt, satagimus, vt nostræ, si placet, in iisdem ordinandis consentiant voluntati. Omnia ergo quæ superius comprehendimus, apud sanctos episcopos agenda esse, mecum honorabilis fraternitas vestra perpendit. ANNO CHRISTI 444.

XXV.

Cod. Can. cap. 58. Instant etiam aliæ necessitates a religiosis imperatoribus postulandæ, vt reliquias idolorum per omnem Africam iubeant penitus amputari: nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diuersis adhuc erroris istius iniquitas viget: vt præcipiant & ipsa deleri, & templa eorum, quæ in agris vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, iubeantur omnimodo destrui.

XXVI.

2. quæst. 6. Statutum est, vt qui. Cod. Can. cap. 59. Petendum etiam, vt statuere dignentur, vt si qui forte in ecclesia quamlibet causam iure apostolico ecclesiis imposito agere voluerint, & fortasse decisio clericorum vni parti displicuerit; non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui cognitor vel præsens fuerit. Et nulla ad testimoniũ dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

XXVII.

Cod. Can. cap. 60. Illud etiam petendum, vt quæ contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta sunt, (ita vt nunc a paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur) vetari talia iubeant, & de ciuitatibus & de possessionibus, imposita pœ-

ANNO CHRISTI 424. na, prohiberi: maxime, cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent, vt matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor, deuote venientium ad sacratissimum diem, iniuriis lasciuientibus appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.

XXVIII.

Nec non & illud petendum, vt spectacula theatrorum ceterorumque ludorum, die dominica vel ceteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoueantur, maxime quia sancti Paschæ octauarum die populi ad circum magis quam ad ecclesiam conueniunt: * & debere transferri deuotionis eorum dies, si quando occurrerint: nec oportere etiam quemquam Christianorum cogi ad hæc spectacula; maxime, quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas a quoquam adhibenda est: sed (vti oportet) homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus concessa. cooperatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula conuenire. Cod. Can. cap. 61.

* for. & liceat (seu ius ac fas sit) transferri.

XXIX.

Et illud petendum, vt statuere dignentur, vt si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab ecclesiis, quibus præfuit, siue a quo- Cod. Can. cap. 62.

libet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant. ANNO CHRISTI 424.

XXX.

Cod. Can. cap. 63. Et de his etiam petendum, vt si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

XXXI.

Cod. Can. cap. 64. De manumissionibus sane in ecclesia dicendis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiduciæ istorum ordinem sequi, data plane licentia misso legato, vt quæcumque digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu Domini accepturos. Quæ omnia, si sanctitati vestræ placent, edicite, vt & meam suggestionem ratam esse vobis aduertant, & nostram omnium consensionem sinceritas eorum libenter accipiat. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placent hæc, quæ iniuncta sunt peragenda, & prudenter a tua sanctitate narrata.

XXXII.

Cod. Can. cap. 65. Aurelius episcopus dixit: Equitii etiam, olim merito suo episcopali sententia damnati, non arbitror prætereundam esse legationis causam, vt si forte eum in illis partibus repererit, sit eidem fratri nostro curæ, pro ecclesiæ statu (quod oportuerit, vel vbi licuerit) aduersus eum peragere. Ab vniuersis episcopis dictum est: Multum placet & ista pro-

ANNO CHRISTI 424. secutio, maxime cum olim damnatus sit Equitius, & eius impudens inquietudo, pro statu & salute ecclesiæ, magis magisque vbique repellenda. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

IN HOC CONCILIO LITERAE LEGVNTVR Anastasii Romani pontificis, de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

VINCENTIO & Flauito viris clarissimis consulibus, Idibus Septembris, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ, cum in Concilio congregati in ecclesia Carthaginensi consedissemus ex Africanis omnibus prouinciis episcopi, id est, Aurelius eiusdem sedis episcopus cum collegis suis, quos eorum subscriptio manifestat, ait idem Aurelius episcopus: Recitatis epistolis beatissimi fratris & consacerdotis nostri Anastasii, ecclesiæ Romanæ episcopi, quibus nos paternæ & fraternæ caritatis solicitudine ac sinceritate adhortatus est, vt de hæreticorum & schismaticorum Donatistarum insidiis & improbitatibus, quibus Africanam ecclesiam catholicam grauiter vexant, nullo modo dissimulemus; gratias agimus Domino nostro, quod illi optimo ac sancto antistiti suo tam piam curam pro membris Christi (quamuis in diuersitate terrarum, sed in vna compage corporis constitutis) inspirare dignatus est.

De causa & & tempore huius Concilii, vide notas Concilii Africani III. sub Anastasio supra.

XXXIII.

Deinde pertractatis & consideratis omnibus quæ vtilitati ecclesiæ conuenire videbãtur, annuente atque admonente Spiritu Dei, eligimus cum memoratis hominibus (quamuis de dominici corporis vnitate inquieta dissensione præcisis) leniter & pacifice agere, vt (quantum in nobis est) omnibus, qui eorum communione & societate irretiti

Cod. Can. cap. 66.

sunt, per vniuersas prouincias Africanas penitus innoteſcat, quam miſerabili errore deuincti ſunt diuerſa ſentientes; *ne forte*, ſicut dicit Apoſtolus, nobis in manſuetudine corripientibus, *det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captiuati ab ipſo in ipſius voluntatem.* Anno Christi 444

2. *Tim.* 2.

XXXIV.

Cod. Can. cap. 67. Itaque placuit, vt ex Concilio noſtro literæ darentur ad iudices Africanos, a quibus hoc peti congruum videretur, vt in hoc adiuuent communem matrem eccleſiam catholicam, in quo epiſcopalis auctoritas communiri in ciuitatibus poteſt, id eſt, vt iudiciaria poteſtate atque *diligentia*, ex fide Chriſtiana, quid geſtum ſit in omnibus *locis*, in quibus Maximianiſtæ baſilicas obtinuerunt, qui ab eis ſchiſma fecerunt, inquirant, & geſtis publicis propter firmam notitiam omnibus neceſſariam faciant inhærere.

XXXV.

Cod. Can. cap. 68. Deinde placuit, vt literæ mittantur ad fratres & coepiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo nouerit habere Africam magnam neceſſitatem, propter eccleſiæ pacem & vtilitatem, vt ex ipſis Donatiſtis, quicumque clerici correcto conſilio ad catholicam vnitatem tranſire voluerint, ſecundum vniuſcuiuſque epiſcopi catholici volūtatem atque conſilium, qui in eodem loco gubernat eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus

ANNO CHRISTI 424. suſcipiantur, ſicut prioribus eiuſdem diuiſionis temporibus factum eſſe manifeſtū eſt. Quod multarum & pene omnium Africanarum eccleſiarum, in quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur: non vt Concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſoluatur: ſed vt illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis compenſatio procu-
*proficeret, retur. Per quos autem vel omnimodo * perfici, vel adiuuari manifeſtis fraternarum animarum lucris catholica vnitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit; non eis obſit, quod contra honores eorum (quamuis ſalus nulli intercluſa ſit) in tranſmarino Concilio ſtatutum eſt, id eſt, vt ordinati in parte Donati, ſi ad catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundum tranſmarinum Concilium, exceptis his, per quos catholicæ vnitati conſuletur.

XXXVI.

Deinde placuit, vt his peractis, legati etiam præ- Cod. Can. cap. 69.
dicandæ pacis atque vnitatis gratia, ſine qua ſalus Chriſtiana non poteſt obtineri, e numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarum, ſiue quos habent epiſcopos, ſiue ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant quod aduerſus eccleſiam catholicam iuſte poſſint dicere: maxime vt manifeſtum fiat omnibus per geſta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmaticis ſuis egerint: vbi eis diuinitus demonſtratur, ſi attendere velint, tam inique tunc illos ab eccleſiæ

vnitate præciſos, quam inique nunc clamant a ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe: ex quorum tamen numero, quos iam plenarii Concilii ſui auctoritate damnauerant, in ſuis honoribus denuo receperunt, & baptiſmum, quem damnati & excluſi dederant, acceptauerunt: vt videant, quam ſtulto corde reſiſtant paci eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cum iſta faciant pro parte Donati: neque ſe iſtorum, quos ita receperunt, communione, propter intuitum pacis, contaminari dicant: & nos condemnent, id eſt, eccleſiam catholicam, etiam in extremis terrarum partibus conſtitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accuſantes conuincere nequiuerunt. Anno Christi 414.

XXXVII.

Diſt. 84. Cũ de quorumdam. Et diſt. 32. Placuit epiſcopos, presbyteros diaconos, ſubdiac. Et ſupra in Concilio Carthaginenſi V. cap. 3. Cod. Can. cap. 70.

Præterea, cum de quorumdam clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur: placuit, epiſcopos & presbyteros & diaconos, ſecundum priora ſtatuta, etiam ab vxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere.

XXXVIII.

8. quæſt. 1. cap. Placuit, vt nemini. Et in Concilio Carthaginenſi V. cap. 5. Cod. Can. cap. 71.

Rurſum placuit, vt nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius (quam oportet) conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

XXXIX.

De cõſect. diſt. 4. Placuit de infantibus.

Item placuit de infantibus, quoties non inue-

niuntur

ANNO CHRISTI 424. niuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque vllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a Barbaris redimunt. Et in Carthaginensi V. cap. 6. Cod. Can. cap. 72.

XL.

Item placuit, vt dies venerabilis Paschæ Formatarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero Concilii idem seruetur, qui in Hipponensi Concilio constitutus est, id est, decimo Kalendas Septembris. Et scribendum ad singularū quarumque prouinciarum primates, vt quando apud se Concilium congregant, istum diem non impediant. De consecr. dist. 3. Placuit, vt venerabilis. Et in Carthaginensi V. cap. 7. Cod. can. cap. 73.

XLI.

Item constitutum est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur. 7. quæst 1. cap. Constitutū est, vt. Et in Carthag. V. cap. 8. Cod. Can. cap. 74.

XLII.

Ab imperatoribus vniuersis, visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur. 23. quæst. 5. Ab imperatoribus. Et Carthag. V. cap. 9. Cod. Can. cap. 75.

XLIII.

Item placuit, vt quotiescumq; Concilium con- Dist. 18. Vt quotiescumque.

Et in Carthaginensi V. cap. 10. Cod. can. cap. 76.

gregandum est, episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant: & primatibus suarum quarumque prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant: ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem Concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoria subscribant: vel si post aduentum tractoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint; nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

Anno Christi 424

XLIV.

Cod. Can. cap. 77.

De Cresconio * Villaregensi *hoc omnibus* visum est, vt hinc quoque primati Numidiæ intimetur, quo cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conueniendum esse, vt proximo vniuersali Africano Concilio suam præsentiam non differat exhibere. Quod si venire contempserit, in se cognoscat sententiam promulgandam.

XLV.

Cod. can. cap. 78.

Rursum placuit, vt quoniam Hipponensium Diarrhytorum ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, & ecclesiæ ibi ab his retinentur qui Equitii facinorosam communionem declinauerunt, missis ex præsenti Concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambiuio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorio, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Ro-

ANNO CHRISTI 424. gatiano : conuentis ergo & correctis his qui culpabili pertinacia fugam eiusdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si autem illi pacem considerare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præposito vtilitatem tanto tempore ecclesiæ destitutæ.

XLVI.

Rursus constitutum est, vt quoties clericis conuictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, (si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere) intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

11. quæst. 3. Rursus cõstitutũ est. Et in Carthag. V. cap. 12. Cod. Can. cap. 79.

XLVII.

Item placuit, vt si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituerit; episcopus, qui hoc fecerit, a ceterorum communione seiunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit : & ille neque clericus, neque præpositus perseueret.

Dist. 58. Si quis de alterius. Et in Carthaginensi V. cap. 13. Cod. Can. cap. 80.

XLVIII.

Item constitutum est, vt si quis episcopus heredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut paganos, ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atq;

Cod. Can. cap. 81.

eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus deceſſerit, qui vtique debuit, factus epiſcopus, rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre. Anno Christi 424

XLIX.

Cod. Can. cap. 82. Item placuit, vt de manumiſſionibus in eccleſia celebrandis ab imperatore petatur.

L.

De cõſecr. diſt. 1. Placuit vt altaria. Et in Carthag. V. cap. 14. Cod. Can. cap. 83. Item placuit, vt altaria, quæ paſſim per agros, & per vias tamquam memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi vbi corpus aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia & per inanes quaſi reuelationes quorumlibet hominum vbicumq; conſtituuntur altaria, omni modo reprobentur.

LI.

Et in Concilio Carthaginenſi V. cap. 15. Cod. Can. cap. 84. Item placuit, ab imperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquiæ idololatriæ, nõn ſolum in ſimulacris, ſed in quibuſcumque locis vel lucis vel arboribus omni modo deleantur.

LII.

Cod. Can. cap. 85. Vt ſi quæ literæ dictandæ in Concilio placue-

ANNO CHRISTI 424.

rint, venerandus episcopus, qui huic sedi præsidet, omnium nomine dictare & subscribere dignetur, in quibus etiam ad episcopos legatos, qui per prouincias Africanas in causa Donatistarum mittendi sunt, placuit literas dari, tenorem mandati continentes, quem non egrediantur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic Decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

SEQVVNTVR CONCILIA AFRICANA SVB INNOCENTIO HABITA.

In hoc Concilio præterita Decreta firmantur.

MILEVITANVM I.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus Carthaginensis in Concilio vniuersali consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiæ sanctæ vnum est corpus, omniumque membrorum caput est vnum, factum est, volente Deo, & nostram infirmitatem iuuante, vt ad hanc ecclesiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso caritatem vestram, quia ita credendum est, (quia noster accessus ad vos nec superfluus, nec insuauis est cunctis) vt consensus omnium vestrum manifestetur concordare complacitis Decretorũ, quæ iamdudum vel Hipponensi Synodo firmata sunt, vel postmodum meliore Concilio apud Carthaginem definita, nunc quoque nobis ex ordine recitentur. Tunc demum fraternitatis vestræ concordia luce clarior apparebit, si hæc, quæ a nobis superioribus Conciliis legaliter definita noscuntur, non solum consensu vestro his actis, verum & subscriptionibus manifestis. Xanthippus episcopus primæ sedis Numidiæ * sua manu confirmauit, subscribendo etiam nobis placere posse, & nostra subscriptione firmamus. Nicetius episcopus primæ sedis Mauritaniæ

De loco, tempore, causa, aliisve quibusdam gestis huius Concilii, vide notas Concilii Mileuitani I. supra sub Innocentio.

* Dixit: Credo, quod omni fraternitati

Sitiphensis dixit: Quæ recitata sunt Decreta, quoniam ratione non carent, & sunt approbata cunctis, etiam & meæ paruitati hæc placent: quæ quidem propria subscriptione firmabo. Anno Christi 424. placuit, & statuta sua manu confirmauerunt.

LIII.

In Cõcilio Mileuitano, cap. 13. Cod. Can. cap. 87.

Valentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequor ea quæ præterito tempore in ecclesia Carthaginensi gesta sunt, & subscriptionibus fratrum firmata claruerunt, & iam nos * hæc seruaturos esse profiteor. Sed illud scimus, inuiolate semper mansisse ecclesiasticam disciplinam, ita vt nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis caritatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus gratanter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborari. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem vt hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuauit frater & consacerdos noster, vt vnusquisque nostrum ordinem sibi decretum a Deo cognoscat, * & vt posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re dico (prout captus animi mei retinet) eos qui putauerint, spretis maioribus, aliquid præsumendum, competenter ab omni esse Concilio coercendos. Xanthippus episcopus primæ sedis Numidiæ dixit: Audiuit omnium fratrum præsentia prosecutionem fratris & consacerdotis nostri Aurelii. Quid ad hæc responderunt? Datianus episcopus dixit: Quæ maiorum

* ex hoc

* ne posteriores anterioribus se præferant.

ANNO CHRISTI 424. decreuit ſententia, noſtro aſſenſui mancipabuntur, vt quæ præteritorum Conciliorum geſtis tenentur Carthaginenſis eccleſiæ, noſtra aſſenſione plene apud omnes firma teneantur. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus & a maioribus ſeruatus eſt, & a nobis, Deo propitio, ſeruabitur, ſaluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

De archibo & matricula Numidiæ.

DEINDE placuit omnibus epiſcopis, qui in hoc Concilio ſubſcripſerunt, vt matricula & archibus Numidiæ apud primam ſedem ſit, & in metropoli, id eſt, Conſtantina. Archibus pro archiuus.

LIV.

De Quodvultdeo etiam Centurienſi (quoniam aduerſarius ipſius cum ſe petiſſet introduci ad Cōcilium noſtrum, interrogatus vtrum cum eo vellet apud epiſcopos experiri, primo promiſerat, & alia die reſpondit hoc ſibi non placere, atque diſceſſit) placuit omnibus epiſcopis, vt nullus eidem Quodvultdeo communicet, donec cauſa eius, qualem potuerit, terminum ſumat. Nam adimi ei epiſcopatum, antequam cauſæ eius exitus appareret, nulli Chriſtiano videri iure potuiſſet. Cod. Can. cap. 87.

LV.

De Maximiano autem Bagaienſi, & ad eum, & ad ipſam plebem placuit de Concilio literas dari, vt & ipſe ab epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant. Cod. Can. cap. 88.

LVI.

Deinde placuit, vt quicumque deinceps ab epiſcopis ordinantur per prouincias Africanas, literas Et in Mileuitano cap. 14. Cod. Can. cap. 89.

accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes consulem & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur. ANNO CHRISTI 424.

LVII.

Dist. 72. Placuit vt quicũque. Et in Mileuitano cap. 15. Cod. Can. cap. 90.

Item placuit, vt quicumque in ecclesia vel semel susceptο officio legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic Decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

IN HOC CONCILIO, QVID EGERINT episcopi, qui ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

De hoc Cõcilio vide notas in Concilium Africanũ I. sub Innocentio.

GLORIOSISSIMO imperatore Theodosio Augusto & Rumorido viris clarissimis consulibus, VIII. Kalendas Septembris, Carthagine, in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus in vniuersali Concilio consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc Concilium congregata est. Iamdudum enim, (sicut vestra sanctitas recordatur) habito Concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis cursum narrare. Et licet hesterno die de hac re considerantibus nobis, præter gesta ecclesiastica diligentius, quæ gesserint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

DE EPISCOPIS PROVINCIARVM AFRICAE qui non adfuerunt præsenti Concilio.

ORDO itaque rerum deposcit, vt primitus de fratribus nostris & consacerdotibus, qui ad hoc Concilium vel de Byzacio, vel certe de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodum huic Concilio decreuerint interesse, & offerentibus Philologo, Geta, Venustiano

ANNO CHRISTI 424. ſtiano & Feliciano, epiſcopis prouinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano & Siluano, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis, legationis literas, & recitatis, Aurelius epiſcopus dixit: Horum ſcriptorum textus ſociabitur geſtis.

De epiſcopis Byzacenis.

NVMIDIVS epiſcopus dixit: Animaduertimus, fratres & coepiſcopos noſtros Byzacenæ prouinciæ & Mauritaniæ Sitiphenſis, ad Concilium deſtinaſſe legatos: nunc quæramus, vtrum legati Numidiæ aduenerint, vel certe prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæſarienſis.

De epiſcopis Mauritaniæ Sitiphenſis.

LVCIANVS & Siluanus epiſcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis, dixerunt: Sero ad Cæſarienſes fratres noſtros tractoria venit. Nam iam & illi venirent, tamen neceſſe eſt veniant. Et confidimus de animis illorum, quia ſi quid in hoc Concilio geſtum fuerit, & ipſi ſine dubio ſuos conſenſus adhibebunt.

De epiſcopis Numidiæ.

ALYPIVS epiſcopus eccleſiæ Tagaſtenſis dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & ſancti fratres Auguſtinus & Poſſidius, ſed de Numidia legati mitti non potuerunt, quod adhuc tumultu tironum epiſcopi propriis neceſſitatibus in ciuitatibus ſuis aut impediti, aut occupati ſunt. Nam etiam tractoriam ſanctitatis tuæ cum ad ſanctum ſenem Xanthippum deferrem, in præſenti tractatu hoc viſum fuerat, vt Concilium indiceretur, quo inſtructa legatio poſſet ad hoc Concilium deſtinari. Sed cum eum poſterioribus literis admonerem de impedimẽto tironum, vt ſuperius dixi, reſcriptis propriis excuſauit. De Tripolitanis vero fratribus noſtris hoc potui condiſcere, quod Dulcitium fratrem noſtrum deſtinauerunt legatum: ſed quia non potuit occurrere, hoc aſſeuerauerunt quidam filii noſtri, venientes de ſupradicta prouincia, quod memoratus naui ſe commiſerat. Et credendum eſt, accidiſſe nonnullam de tempeſtatibus

De tironibus deſertoribus militiæ vide quæ notauimus loco præcedẽti.

moram, quæ retardaret eius aduentum. Tamen etiam circa ipsos (si caritati vestræ placet) hæc forma seruabitur, vt placita ad eosdem Concilii transmittantur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Hæc, quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent. Anno Christi 414.

LVIII.

Cod. Can. cap. 91. Aurelius episcopus dixit: Quod in tractatum venit caritatis vestræ, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio vestrum omnium hoc deprompsit, debere vnumquemque nostrum in ciuitate sua per se conuenire Donatistarum præpositos, aut adiungere sibi vicinum collegam, vt pariter eos in singulis quibusque ciuitatibus vel locis per magistratus vel seniores locorũ conueniant. Hoc, si omnibus placet, edicatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet, & omnes hac subscriptione nostra firmabimus. Petimus etiam, vt epistolis ad iudices de Concilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius episcopus dixit: Si videtur caritati vestræ, forma conuentionis eorum recitetur, vt hunc tenorem prosecutionis omnes (si placuerit) teneamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Recitetur. Lætus notarius recitauit.

LIX.

Cod. Can. cap. 92. Ille episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid de auctoritate illius amplissimæ sedis impetrauerimus, petimus grauitatem vestram recitare, & gestis innecti, atque vt in effectum deduci iubeatis. Recitata autem iussione, atque actis innexa, dicat. Ille episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid ergo nobis de Concilio ecclesiæ catholicæ mandatum sit, ad Do-

ANNO CHRISTI 434. natiſtas per veſtram grauitatem perferendum, audire, & actis inſerere, & ad eos perferre dignemini, eorumque reſponſionem rurſus apud acta veſtra nobis inſinuare. Conuenimus vos ex Concilii noſtri catholica auctoritate miſſi, de veſtra correctione gaudere cupientes, conſiderantes Domini caritatem, qui dixit: *Beati pacifici, quia ipſi filii Dei vocabuntur:* & admonuit per prophetam, etiam his qui dicunt ſe fratres noſtros non eſſe, dicere nos debere, *Fratres noſtri eſtis*. Hanc ergo pacificam ex caritate venientem communionem noſtram contemnere non debetis, vt ſi quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis aſſerere, id eſt, vt congregato veſtro Concilio, deligatis ex vobis, quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis, vt & nos poſſimus hoc facere, vt etiam de noſtro Concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, conſtituto loco & tempore, quidquid quæſtionis eſt, quod veſtram a nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant: & tandem aliquando, adiuuante Domino Deo noſtro, finem veternoſus error accipiat, ne propter animoſitatem hominum infirmi noſtri & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluceſcet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facile innoteſcet. Cumque recitata eſſet, ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet. Hoc fiat. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic Decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

Hæc eſt illa forma conuentionis, de qua vide quæ notauimus loco prædicto.

Matth. 5.

Iſa. 66. iuxta 70.

HAEC SYNODVS ADVERSVS Donatiſtas legationem ad principes dirigit.

Anno Christi 424

De hoc Cõcilio vide notas Concilii Africani II. ſub Innocentio ſupra. Cod. Can. cap. 93.

GLORIOSISSIMO imperatore Honorio Auguſto ſextum conſule, XVI. Kalendas Iulias, Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Theaſius & Euodius contra Donatiſtas, in quo Concilio inſertum eſt commonitorium, quod ita in ſe continet:

LX.

Commonitorium fratribus Theaſio & Euodio legatis ex Carthaginenſi Cõcilio ad glorioſiſſimos religioſiſſimoſque principes miſſis. Cum Domini auxilio piiſſimos imperatores adierint, eis inſinuent, quemadmodum plena fiducia, ſecundum ſuperioris anni Concilium, Donatiſtarum præpoſiti actis municipalibus ſunt conuenti, vtſi confiderent de aſſertionibus ſuis, electis ex ſuo numero aliquibus idoneis, nobiſcum pacifice conferrent, & manſuetudine Chriſtiana, ſi quid veritatis tenerent, non ambigerent demonſtrare, quo ita ſinceritas catholica, quæ iampridem ſuperioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam vel pertinaciam reſiſtentibus innoteſceret: ſed quia diſſidentia premebantur, nihil pene auſi ſunt reſpondere. Vnde quia impletum eſt erga nos epiſcopale ac pacificum officium, & illi, qui veritati reſpondere nequiuerunt, ad immanes violentias ſunt conuerſi, ita vt multos epiſcopos, multoſque clericos (vt de laicis taceamus) inſidiis oppreſſerint, eccleſias etiam aliquas inuaſerint, aliquas inuadere pertentauerint; ipſorum iam clementiæ eſt conſulere vt eccleſia catholica, quæ eos religioſo vtero

ANNO CHRISTI 424. genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam prospectione muniatur, ne temerarii homines religiosis temporibus, infirmos populos terrendo, prævaleant, quoniam seducendo deprauare non possunt. Nota est enim,& sæpe legibus conclamata Circumcellionum, qua furiunt, detestabilis manus, quæ etiam ipsorum religiosissimorum supra principum frequentibus sanctionibus condemnata est, aduersus quorum furorem possemus non insolita,nec a scripturis sanctis aliena impetrare * subsidia, quando apostolus Paulus (sicut in apostolorũ Actibus fidelibus notum est) factiosorum conspirationem militari etiam submouit auxilio. Sed nos illud poscimus, vt catholicis ecclesiis ordinum per ciuitates singulas, & vicinorum quorumque possessorum per diuersa loca, sine vlla dissimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petendum, vt illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores (vbi eorum congregatio deprehenditur) promulgata est,ita deinceps confirmari præcipiant, vt in eos valeat, contra quos propter eorum insidias catholici prouocati contestationem deposuerunt, vt hoc saltem terrore a schismatica vel hæretica prauitate desistant, qui consideratione æterni supplicii emendari corrigique dissimulant. Petendum etiam, vt lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, vt eis relinquendi vel

* præsidia,

Act. 23.

Lex Theodosii seniotis in hæreticos.

sumendi ius adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatistarum errore perseuerare voluerint. Ceterum illis qui consideratione vnitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto huius legis, capiendæ hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constitutis aliquid ante donationis vel hereditatis obuenit; his sane exceptis qui lite pulsati, putauerint ad catholicam transeundum: quia de talibus credibile est, non metu cælestis iudicii potius, quam terreni commodi auiditate, vnitatem catholicam præoptasse. Ad hæc autem omnia præsidio opus est potestatum suarum quarumcumque prouinciarum. Sane pro vtilitatibus ecclesiæ, quidquid intellexerint prodesse, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem. *Illud* præterea cunctis nobis placuit, vt literæ de cœtu nostro ad glorioſissimos imperatores & eminentissimas potestates dirigantur, quibus instruantur, nostro omnium consensu ab beatissimum comitatum legatos a nobis esse directos. Sed quia iisdem literis ab omnibus subscribi tardissimum est, si singulorum subscriptionibus eædem epistolæ onerentur, petimus frater Aureli, vt iisdem tua caritas nostro omnium nomine subscribere dignetur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic Decreto consensi & subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt. Literæ etiam ad iudices mittendæ sunt, vt, donec Dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines ciuitatum & possessores prædiorum, ecclesiæ catholicæ impertiant. Adiungendum etiam

ANNO CHRISTI 424. de Equitio, vt improbitas eius, qua sibi ius sacerdotale improbissime vendicat, ab Hipponensi Diarrhytorum diœcesi secundum statuta imperatorum repellatur. Literæ etiam ad episcopũ Romanæ ecclesiæ cum commendatione legatorum mittendæ sunt, vel ad alios, vbi fuerit imperator. Et subscripserunt. Item Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic Decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

IN HAC SYNODO QVAE STATVTA SVNT breuis declarat adnexus.

STILICONE iterum & Arthemio viris clarissimis consulibus, x. Kalendas Septembris, Carthagine in basilica regionis secundæ.

De hac Synodo Carthaginensi, vide quæ diximus supra in notis Concilii Africani III. sub Innocentio, anno Christi 405.

Huius Concilii gesta ideo non ex integro descripsi, quoniam magis ea, quæ in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia constituta sunt, sed ad instructionem studiosorum, eiusdem Concilii breuem digessi.

LXI.

Vt libera legatio ab omnibus prouinciis ad Concilium dirigatur, ad Myzonium legati & literæ, propter liberam dirigendam legationem, destinari præcepti sunt: vt quia apud Carthaginem tantum vnitas facta est, dentur etiam literæ ad iudices, vt & in aliis prouinciis & ciuitatibus operam impendi iubeant vnitati, vt gratiarum actiones de Carthaginensi ecclesia pro vniuersa Africa, de exclusione Donatistarum, cum episcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ sunt literæ papæ Innocentii, vt episcopi ad transmarina pergere facile non debeant, quod hoc ipsum episcoporum sententiis confirmatur, vt propter gratiarum actio-

Cod. Can. cap. 94.

nem & excluſionem Donatiſtarum, duo clerici ecclesiæ Carthaginenſis ad comitatum mittantur. ANNO CHRIST. 414

IN HOC CONCILIO QVAEDAM DE conſtitutis ſuperioribus corriguntur, vt Concilium vniuerſale non niſi neceſſitate faciendum.

De tempore, cauſa & actis huius Synodi, vide annotationes Concilii Africani IV. ſub Innocentio, anno Chriſti 407.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus, Honorio ſeptimum & Theodoſio ſecundum Auguſtis conſulibus, Idibus Iunii, Carthagine in baſilica regionis ſecundæ, cum Aurelius epiſcopus vna cum epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconibus ait: Quoniam conſtitutũ fuerat in Concilio Hipponenſi, vt ſingulis annis contraheretur Concilium Africæ plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verum etiam per diuerſas prouincias ſuo ordine, & hoc reſeruatum eſt, vt indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzacio. At quia hoc laborioſum omnibus fratribus viſum eſt;

LXII.

Idem habetur in Mileuitano Cõcilio tempore Innocentii cap. 9. Cod. Can. cap. 95.

Placuit vt non ſit vltra fatigandis fratribus anniuerſaria neceſſitas: ſed quoties exegerit cauſa communis, id eſt, totius Africæ, vndecumque ad hanc ſedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam eſſe Synodum in ea prouincia, vbi opportunitas perſuaſerit. Cauſæ autem quæ communes non ſunt, in ſuis prouinciis iudicentur.

LXIII.

2. quæſt. 6. Si autem prouocatũ. Cod. Can. cap. 96.

Si autem fuerit prouocatum, eligat, qui prouocauerit, iudices: & cum eo & ille contra quem prouocauerit, vt ab ipſis deinceps nulli liceat prouocare.

Cum vniuerſæ legationes diuerſarum prouinciarum allegarentur, gratiſſime acceptæ ſunt, id eſt, Numidiarum, Byzacenorum, Maurorum Sitiphenſium, itemque Cæſarienſium, ſed & Tripolitanorum.

LXIV.

ANNO CHRISTI 434.

LXIV.

Placuit etiam, vt petant ex nomine prouinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius & Fortunatianus, a glorioſiſſimis imperatoribus, vt dent facultatem defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui in actu ſunt, vel in munere defenſionis cauſarū, vt more ſacerdotum prouinciæ, iidem ipſi qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotiis eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicū ſecretaria. Cod. Can. cap. 97.

Placuit, vt legationem liberam habeant ad comitatum miſſi delecti legati.

PROTESTATIO MAVRORVM PONTIFICVM DE PRIMOSO.

PROTESTATOS eſſe præterea Mauros Cæſarienſes cōſtat, Primoſum per principales ciuitatis Tigauenſis conuentum literis eorum fuiſſe, vt ſecundum principalia ſcita plenario Concilio ſui præſentiam faceret: &, vt oportuit, requiſitus Primoſus repertus non eſt, ſicuti diaconi renuntiauerunt. Sed quia popoſcerunt iidem Mauri de plenario Concilio oportere literas deſtinari ad venerabilem fratrem ſenem Innocentium, has placuit mitti, vt agnoſcat requiſitum Primoſum in Concilio, & minime fuiſſe repertum. Tigaue ſeu Tigaua, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.

LXV.

Placuit & illud, vt plebes, quæ nunquam habuerunt proprios epiſcopos, niſi ex Concilio plenario vniuſcuiuſque prouinciæ & primatis, atque conſenſu eius, ad cuius diœceſim eadem eccleſia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant. Cod. Can. cap. 98.

LXVI.

Sane vt illæ plebes, quæ conuerſæ ſunt a Dona- Cod. Can. cap. 99.

tistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, incon- Anno Christi 424.
sulto Concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicuius episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Nec non & illud suggestum est, quod plebes ante legem imperatorum de vnitate latam, quicumque conuerterentur episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant. Verum a lege vnitatis, & deinceps oporteat vniuersas ecclesias vendicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant, vel conuersorum ad catholicam, vel non conuersorum hæreticorum, & diœceses, & si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui vero aliqua vsurpauerunt post legem, vsurpata conuenti restituant.

LXVII.

Cod. Can. cap. 100. Ad suggestionem vel postulationem episcopi Maurentii, cum lecta fuisset scheda, quam obtulit episcopus Placētius, qui personam legati Numidarum gestabat, sententia eiusdem Placentii recitata est in conspectu episcoporum. Et cum quærerentur hi quos adesse voluit a diaconis pro foribus, id est, seniores a noua Germanicia, ac minime inuenirentur, secundo vel tertio requisiti, propterea censuit sanctum Concilium, vt literæ ad eumdem senem Xanthippum prærogentur, quo nouerit voluntati plebis memoratæ nullo modo ad iniuriam episcopi succumbendum. Maurentius episcopus dixit: Quoniam requisiti sunt seniores a noua Germanicia secundo, ac tertio, & non sunt

ANNO CHRISTI 424. inuenti, quibus præceptum erat a primate, vt huc occurrerent ad venerabile Concilium, quod nunc agitur Idibus Iuniis, ſuiq; abſentiam procurarunt: idcirco decernat ex hac re aliquid ſanctitas veſtra, ne ſub moleſtia calumniæ ipſorum, innocens videar laborare. Concilium ſanctum ſtatuit, debuiſſe quidem ſecundum cenſuram ſacerdotalem ex hoc Concilio aduerſus contumaces ferri ſententiam: ſed quia manſuetudo eccleſiaſtica ſeruanda eſt in omnibus cauſis, * præmiſerunt ad ſenem Xanthippum, vt nouerit iudices de Concilio electos ſine dilatione conſiderare debere in ciuitate * Thuburſicenſi, vt negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius epiſcopus dixit: Iudices peto ſanctum ſenem Xanthippũ, ſanctum Auguſtinum, Florentium, Theaſium, Sanſutium, Secundum, & Poſſidium. Hos decerni mihi iubeatis. Sanctum Concilium conceſſit iudices poſtulatos. Reliquos autem iudices, ad complendum numerum neceſſarios, eligentibus ipſis ſenioribus a noua Germanicia ſenex Xanthippus curauit decernere.

* promiſerunt, ſenem.

* Tuburbinenſem, *vel* Tubuſuptenſem.

LXVIII.

Placuit etiam, vt de diſſenſione Romanæ atque Alexandrinæ eccleſiæ, ad ſanctum papam Innocentium ſcribatur, quo vtraque eccleſia inter ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.

Notas huius Canonis vide ſupra in notis ad Cõciliũ Africanũ IV. ſub Innocentio. Cod. Can. cap. 101. *Ioan.* 14.

LXIX.

Placuit etiam, vt ſecundum euangelicam & apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore neque dimiſſa a marito, altari coniungatur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi con-

32. quæſt. 7. Placuit, vt ſecundum. Et in Concilio Mileuitano cap. 17. *Matth.* 5. 1. *Cor.* 7.

tempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari. Anno Christi 414.

LXX.

Cod. Can. cap. 103. Placuit etiam hoc, vt preces quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino contra fidem proferantur, ſed quæcumque cum prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

LXXI.

Placuit, vt quicumque ab. Et in Concilio Milcuitano cap. 19. Cod. Can. cap. 104. Placuit, vt quicumque ab imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale iudicium ab imperatore poſtularit, nihil ei obſit.

LXXII.

Cod. Can. cap. 105. Quicumque autem non communicant in Africa, ſi in tranſmarinis ad communicandum obrepſerint, iacturam clericatus excipiant.

LXXIII.

Cod. Can. cap. 106. Placuit, vt quicumque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad vrbis Romæ eccleſiam mittitur, intimetur, vt inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod ſi accipiens Romanam tantummodo formatam, & tacens neceſſitatem, qua ad comitatum illi pergendum eſt, voluerit etiam ad comitatum pergere, a communione remoueatur. Quod ſi ibi Romæ ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud epiſcopum vrbis Romæ ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta eiuſdem Romani epiſcopi perferat. Formatæ autem quæ a primatibus, vel a qui-

ANNO CHRISTI 424. buſcumque epiſcopis, clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ. Quod ſi adhuc eiuſdem anni Paſchæ dies incertus eſt, ille præcedens adiungatur, quomodo ſolet, Poſt conſulatum, in publicis geſtis adſcribi.

Placuit & illud, vt aduerſus Donatiſtas & paganos, vel eorum ſuperſtitiones, legati miſſi de hoc glorioſo Concilio, quidquid vtile peruiderint, a glorioſiſſimis principibus impetrent.

Placuit etiam petitu omnium epiſcoporum, vt epiſtolis omnibus de Cõcilio dandis, ſanctitas tua ſola ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt: Aurelius epiſcopus Carthaginenſis huic Decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

CONCILIVM CONTRA PAGANOS ET HÆRETICOS.

BASSO & Philippo viris clariſſimis conſulibus, XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ. In hoc Concilio legationem iterum ſuſcepit Fortunatianus epiſcopus contra paganos & hæreticos.

Harũ duarum Synodorum cauſam & res geſtas, vide ſupra in notis Concilii Africani V. & VI. ſub Innocentio, anno 408.

ITEM CONCILIVM CONTRA PAGANOS ET HÆRETICOS.

BASSO & Philippo viris clariſſimis conſulibus, III. Idus Octobris, Carthagine. In hoc Concilio ſuſceperunt legationem Reſtitutus, & Florentius epiſcopi contra paganos & hæreticos, eo tempore quo Seuerus & Macarius occiſi ſunt. Et propter eorum cauſam Euodius & Theaſius & Victor epiſcopi cæſi ſunt.

LXXIV.

CONCILIVM DE COGNITIONE EPISCOPI.

Anno Christi 424.

Hæc Synodus habita est Carthagini, anno Christi 409. Quid in ea gestum sit, præter id quod hic scribitur, non constat. Cod. Can. cap. 107.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Honorio VIII. & Theodosio III. Augustis consulibus, XVIII. Kalendas Iulias, Carthagine, in basilica secunda. In hoc Concilio placuit, vt non sibi vnus episcopus vendicet cognitionem.

LXXV.

CONCILIVM CONTRA DONATISTAS.

Anno 410. De hoc Cõcilio diximus supra in notis Concilii Africani VII. sub Innocentio.

POST consulatum glorioſiſſimorum imperatorum Honorii octauum, & Theodosii tertium, Augustorum, XVIII. Kal. Iulias, Carthagine, in basilica regionis secundæ. In hoc Concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentinus, Possidius, Præsidius & Benenatus episcopi, eo tempore quo lex data est, vt libera voluntate quis cultum Christianitatis exciperet.

CONCILIVM CONTRA HÆRESIM PELAGII ET CÆLESTII.

Quod Adam non sit factus a Deo mortalis.

Hoc Concilium habitum est sub pontificatu Zosimi, de quo vide notas eiusdē Cõcilii. Cod. Can. cap. 108.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus, Kalendis Maii, Carthagine, in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius episcopus in vniuersali Concilio consedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus episcopis (quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt) in sancta Synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis,

LXXVI.

De consecr. dist. 4. Placuit igitur omnibus episcopis, & in Concilio Mileuitano II. cap. 1. Cod. Can. cap. 109.

Vt quicumque dixerit, Adam primum hominum mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

ANNO CHRISTI 424.

LXXVII.

Item placuit, vt quicumq; paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur: vnde fit consequẽs, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vere sed falsè intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt*, nisi quemadmodum ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.

De consect. distin. 4. Placuit, vt quicumque paruulos. & in Concilio Mileuitano II. cap. 2. Cod. Can. cap. 110.

Rom. 5.

Quidam peruetustus codex hoc loco huiusmodi caput insertum habebat: Item placuit, vt si quis dicit ideo dixisse Dominum: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*, vt intelligatur, quia in regno cælorum erit aliquis medius, aut vllus alicubi locus, vbi beate viuant paruuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regno cælorum, quod est vita æterna, intrare non possunt, anathema sit. Nã cum Dominus dicat: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum:* quis catholicus dubitet participem fore diaboli eum, qui coheres esse non meruit Christi? Qui enim dextra caret, sinistram procul dubio partem incurret.

Ioan. 14.

Ioan. 3.

LXXVIII.

Item placuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, (qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum) ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

De consect. dist. 4. Placuit vt quicumque. & in Concilio Mileuitano II. cap. 3. Cod. Can. cap. 111.

LXXIX.

Anno Christi 424.

De consecr. dist. 4. Quisquis dixerit gratiam. & in Concilio Mileuitano II. cap. 4. Cod. Can. cap. 112.

Item, quisquis dixerit, eamdem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat:* valde impium est, vt credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat, non habere, cum sit vtrumque donum Dei, & scire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt ædificante caritate, scientia nos non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: *Qui docet hominem scientiam:* ita etiam scriptum est: *Caritas ex Deo.*

1. Cor. 8.

Psal. 93.

1. Ioan. 4.

LXXX.

De consecr. dist. 4. Placuit, vt quicumque dixerit, ideo. Et in Mileuitano Cōcilio II. cap. 5. Cod. Can. cap. 113.

Item placuit, vt quicumque dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etiamsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me difficilius potestis facere: sed ait: *Sine me nihil potestis facere.*

Ioan. 15.

LXXXI.

Et in Concilio Mileuitano II. cap. 6. 1. Ioan. 1.

Item placuit, quod ait sanctus Ioannes apostolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipi-*

ANNO CHRISTI 424. *decipimus, & veritas in nobis non est*: quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus, & adiungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait: *Nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est:* satis ostendit, eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum. Cod. Can. cap. 114. 1. Ioan. 1.

LXXXII.

Item placuit, vt quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos: *Dimitte nobis debita nostra*, vt non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio: sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores: & ideo non dicere vnumquemque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed: *Dimitte nobis debita nostra:* vt hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est, *omnes*, nisi vt ista sententia conueniret & psalmo, vbi legitur: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo, qui non peccet:* Et in libro sancti Iob: Cod. Can. cap. 115. Et in Concilio Mileuitano II. cap. 7. *Matth. 6.* *Iacob. 3.* *Psal. 142.* *Eccl. 7.*

Anno Christi 424

Iob 37. *In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & iustus, Dan. 9. cum in oratione pluraliter diceret: *Peccauimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur (quemadmodum quidam sentiunt) hoc non de suis, sed de populi Ibidem. sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo:* noluit dicere peccata nostra, sed *populi sui* dixit, *& sua:* quoniam futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam propheta præuidit.

LXXXIII.

Cod. Can. cap. 116. Et in Mileuitano II. cap. 8. Matth. 6. Item placuit, vt quicumque ipsa verba dominicæ orationis vbi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra:* ita volunt a sanctis dici, vt humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis dicit sibi dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, se debita non habere?

LXXXIV.

Cod. Can. cap. 117. Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in ecclesia plenario Concilio constitutum est, vt quæcumque ecclesiæ in diœcesi constitutæ, ante leges de Donatistis latas, catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, vt catholicæ vnitati communicarent: post leges autem, quæcumque communicauerint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controuersiæ postea inter episcopos de diœcesibus ortæ

ANNO CHRISTI 424. sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum: nunc isto Concilio sancto placuit, vt vbicumque catholica fuit, & pars Donati, ad diuersas cathedras pertineant: quocumque tempore illic vnitas facta est, vel facta fuerit, siue ante leges, siue post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ ibi fuerat, pertinebat.

LXXXV.

Ita sane, vt si episcopus ex Donatistis ad catholicam vnitatem conuersus est, æqualiter inter se diuidant eas, quæ sic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerint, id est, vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ita vt ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte vnus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior inuenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conuersi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, maioris temporis episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, vt non possint æqualiter diuidi, velut si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod superius dictum est, cum de vno tractaretur loco. Cod. Can. cap. 118.

LXXXVI.

Item placuit, vt etiam, si quisquam post leges Cod. Can. cap. 119.

aliquem locum ad catholicam vnitatem conuerterit, si eum per triennium, nemine repetente, retinuit, vlterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præiudicium patietur. Si autem non fuit; non præiudicetur matrici, sed liceat (cum locus acceperit episcopum, quem non habebat) ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conuersus, non ei præiudicet præfinitum tempus, sed ex quo die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebant cathedram. Anno Christi 414.

LXXXVII.

16. quæst. 6. Placuit, vt quicũque. Et in Concilio Mileuitano II. cap. 21. Cod. Can. cap. 120.

Item placuit, vt quicumque episcopi plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita * repetunt, vt causas suas, episcopis iudicantibus, agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat, quem cõstiterit, prætermissis iudiciis ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primate, vt retineat, literas impetrarit: sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur; siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu delegerint. * repetierint.

ANNO CHRISTI 424.

LXXXVIII.

Item placuit, vt quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conuentionis non hoc effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant. Ita sane, vt si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impune ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solicitior * vetaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituant. Sane, si episcopi, inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille primas det iudices, in cuius prouincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

16. quæst. 3. Placuit, vt quicũque. & in Concilio Mileuitano II. cap. 24. Cod. Can. cap. 121.

* vitaretur,

LXXXIX.

A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Et quisquis * prouocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

2. quæst. 6. A iudicibus. & in Concilio Mileuitano II. cap. 24. Cod. Can. cap. 122.

* prouocans

XC.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare non possit. Quod si ex die,

Et in Concilio Mileuitano II. cap. 125. Cod. Can. cap. 123.

quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo. ANNO CHRISTI 424.

XCI.

Cod. Can. cap. 124. Et in Mileuit. cap. 25. De hoc Canone vide notata ad Canonē 22. Concilii Mileuitani.

Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciente, non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

XCII.

Cod. Can. cap. 125. 2. quæst. 6. Placuit, vt presbyteri, & diaconi. & 11. quæst. 3. presbyt. Et in Concilio Mileuitano cap. 22.

Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

XCIII.

In Decret. Iuo. lib. 3. Et in Concilio Mileuitano, cap. 26. Carthagin. III. cap. 4. Cod. Can. cap. 126.

Item placuit, vt quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra viginti & quinque annos ætatis, non ei obsit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 424.

XCIV.

Item placuit, ne diutius vniuersi episcopi, qui ad Concilium congregati sunt, tenerentur, ab vniuerso Concilio iudices ternos de singulis prouinciis eligi. Et electi sunt de prouincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus & Clarus: de prouincia Numidiæ, Alypius, Augustinus & Restitutus: de prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate Cresconius, Iocundus & Æmilianus: de Mauritania Sitiphēsi, Seuerianus, Asiaticus & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant. A quo petiit vniuersum Concilium, vt cunctis siue gestis, quæ confecta iam sunt, seu epistolis, ipse subscribat. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic Decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri subscripserunt.

Cod. Can. cap. 127. Et in Concilio Mileuitano II. cap. 27.

ITEM HVIC CONCILIO INTERFVIT ecclesiæ Romanæ legatio.

POST consulatum glorioſissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorū III. Kalendas Iunias, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus vna cū Faustino ecclesiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ, Vincentio Culusitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vlizibiritano, Adeodato *Simittuensi, Pentadio Carpitano, Rufiniano * Muzutēsi, Prætextato Sicilibrensi, Quodvultdeo * Verensi, Candido * Abbiritano, Galloniano Vticensi, legatis prouinciæ proconsularis: Alypio Tagastensi, Augustino Hipponæ Regiensi, & Possidio Calamensi, legatis prouinciæ Numidiæ: Maximiano Aquæ

De hoc Concilio, vide quæ diximus in notis Concilii Carthagin. VI. & VII. supra sub Bonifacio.

* Simitensi,
* Mustēsi.
* Virensi,
* Abbiritano,

Regiensis, Iocundo Suffetulensi, & Hilarino Orreocelensi, legatis prouinciæ Byzacenæ: Nouato Sitiphensi, & Leone Moctẽsi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis: Niuello * Rusçurienſi, Laurentio Icositano, & Numeriano * Rusgonienſi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, ab vniuersali Concilio iudicibus delectis, adstantibus diaconibus, consedisset, & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se conquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent, placuit vniuerso Concilio, vt ab omnibus eligerentur de singulis quibusque prouinciis; qui propter alia peragenda residerent. Et factum est, vt hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur. Anno Christi 424. * Rusc. curcell. vel Rusicorens. * Rusgoniens.

XCV.

4. quæst. 1. Diffinimus eum: & in Carth. VII. cap. 1. Cod. Can. cap. 128. Placuitque omnibus, quoniam superioribus Conciliorum decretis de personis, quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum est, & quæ personæ non admittantur, non expressum est: idcirco definimus, eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare voluerit.

XCVI.

Cod. Can. cap. 129. 4. quæst. 1. cap. Diffinimus eũ rite: & in Carth. VII. cap. 2. Item placuit, vt omnes serui vel proprii liberti, ad accusationem non admittantur: vel omnes, quos ad accusanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis adspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ, hæretici etiam, siue pagani, siue Iudæi: sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda.

XCVII.

3. quæst. 10. Placuit vt quotiescumque. Item placuit, vt quotiescumque clericis ab accusato-

ANNO CHRISTI 424. cusatoribus multa crimina obiiciuntur,& vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur. in Carthaginensi VII. cap. 3. Cod. Can. cap. 130.

XCVIII.

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem, infra annos 14. ætatis suæ, non admittantur. 4. quæst. 2. Testes autem ad testimonium. & in Carthagin. VII. cap. 4. Cod. Can. cap. 131.

XCIX.

Item placuit, vt si quando episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis: vt magis caueat episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non potest. 6. quæst. 2. Placuit, vt si quando episcopus. & in Carthag. VII. cap. 5. Cod. Can. cap. 132. Cod. Can. cap. 133.

C.

Aurelius episcopus dixit: Iuxta statuta totius Concilii congregati, & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem: vniuersi tituli designati & digesti, huius diei tractatum & ecclesiæ gesta suscipiant: quæ vero adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, venerabili fratri & coepiscopo nostro Bonifacio rescribemus. Ibidem.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Anno Christi 424.

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habitis subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi.

Alypius episcopus Tagastensis, legatus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Augustinus episcopus Hipponæ Regiensis, legatus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Possidius episcopus Calamensis, legatus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Vincentius Culusitanus, his gestis subscripsi.

Fortunatianus Neapolitanus, his gestis subscripsi.

Pentadius Carpitanus, his gestis subscripsi.

Rufianus * Muzutensis, his gestis subscripsi. * Multensis,

Quodvultdeus * Verensis, his gestis subscripsi. * Virensis,

Candidus Germaniciæ, his gestis subscripsi.

Gallonius Vticensis, his gestis subscripsi.

Maximianus Aquæ Regiensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Iocundus Suffetulensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Hilarius Orreocelensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Nouatus Sitiphensis, legatus prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, his gestis subscripsi.

* Niuellus Rusuccurensis, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, his gestis subscripsi. * Nicellus Rusicurensis, vel Rosicorensis,

Numerianus * Rusgonensis, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, his gestis subscripsi. Rungonensis,

Leo * Moctensis, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, his gestis subscripsi. * Ostinensis, vel Opitensis.

Alius Leo, legatus prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, his gestis subscripsi.

Et ceteri episcopi ducenti decem & septem subscripserunt.

Philippus presbyter, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis a nobis recollectis subscripsi.

Asellus presbyter, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi.

ANNO CHRISTI 424.

CI.

EPISTOLA
AB OMNI CONCILIO AFRICANO
AD BONIFACIVM VRBIS ROMÆ EPISCOPVM

per Fauſtinum epiſcopum, Philippum & Aſellum presbyteros, legatos eccleſiæ Romanæ, directa.

Domino beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, & ceteri, qui præſentes adfuimus, numero ducenti ſeptem & decem ex omni Concilio Africæ.

QVONIAM Domino placuit, vt de his, quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, coepiſcopus Fauſtinus, & compresbyteri Philippus & Aſellus, non beatæ memoriæ epiſcopo Zoſimo, a quo ad nos mandata & literas attulerunt, ſed tuæ veneration̄i, qui in eius locum es diuinitus conſtitutus, humilitas noſtra reſcriberet; ea breuiter inſinuare debemus, quæ vtrorumque concordia terminata ſunt, non ea quæ prolixis geſtorum voluminibus continentur: in quibus, ſalua quidem caritate, non tamen ſine paruo altercationis labore demorati ſumus, ea geſtis delibantes, quæ nunc ad cauſam pertinent: quamquam & ille, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter, de cuius & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum, non ſolum Siccenſi, verum etiam toti Africanæ eccleſiæ non leue ſcandalum, de omnibus erratis ſuis veniam petens, communioni eſt reſtitutus. Prior autem coepiſcopus noſter Siccenſis Vrbanus, quod in eo corrigendum viſum eſt, ſine vlla dubitatione correxit. Quia vero paci & quieti eccleſiæ non tantum ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit, quoniam talia multa præceſſerant, vt vel ſimilia, vel etiam grauiora deinceps præcaueri oporteret; placuit nobis, vt de Siccenſi eccleſia, retento ſcilicet honore gradus ſui, presbyter remoueretur Apiarius, & accepto epiſtolio, vbicumque alibi vellet & poſſet, presbyterii munere fungeretur: quod eidē ipſi, per literas proprias poſtulanti, ſine difficultate conceſſimus.

Cod. Can. cap. 134. De hac epiſtola vide notas Concilii Carth. VI.

De cauſa Apiarii vide quæ dixi ſupra in notis Concilii Mileuitani II. & Carthag. VI.

Narratio de legatis Romani pontificis.

Sane, priusquam hæc causa isto termino clauderetur, inter alia, quæ diuturnis disceptationibus versabamus, quia rogatio ipsa poscebat, vt apud acta ecclesiastica a fratribus nostris Faustino coepiscopo, & Philippo atque Asello compresbyteris, quæreremus, vt promerent, quidquid eis nobiscum fuisset iniunctum agendum, nonnulla quidem sine vllo scripto prosecuti sunt verbis: sed cum id potius flagitaremus, quod in literis ferrent, commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiam gestis quæ secum ad vos deferunt, est allegatum. In eis quatuor quidem nobiscū agenda mandata sunt: Vnum, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem: Alterum, ne ad comitatum episcopi importune nauigent: Tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint: Quartum, de Vrbano episcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, vt Romam liceat episcopis prouocare, & vt clericorum causæ apud suarum prouinciarum episcopos finiantur, iam priore anno etiam literis nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis, insinuari curauimus, vt ea seruare sine vlla eius iniuria paulisper sineremus, vsque ad inquisitionem statutorum Concilii Nicæni. Et nunc de tua poscimus sanctitate, vt quemadmodum ea apud Nicæam a patribus acta vel constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est: Si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit vt renouetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si

Anno Christi 424.

Commonitorii contenta quæ fuerint?

Conc. Sard. Can. 7. Et 2. quæst. 6. Si quis episcopus accusatus.

ANNO CHRISTI 424. decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, vt negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo suo consilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconibus: Si episcopus quis iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoueatur aduersus presbyterũ, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit: prouidendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat vero potestatem eiectus, vt finitimos interpellet episcopos, & causa eius audiatur, & diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti: & ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum reiecit, patienter accipiat, vt negotium discutiatur, vt aut probetur eius aut emendetur sententia. Hæc vtique ad aduentum verissimorum exemplariorum Nicæni Concilii inserta gestis sunt: quæ si ibi (quemadmodum ipso, quod apud nos fratres ex apostolica sede directi, commonitorio allegauerunt) continerentur, eoq; ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare iam nolumus) vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adiuuante misericordia domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, non sumus iam istum typhum passuri: & seruabuntur erga nos ea quæ nobis etiam non differentibus custodiri debeant, cum fraterna caritate, quæ secundum sapientiam atque iustitiam, quam tibi donauit Altissimus, etiam ipse * prospicis esse seruanda, si forte aliter se habent Canones Concilii Nicæni. Quamuis enim plurimos codices legerimus, sed nunquam in Nicæno Concilio in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio, inde directa sunt: tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex orientalibus ecclesiis, vbi perhibentur eadem Decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obsecramus, vt scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, & aliis, si etiam tuæ placuerit sanctitati; vt inde ad nos iidem Canones,

Ex Concilio Sardicensi, Can. 17. Et 1. quæst. 3. Si forte episcopus iracundus. Et in Decret. Iuo. lib. 3.

*perspicis

apud Nicæam ciuitatem a patribus conſtituti, veniant, te potiſſimum hoc beneficium cunctis occidentalibus eccleſiis in Domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria eſſe veriſſima Concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diuerſis locis, & de nobilibus Græcis eccleſiis allata & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio ſupradicto nobis allegata ſunt de appellationibus epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem, & de clericorum cauſis apud ſuarum prouinciarum epiſcopos terminandis, nos vſque ad probationem ſeruaturos eſſe profitemur: & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam in Dei voluntate confidimus. Cetera vero quæ in noſtra Synodo geſta vel firmata ſunt, quoniam ſupradicti fratres noſtri Fauſtinus coepiſcopus, Philippus & Aſellus compresbyteri ſecum ferunt, ſi dignatus fueris, tuæ nota facient ſanctitati. Et alia manu: Dominus noſter te nobis annis plurimis cuſtodiat, beatiſſime frater. Subſcripſerunt quoque Alypius, Auguſtinus, Poſſidius, Marinus, & ceteri epiſcopi 217. Anno Christi 424.

CII.

EPISTOLA CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI AD CONCILIVM AFRICANVM.

Authentica Concilii Nicæni, tranſlata de Græco, per Innocentium presbyterum tranſmittit. Quæ, & etiam aliæ epiſtolæ, cum eodem Concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium & Marcellum ſubdiaconum eccleſiæ Carthaginenſis ſancto Bonifacio epiſcopo eccleſiæ Romanæ ſub die VI. Kalendas Decembris ſunt directa.

Dominis honorabilibus, ſanctis fratribus coepiſcopis, Aurelio, Valentino, ſed & omni ſanctæ congregationi in Carthaginenſi Synodo congregatæ, Cyrillus ſalutans in Deo caritatem veſtram.

Cod. Can. cap. 135.

SCRIPTA venerationis veſtræ, multam habentia querimoniam, cum omni lætitia per filium veſtrum Innocentium presbyterum ſuſcepi: quibus a nobis ſperatis, vt de ſcrinio noſtræ eccleſiæ veriſſima exemplaria, ex au-

ANNO CHRISTI 424. thentica Synodo apud Nicænam ciuitatem metropolim Bithyniæ a sanctis patribus constituta atque formata, sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Vnde, domini venerabiles fratres, salute præeunte, necesse habui, per harum latorem filium nostrum Innocentium presbyterum, fidelissima exemplaria ex authentica Synodo in Nicæa Bithyniæ habita, vestræ caritati dirigere, quæ & in ecclesiastica historia requirentes inuenietis. De Pascha vero, vt scripsistis, nuntiamus vobis, XVII. Kalendas Maias nos futura indictione celebrare. Et alia manu: Deus & Dominus noster sanctam vestram congregationem custodiat, quod optamus, carissimi fratres.

Ecclesiasticæ hist. lib. 10. cap. 6.

CIII.

EPISTOLA ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI AD EOSDEM.

Dominis sanctis, merito beatissimis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel ceteris carissimis, in Synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus.

PER filium nostrum Marcellum subdiaconũ vestrum scripta vestræ dilectionis cum omni gratiarum actione susceпi, Domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui, Domini beatissimi fratres. Scribitis sane vt verissimos Canones, apud Nicæam ciuitatem metropolim Bithyniæ a patribus constitutos, sub fidei adstipulatione dirigam. Et quis est, qui communem fidem, vel statuta a patribus firmata, suis fratribus deneget? Qua de re, per eumdem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa ciuitate a patribus Canones in integro (vt iussistis) direxi; petens, vt pro me plurimum vestra sancta congregatio orare iubeat. Et alia manu: Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres.

Cod. Can. cap. 136.

CIV.

Anno Christi 424.

EXEMPLARIA CONCILII NICAENI,

directa ſub die VI. *Kalendas Decembris, poſt conſulatum glorioſiſſimorum imperatorum, Honorii** XII. *& Theodoſii** IX. *Auguſtorum, Bonifacio vrbis Romæ epiſcopo.*

*XIII.

*VIII.

Cod. Can. cap. 137.

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium, nec non & inuiſibilium creatorem. Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, & cæleſtia & terreſtria. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt. Et reſurrexit tertia die. Aſcendit in cælum, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos vero qui dicunt: Erat tempus, quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia ſubſtantia vel eſſentia eſſe, aut mutabilem, aut conuertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Huic ſymbolo fidei etiam exemplaria ſtatutorum eiuſdem Concilii Nicæni a memoratis pontificibus annexa ſunt, de Græco in Latinum a Teilone & Theariſto Conſtantinopolitano translata, ſicuti in Concilio Carthaginenſi ſexto latius explicantur. Quapropter nos hic ea denuo conſcribi ſuperfluum iudicamus.

EPISTOLA

ANNO CHRISTI 424.

CV.

EPISTOLA CONCILII AFRICANI, AD PAPAM CÆLESTINVM VRBIS Romæ episcopum.

*Domino dilectissimo, & honorabili fratri Cælestino, Aurelius, *Valentinus, Antonius, Tutus, Seruusdei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Januarius, Optatus, Celtitius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & ceteri, qui in vniuersali Africano Concilio Carthaginis adfuimus.*

* Palentinus mendose.

OPTAREMVS, si quemadmodum sanctitas tua de aduentu Apiarii lætatos vos fuisse, missis per compresbyterum nostrum Leonem literis, intimauit; ita nos quoque de eius purgatione hæc scripta cũ lætitia mitteremus. Esset profecto & nostra & vestra modo alacritas certior: nec festinata, nec prępropera videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quam de audito præcesserat. Adueniente sane ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino, Concilium congregauimus, & credidimus ideo eum illo missum, quoniam sicut per eius operam presbyterio ante redditus fuerat, ita nunc posset de tantis criminibus a Tabracenis obiectis, eo laborante, purgari; cuius tanta ac tam immania flagitia decursus nostri Concilii examen inuenit, vt & memorati patrocinium potius, quam iudicium, ac defensoris magis operam, quam disceptatoris iustitiam superarent. Nam primum, quantum obstiterit omni congregationi diuersas iniurias ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens priuilegia, & volens eum a nobis in communionem susci pi, quem tua sanctitas (credens appellasse, quod probare non potuit) communioni reddiderat, quod minime tamen licuit; quod etiam gestorum ex lectione melius cognosces. Triduano tamen laboriosissimo agitato iudicio, cum diuersa eidem obiecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiuersationes ipsius Apiarii, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, *Deus iudex iustus, fortis & longanimis*, magno impendio resecauit. Tetriore quippe ac putidiore obstinatione compressa, qua tantum liuidum

Ea quæ diximus in notis Concilii Carthag. VI. hanc epistolam Cælestini multum declarant. Cod. Can. cap. 138. Causa Apiarii.

Psalm. 7.

cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro eius conscientiam coarctante, & occulta quæ in illius corde tamquam in volutabro criminum iam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum obiectorum flagitiorum dolosus necator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis vltroneus se ipse conuicit, atque ipsam quoque nostrã spem, qua eum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, conuertit in gemitus: nisi quoniam istam nostram mœstitiam vno tantum solatio mitigauit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absoluit, & suis vulneribus qualemcumque medelam, etsi inuita ac sua conscientia reluctante, confessione prouidit, domine frater. Præfato itaque debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem vltra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facile aduertet venerabilitas tua. Nam & si de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaueri, quanto magis hoc de episcopis voluit obseruari, ne in sua prouincia communione suspensi, a tua sanctitate vel festinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni restitui: presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africanæ, & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos, suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim, iustissimeq; prouiderunt, quæcumq; negotia in suis locis, vbi orta sunt, finienda: nec vnicuique prouinciæ gratiam sancti Spiritus defuturam, quæ æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxime, quia vnicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ prouinciæ, vel etiam vniuersale prouocare. Nisi forte quisquam est qui credat, vnicuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis

Anno Christi 424.

Modũ prosequendæ appellationis alium institui rogant.

Nicæn. Concil. Can. 6.

Nicæn. Concil. Can. 5.

ANNO CHRISTI 424. infirmitatem, multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam vt aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus patrum Synodo constitutum. Quia illud quod pridem per eumdem coepiscopum nostrum Faustinum, tamquam ex parte Nicæni Concilii, exinde transmisistis: in Conciliis verioribus, quæ accipiuntur Nicæna, a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & a venerabili Attico Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori vestro, a nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros quibusque potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum sæculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amoto iam pro suis nefandis nequitiis de Christi ecclesia dolendo Appiario) securi sumus, quod eum probitate ac moderatione tuæ sanctitatis, salua fraterna caritas vlterius in Africa minime sustinere patiatur. Et alia manu: Dominus noster sanctitatem vestram æuo longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΤΗΣ ΕΝ ΑΦΡΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΣΥΝΟΔΩΝ.

CANONES DIVERSORVM CONCILIORVM ECCLESIÆ AFRICANÆ.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ ἐπὶ μιᾷ σὺ ταύτῃ τῇ συνόδῳ διάφοροι συνόδοι πάσης τῆς Ἀφρικανῆς χώρας, ὑπηλεγθεῖσαι ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις Αὐρηλίου ὑποκόπου Καρχηδόνος.

RECITATA sunt etiam in ista Synodo diuersa Concilia vniuersæ prouinciæ Africæ, transactis temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi celebrata.

Incipit Cõcilium Africanum hic.

De Concilio quod Hippone Regio factum est.

Εκ τῆς συνόδου τῆς ἐν Ἱππῶνι Ρεγίῳ γνωμθείσης.

Concilium Hipponense. CCCXCIII.

Gloriosissimo imperatore Theodosio Augusto III. & Abundantio viris clarissimis consulibus, VIII. Idûs Octobris, Hippone Regio, in secretario basilicæ pacis. Gesta huius Concilii ideo descripta non sunt, quia ea quæ ibi statuta sunt, in superioribus probantur inserta.

Ἐπὶ τῶ ἐνδοξοτάτου βασιλέως Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ τρίτου, καὶ ὑπατείας Ἀβουνδαντίου τοῦ λαμπροτάτου ὑπάτου ὀγδόῳ, εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις ἐν Ἱππῶνι Ρεγίῳ εἰς τὸ σήκριτον τῆς ἐκκλησίας πάκης. καὶ τὰ λοιπὰ πεπραγμένα παύτης τῆς συνόδου διὰ τὸ ἐν ἐγράφησαν, ἐπειδὴ τὰ ἐν αὐτῇ ὀφειλόντα, ἐν τοῖς ἀνωτέροις δείκνυται ἐγκείμενα.

De Concilio Carthaginensi, vbi legati episcopi proconsulares ad Concilium Adrumetinum destinantur.

Εκ τῆς συνόδου Καρχηδόνος, ἔνθα τοποτηρηταὶ ἐπίσκοποι τῆς αἰθυπαιδμῆς πρὸς τὴν συνοδον ἀποστέλλονται Ἀδρουμέτου.

Concilium Carthaginense. CCCXCIV.

Gloriosissimis imperatoribus Arcadio III. & Honorio II. Augustis consulibus, VI. Kalendas Iulias, Carthagine. In hoc Concilio legati directi sunt episcopi proconsulares ad Concilium Adrumetinum.

Ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ἀρκαδίου τῷ τρίτῳ, & Ὀνωρίου τῷ δευτέρῳ, τῶν Αὐγούστων ὑπάτων, πρὸ δεκαἓξ καλανδῶν Ἰουλίων εἰς Καρχηδόνα. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρηταὶ ἐπελέγησαν ἐπίσκοποι αἰθυπαπανοὶ πρὸς τὴν Ἀδρουμετινὴν συνοδον.

Εκ τῆς συνόδου Καρχηδόνος, ἔνθα πολλὰ ὠρίσθησαν.

De Concilio Carthaginensi, vbi multa sunt constituta.

Concilium Carthaginense. CCCXCVII.

Cæsario & Attico viris clarissimis consulibus, V. Kalendas Septẽbris, Carthagine in secretario basilicę Restitutę, cum Aurelius episcopus vna cum episcopis consedisset; adstantibus etiam diaconis, aduenientibus quoque Victore sene Puppianense, Tito Migirpense, Euangelo Assuritano, Aurelius episcopus dixit.

Ἐπὶ Καισαρίου καὶ Ἀττικοῦ τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκριτον τῆς ἐκκλησίας Ρεστιτούτης, ἐν τῷ προκαθέζεσθαι Αὐρήλιον ἐπίσκοπον ἅμα ἐπισκόποις, παρεστώτων διακόνων, παραγνομένων ἔτι μὴν Βίκτορος τοῦ γέροντος τῆς Γουπαπανίτου, Τίτου τῆς Μηγειρηπανοῦ, Εὐαγγέλου Ασσυριτανοῦ, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν.

Post diem præstitutam Concilii consedimus, vt recordamini fratres beatissimi, & arbitrabamur omnium prouinciarum per Africam legationes conue-

Μετὰ τὴν προοριθεῖσαν ἡμέραν τῆς συνόδου καθημένων ἡμῶν, ὡς μέμνησθε ἀδελφοὶ μακαριώτα-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

πραγμένθαι πρὸς τὴν ἡμέραν τῆς ἡμετέρας συζητήσεως, ἢ ὡς εἶπον προσελθεῖσαν, ἀλλὰ μὴ ἀναγνωσθείσης ὑπολῆς τ ἀπὸ τῆ Βυζακίου συλλειτουργῶν ἡμῶν· κἀκείνου δ' ἐπ μὲν πραναγνωσκομένῃ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, εἴ τι ἅμα ἐμοὶ σωεζήτησαν οἱ ⓜ καιρὸν ⓒ τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου προλαβόντες, ἐπ μὲν ἀνεγνώσθη ⓒ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν Ονωρᾶτου μὴ Οὐρβανοῦ τ ἅμα ἡμῖν σήμερον τῆς συνόδου μετεχόντων, τοποτηρησία ἀποσταλεῖσα τῆς Σιτιφένσης χώρας· πάλιν ὃ ⓒ ὁ ἀδελφὸς Ρηγῖνος τῆς Βεγέσελιτάνης χώρας γράμματα τῇ ἐμῇ μετριότητι ἐνεφάνισεν, ἀπὸ Κελεστινιανοῦ μὴ Αὐρηλίου τ συλλειτουργῶν ἡμῶν τῶν τῆς προτης καθέδρας τ δύο Νουμιδιῶν· ἐν οἷς γράμμασι τούτοις ἐπαγγείλασθαι μέμνηται ἅμα ἐμοὶ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὅτι ἢ αὐτοὶ καταξιώσω ἐλθεῖν πρὸς ταύτην τὴν συνόδον, ἢ κ τὸ ἔθος ἀποστεῖλαι εἶχον τοποτηρητάς. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐδαμῶς γέγονε, διαμαρτύρονται ἀπὸ τοσούτου μήκους τ Μαυριτανίας Σιτιφένσης ἐλθόντες τοποτηρηταί, ὅτι πολὺ μὴ δυνάσθαι ἐμβεβαιώσειν. διὰ οὗ τοῦτο ἀδελφοί, ἐαν δοκῇ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, τὰ γράμματα τῶν ἀπὸ τῆ Βυζακίου ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ τὸ βρεβίον ὅπερ τῇ αὐτῇ ὑπολῇ προσέφηκε, ἐν ταύτῃ τῇ προκλήτῳ συνηθοῦς ἀναγνωσθῶσιν, ἵνα ἐαν τινα τυχὸν ἐξ αὐτῶν ἐνεδῶσι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὅσα τῇ ὑπομελείᾳ δυνηθῶσι διορθωθῆναι, εἰς κρεῖττον μεταπεμφθῶσι. τοῦτο γὰρ ὁ ἀδελφὸς μὴ συνεπίσκοπος ἡμῶν Μειζώνιος, ὁ τῆς προτης καθέδρας προφανέστατος ἀνὴρ, ἀξίως ⓒ ὅλου μὴ τῆς συνέσεως αὐτῶ γράφων πρὸς τ ἐμὲ ὑτέλειαν ἤτησεν. ἐαν οὖν ἀρέσκῃ τὰ συζητηθέντα, ἀναγνωσθῶσι, ⓒ ἔκρισα ὀφ τ ὑμετέρας καταγνησθῶσιν ἀγάπης.

niſſe ad diem, vt dixi, præſtitutam noſtri tractatus: ſed cum ſacerdotum noſtrorũ epiſtola Byzacenorum fuiſſet recitata, vel quid mecum iidem qui tempus & diem Concilii præuenerant, tractaſſent, veſtræ caritati legeretur; lecta eſt etiam a fratribus Honorato & Vrbano, qui nobiſcum hodie Concilio participantur, legatio Sitiphenſis prouinciæ deſtinata. Frater etiam Reginus eccleſię Vegei Selitanę literas ad paruitatem meam datas Creſcentiani primæ ſedis, vt ipſe inſinuat, Numidiarum, & Aurelii coepiſcoporum noſtrorum: in quibus ſcriptis veſtra mecum caritas recognoſcit promiſiſſe eoſdem, quod aut ipſi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuiſſent ex more deſtinaturi legatos. Sed hoc quia minime factum videtur, diu ſe detineri de longinquo venientes legati Mauritaniæ Sitiphenſis non poſſe teſtantur: & ideo fratres, ſi veſtræ caritati videtur, literæ fratrum noſtrorum Byzacenorum, ſed & breuiariũ quod eidem epiſtolæ adiunxerunt, ad hunc cœtum cõrogatum legantur, vt ſi qua forte illic mouere caritatis veſtræ animũ poſſunt, in eodem breuiario, quæ diligentius fuerint animaduerſa, in melius reformentur. Hoc enim frater & coepiſcopus noſter primæ ſedis, vir perſpectus merito ſuæ grauitatis atque prudentiæ, Mizonius ſcribens ad meã paruitatẽ poſtulauit. Si ergo placet, quæ tractata ſunt, legantur, & ſingula a veſtra caritate conſiderentur.

Quod nihil de Hipponensi Concilio sit emendandum.

XXXIV.

Concilium Afri. cap.1.

Epigonius episcopus dixit: In hoc breuiario quod decerptum est de Concilio Hipponensi, nihil arbitramur esse emendandum vel assuendum, nisi vt dies sanctæ Paschæ tempore Concilii innotescat.

Οτι οὐδὲν ἐκ τῆς σὺν Ιππωνι συνόδου εἴη διορθωτέον.

λδ'.

Επίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν τούτῳ τῷ βρεβιάριῳ τῷ ἀποδρεφθέντι ἐκ τῆς ἐν Ιππωνι συνόδου, οὐδὲν νομίζομεν εἰ διορθωτέον ἢ προσθετέον, εἰ μὴ ἵνα ἡ ἡμέρα τοῦ ἁγίου πάσχα σὺν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου γνωσθείη.

Vt episcopi, vel clerici non facile filios suos emancipent.

XXXV.

Concilium Carth. III. cap. 14. Concilium Afri. cap.2.

Vt episcopi, vel clerici filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & de ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς μὴ ἀφιέναι τὰ τέκνα αὐτῶν ποιεῖν ἐμαγκιπάτα.

λε'.

Ωστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς τὰ τέκνα αὐτῶν μὴ ἐᾶν αὐτεξουσίως ἀπέναι διὰ ἐμαγκιπατίωνος, εἰ μηδ' αὐτοῖς τοῦ ζῆν καὶ εἰς τὴν ἡλικίαν αὐτῶν πληροφορηθῶσιν, ὡς λοιπὸν τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν εἰς αὐτοὺς συντείνειν.

Vt episcopi, vel clerici non ordinentur, nisi omnes suos fecerint Christianos.

XXXVI.

Concilium Cartha. III. cap.18. Concilium Afri. cap.3.

Vt episcopi, & presbyteri, & diaconi non ordinentur priusquam omnes qui sunt in domo eorum, Christiani catholicos fecerint.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς μὴ χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ πάντας τοὺς ἰδίους χριστιανοὺς ποιήσωσιν.

λς'.

Ωστε ἐπισκόπους καὶ διακόνους καὶ πρεσβυτέρους μὴ χειροτονεῖσθαι πρὶν ἢ πάντας τοὺς σὺν τῷ οἴκῳ αὐτῶν χριστιανοὺς ὀρθοδόξους ποιήσωσιν.

Quod præter panem & merum mixtum aqua nihil in sacramentis offerri debeat.

XXXVII.

Concilium Afri. cap.4.

Vt in sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est panis & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, seu mel & lac, quod vno die solennissimo in infantũ mysterio solet offerri: quam-

Περὶ τοῦ μὴ ἄλλο τι προσφέρειν ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου, εἰ μήτε σὺν τοῖς ἁγίοις προσφέρειν.

λζ'.

Ινα σὺν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου προσενεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος παρέδωκε· τοῦτ' ἔστιν ἄρτος καὶ οἶνος ὕδατι μεμιγμένος. ἀπαρχὴ δέ, εἴτε μέλι εἴτε γάλα, ὡς εἴωθε, προσφερέσθω ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἑτοίμῳ εἰς τὸ τῶν νηπίων μυ-

σήειον· εἰ μὴ τὰ μάλιστα γάλα ἐν θυσιαστηείῳ προσφέρεται, ὅμως ἰδίαν ἐχέτω κυείως εὐλογίαν, ὡς ἐκ τῶ ἁγιάσματος τῶ κυειακοῦ σώματος καὶ αἵματος δίδασθαι· μηδὲν δὲ πλέον ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς προσφερέσθω, ἢ ὁπόσα φυλλῶν καὶ σίτου.

Ὡστε κληρικοὺς ἢ ἐγκρατευομένους πρὸς παρθένους ἢ χήρας μὴ εἰσιέναι.

λη'.

Κληεικοὶ ἢ ἐγκρατευόμενοι πρὸς χήρας ἢ παρθένους, εἰ μὴ κατ' ἐπιτροπὴν καὶ συναίνεσιν τῶ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ τῶ πρεσβυτέρων, μὴ εἰσίτωσαν· καὶ τοῦτο οὐ μὴ μόνοι ποιείτωσαν, ἀλλὰ μετὰ συγκληεικῶν, ἢ μετὰ τούτων μᾶλλον ὧν ὁ ἐπίσκοπος ἢ οἱ πρεσβύτεροι μόνοι ἔχωσι πλὴ εἴσοδον πρὸς τὰς τοιούτοις γυναῖκας, ἢ ὅπου παρεῖσι κληεικοὶ ἢ σεμνοί τινες χειστιανοί.

Πεεὶ τῶ πρῶτον ἐπίσκοπον μὴ προσαγορεύεσθαι ἔξαρχον τῶν ἱερέων.

λθ'.

Ὡστε τὸν τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπον μὴ λέγεσθαι ἔξαρχον τῶν ἱερέων, ἢ ἄκρον ἱερέα, ἢ τοιοῦτόν τι ποτε· ἀλλὰ μόνον ἐπίσκοπον τῆς πρώτης καθέδρας.

Γεεὶ τῶ μὴ καπηλεύειν τοὺς κληεικοὺς, εἰ μὴ ἀναγκαίως.

μ'.

Ὡστε τοὺς κληρικοὺς χάριν τῆς πρώτης ἢ πίνης μὴ εἰσιέναι εἰς καπηλεῖα, εἰ μηδ' ὑπὸ ξενίας ἀνάγκης σωωθεμένους.

uis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, vt a ſacramento Dominici corporis & ſanguinis diſtinguantur; nec amplius in primitiis offeratur, quam de vuis & frumentis.

Vt clerici, vel continentes, ad virgines vel viduas non accedant.

XXXVIII.

Clerici, vel continentes, ad viduas vel virgines, niſi ex iuſſu vel permiſſu epiſcoporum aut preſbyterorum, non accedant: & hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis, vel cum his quibus epiſcopus aut preſbyter iuſſerit: nec ipſi epiſcopi & preſbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi feminas, ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui Chriſtiani. Concilium Afric. cap. 5.

Vt princeps ſacerdotum non appelletur epiſcopus.

XXXIX.

Vt primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotũ, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus. Concilium Afri. cap. 6.

Vt clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.

XL.

Vt clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi. Concilium Afri. cap. 7.

Vt a ieiunis Deo ſacrificia celebrentur.

XLI.

Concilium Afri. cap. 8. Vt ſacramenta altaris non niſi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Dominica celebratur. Nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſiue epiſcoporum, ſiue ceterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt, iam pranſi inueniuntur.

Περὶ τοῦ ἀπὸ νηστικῶν τῷ θεῷ προσφέρεσθαι θυσίας.

μά.

Ὡστε ἅγια θυσιαστηρίου, εἰ μὴ ἀπὸ νηστικῶν ἀνθρώπων, μὴ ἐπιτελεῖσθαι, ἐξηρημένης μιᾶς ἐτησίας ἡμέρας, ἐν ᾗ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἐπιτελεῖται. ἐὰν δέ τινων κοιμηθέντων τὸ δειλινὸν καιρὸν πληρωσάντων, εἴτε ἐπισκόπων εἴτε τῶν λοιπῶν, παράθεσις γένηται, μόναις εὐχαῖς ἐκτελεσθῇ, ἐὰν οἱ ταύτῃ ποιοῦντες, ἀριστήσαντες εὑρεθῶσιν.

Vt in eccleſiis conuiuia minime celebrentur.

XLII.

Concilium Afri. cap. 9. Vt nulli epiſcopi vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi forte tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiant: populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis, quantum fieri poteſt, prohibeantur.

Περὶ τοῦ μηδαμῶς συμπόσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελεῖσθαι.

μβ.

Ὡστε ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μὴ συμποσιάζεσθαι· εἰ μήτι ἀνὴρ τυχὼν ἀνάγκῃ ξενίας διαβαίνοντες ἐκεῖ καταλύσωσι. καὶ οἱ λαοὶ δὲ ἀπὸ τοιουτοτρόπων συμποσίων, ὅσον δυνατόν ἐστι, κωλυθῶσιν.

De pœnitentibus.

XLIII.

Concilium Afric. c. 10. Vt pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur: & vt preſbyter inconſulto epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſentiæ epiſcopi neceſſitate cogente. Cuiuſcumque autem pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſam eccleſiam commouerit, ante abſidem manus ei imponatur.

Περὶ τῶν μετανοούντων.

μγ.

Ὡστε τοῖς μετανοοῦσι τὴν τῶν ἁμαρτημάτων διαφορὰν τῇ τῶν ἐπισκόπων κρίσει τὰς μετανοίας ἐν καιρῷ ψηφίζεσθαι. πρεσβύτερος γὰρ παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου μὴ καταλλάσσει μετανοοῦντα, εἰ μὴ διὰ ἀνάγκης σωματικῆς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. οὐ πᾶσα δὲ ἁμαρτία μετανοοῦντος, εἰ πυθμενικὸν καὶ περιλαμβανόμενον ἐστὶ τὸ ἔγκλημα τὸ συμπᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν κινοῦν, πρὸ τῆς ἀψῖδος τύπτῳ ἡ χεὶρ ἐπιτεθῇ.

De virginibus.

XLIV.

Concilium Afric. c. 11. Vt virgines ſacræ cum parentibus, a quibus cuſtodiebantur,

Περὶ παρθένων.

μδ.

Ὡστε τὰς ἱερὰς παρθένους, ὅτε τῶν πατέρων χωρίσωνται, ὑπ' ὧν ἐφυλάσσον-

λαπίονζ, τῇ τῦ ἐπισκόπου, ἢ, αὐζ ἀπόντος, τῇ τῦ πρεσβυτέρου προνοίᾳ ταῖς τιμιωτέραις γυναιξὶ παραπέμπεσθαι, ἢ ἅμα κατοικούσας ἀλλήλας φυλάττειν, ἵνα μὴ πανταχοῦ πλαζόμεναι, τὴν ὑπόληψιν βλάπτωσι τῆς ἐκκλησίας.

priuatæ fuerint, episcopi vel presbyteri, vbi episcopus absens est, prouidentia grauioribus feminis commendetur, vt simul habitantes inuicē se custodiant, ne passim vagando ecclesiæ lædant existimationem.

Περὶ τῶν ἀσθενούντων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι μὴ δυναμένων.

De ægrotantibus, qui pro se respondere non possunt.

με'.

XLV.

Ὥστε τοὺς ἀσθενοῦντας, οἵτινες ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀποκρίνεσθαι οὐ δύνανται, τότε βαπτίζεσθαι, ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τῷ περὶ αὐτῶν μαρτυρεῖσθαι κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν. ὥστε τοῖς σκηνικοῖς καὶ μίμοις, καὶ τοῖς λοιποῖς τοιούτοις προσώποις, ἢ ἀποστάταις, μετανοοῦσι καὶ ὑπερέφοισι τοῦ θεοῦ, χάριν ἢ καταλλαγὴν μὴ ἀρνεῖσθαι.

Vt ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui periculo proprio dixerint, baptizentur. Vt scenicis, atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis reconciliatio non negetur. Concilium Afric. c. 12.

Περὶ τῶν παθῶν τῶν μαρτύρων.

De passionibus martyrum.

μς'.

XLVI.

Ἐξέστω ἐπὶ μόνῃ ἀναγινώσκεσθαι τὰ πάθη τῶν μαρτύρων, ὁπόταν αἱ ἐτήσιαι αὐτῶν ἡμέραι ἐπιτελοῦνται.

Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarii dies eorum celebrantur. Concilium Afric. c. 13.

Περὶ Δοναλιστῶν, καὶ παιδίων τῶν παρὰ τοῖς Δοναλισταῖς βαπτιζομένων.

De paruulis, qui apud Donatistas baptizati sunt.

μζ'.

XLVII.

Ἤρεσεν ἵνα ἐρωτήσωμεν σὺν ἀδελφοῖς καὶ συνιερεῦσιν ἡμῶν Σιρίκιον καὶ Σιμπλικιανὸν περὶ μόνων τῶν νηπίων τῶν παρὰ τοῖς Δοναλισταῖς βαπτιζομένων, μήπως ἔστι τὸ ὑπὲρ οἰκείᾳ προθέσει ἐκ ἐποίησαν, τῇ τῶν γονέων πλάνῃ ἐμποδίσῃ αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ προσκόπτειν εἰς ὑπουργίαν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ὅταν πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν σωτηριώδη προθέσει ἐπιστρέψωσι. τούτων δὲ ἐναρχθέντων, Ὀνωρᾶτος καὶ Οὐρβάνος, οἱ ἐπίσκοποι τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης χώρας, εἶπον· ἐκ πολλοῦ, ὅτε πρὸς τὴν ὑμετέραν

De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & consacerdotes nostros Siricium & Simplicianum de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem: ne quod suo non fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, ne promoueantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Vrbanus episcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, dixerunt: Iamdudum, cum apud sanctitatem vestram alle- Concilium Afric. c. 14.

garemus scripta, dilati sumus ea contemplatione, quousque fratres nostri aduenire possent de Numidia legati. Sed quia non pauci dies sunt, quibus expectati minime venerunt: vltra prætermittere, quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo fratres suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus, verum & de sacrificiis inhibendis post prandium, vt ab ieiunis, sicut dignum est, offerantur, & tunc, & nunc firmatum est.

ἀγιωσύνῃ ἀπεστελλόμθα, τὰ χεαφέντα ὑπρεθέμθα ταύτῃ τῇ κατανοήσει, ὅτι πεοσεδοκῶμθ ἀδελφοὶς ἡμῶν πεᾶγμάτας τοποτηρητὰς Νουμιδίας. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ ὀλίγαι ἡμέραι εἰσὶν ἀφ' οὗ οἱ πεοσδοκώμθοι οὐδαμῶς κατέλαβον, πεαιτέω παριδεῖν τὰ ἐνταλέντα ἡμῖν ὑπὸ τῆς σωεπισκόπων οὐδεῖ. κ) διὰ τοῦτο ἀδελφοὶ τ' ἀναφοραν ἡμῶν πεοθύμως εἰσδέξαδε. πεὶ τῆς πίστεως γὰς τῶν ἐν Νικαίᾳ πεακτέντων ἠκούσαμθ. ἀληθὲς ὄντα πεὶ τῶν γινομθένων μὴ τὸ ἄςιστον ἀγίων, ἵνα ὑπὸ νηστικῶν, ὡς ἔστιν ἄξιον, πεοσφέςωνται· καὶ τότε ἐβεβαιώθη.

De rebaptizationibus & reordinationibus, vel translationibus episcoporum.

XLVIII.

Concilium Afric. c. 15.

Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in Capuensi plenaria Synodo videtur statutum, vt non liceat fieri rebaptizationes, reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villæ Rhegiensis episcopus, plebe sua derelicta, Tubiensem inuasit ecclesiam, & vsque hodie commonitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere eamdem quam inuaserat plebem, contempsit. Aduersus istum quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuimus: sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, vt dignemini dare fiduciam, quo iam necessitate ipsa cogente liberum nobis sit rectorem prouinciæ secundum statuta glorioſissimorũ principum aduersus illum adire: vt qui miti admonitione sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare inlicitum, auctoritate iudiciaria protinus exclu-

Περὶ ἀναβαπτισμάτων καὶ ἀναχροτονιῶν ἢ μεταβάσεων ἐπισκόπων.

μή.

Ἐκεῖνο δὲ ἀναφέρομθ ἐνταλὲν ἡμῖν, τὸ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καπούῃ ὀεθὲν, ὥστε μὴ ἐξεῖναι γίνεδαι ἀναβαπτίσεις ἢ ἀναχροτονήσεις ἢ μετακινήσεις ἐπισκόπων. Κρεσκώνιος οὖν τῆς Ρεκένσης ἀγροῦ ἐπίσκοπος καταφρονήσας ἔ ἰδίου λαοῦ, τὴν Τουβηκένη ἐπέβη ἐκκλησίαν, κ) ἕως τῆς σήμερον πολλάκις ὑπομνηδεὶς κ) τὸ ὀεθὲν καταλιπεῖν πλὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν, ἣν ἐπῆλθεν, οὐχ εἵλετο. πεὶ τούτου δὲ τὰ πεοαιτελδέντα, βέβαια ἠκούσαμθ· καὶ αἰτοδμθ κ) τὸ ἐνταλὲν ἡμῖν, ἵνα καταξιώσητε δοῦναι παῤῥησίαν ἐπ' ἀδείας ἡμῖν χρῆσδαι· ὅτι αὐτὴ ἡ ἀνάγκη παρασκευάζει τῷ ἄρχοντι τῆς χώρας κατ' ἐκείνου πεοσελδεῖν, κ) τὰς διατάξεις τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, ἵνα ὁ τῇ πρώτῃ ὑπομνήσει τ' ὑμετέρας ἁγιωσύνης πειθαρχήσας μὴ θελήσας, καὶ διορθώσαδαι τὸ ἀσυγχώρητον, αὐθεντίᾳ ἀρχοντικῇ παραχρῆ-

μα κωλυθῇ. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Φυλαχθέντος τοῦ τύπου τῆς καταστάσεως μὴ κριθῇ τῆς σωφόδου ὑφέξων, ἐὰν ἐπεικῶς αἰτηθεὶς παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀποστῶσι παρητήσατο· ἐπειδὴ ἐκ τῆς οἰκείας καταφρονήσεως καὶ μονοζωνίας ἀφειλήθη εἰς ἀρχονλικλιῶ ἐξοισίαν. Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· τοῦτο οὖν πᾶσιν ἀρέσκει; ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· δίκαιόν ἐστιν, ἀρέσκει.

Γόσοι ἐπίσκοποι ἐπίσκοπον χροτονεῖν ὀφείλουσιν.

μθ'.

Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς ἐπίσκοποι εἶπον· κἀκεῖνο ἡμῖν ἐνετάλη, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πλησίον ἀδελφοὶ ἡμῶν δύο ἐπίσκοποι τῆς Νουμιδίας χροτονῆσαι ἐτόλμησαν ἱερέα, κρίνατε μὴ χρὴ δοκεῖν χροτονίας ἐπισκόπων, εἰ μὴ ἀπὸ δώδεκα.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁ ἀρχαῖος τύπος φυλαχθήσεται, ἵνα μὴ ἧττονες τριῶν τῶν ὁρισθέντων εἰς χροτονίαν ἐπισκόπων ἀρκέσωσι· διόπερ ἐν Τριπόλει τυχὸν καὶ ἐν Αρζουΐῃ δόξειεν προσκεῖσθαι βαρβαρικὰ ἔθνη. ἐν Τριπόλει δὲ πέντε καὶ μόνοι εἰσὶν, ὡς γινώσκετε, ἐπίσκοποι· ἐνδεχόμενον οὖν αὐτοὺς πολλάκις ἐξ ἀριθμοῦ τοῦ δύο δυσκολίᾳ τινὶ κατέχεσθαι. δυσχερὲς γάρ ἐστιν ἐξ οἱουδήποτε ἀριθμοῦ πάντας δυνασθῆναι ἀπαντῆσαι· μὴ ὀφείλει τοῦτο αὐτὸ προκόπτειν ἐπὶ τῷ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας; καὶ γὰρ εἰς ταύτην τὴν ἐκκλησίαν, εἰς ἣν καταξίωσεν ἡ ὑμετέρα σωτηρίαν ἀγιωσύνη, συχνῶς καὶ σχεδὸν καθ' κυριακὴν χροτονημένους ἔχομεν· μὴ ἄρα δυνάμεναι συνεχῶς δώδεκα ἢ δέκα, ἢ οὐχὶ πολὺ ἐλάττοις συγκαλεῖν ἐπισκόποις;

datur. Aurelius episcopus dixit: Seruata forma disciplinæ non æstimabitur appetitus, si a vestra caritate modeste cõuentus recedere detrectauerit, cum fuerit, suo contemptu & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc ergo omnibus placet? ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, & iustum est.

Quot episcopi ordinare episcopum debeant.

XLIX.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt quia proximi fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi a XII. censeatis celebrari episcoporum ordinationes. Concilium Afric. c. 16.

Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad episcopum ordinandum, propterea quia in Tripoli forte, & in Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes. nam in Tripoli, vt asseritur, episcopi sunt quinque tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari: difficile est enim vt de quolibet numero omnes possint occurrere; numquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ vtilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas conuenire, crebro ac pene per diem Dominicã ordinandos habemus: numquidnam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minus aduocare episcopos?

ſed facile eſt mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos. Quapropter cernit mecum caritas veſtra hoc ipſum obſeruari non poſſe.

δύο δὲ γείτονας προσζεῦξαι δύνηρές ἐστι τῇ ἐμῇ βραχύτητι. διὸ ὁρᾷ σὺν ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, τοῦτο αὐτὸ μὴ δύνασθαι παραφυλαχθῆναι.

Quot addi debeant epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando epiſcopo fuerit contradictum.

Πόσοι ἐπίσκοποι προστεθῆναι ὀφείλοισι τῷ ἀριθμῷ τῶν χειροτονούντων, ἐὰν περὶ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπου ἀντιλογία γένηται.

L.

Concilium Afric. c. 17.

Sed & illud eſt ſtatuendum, vt quando ad eligendum epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata ſunt apud nos, non præſumant ad purgandum eum qui ordinandus eſt, tres epiſcopi iam: ſed poſtuletur ad numerum ſupradictorum vnus vel duo, & in eadem plebe cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium. Poſtremo etiam illa quæ obiiciuntur, pertractentur: & cum purgatus fuerit in conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione.

Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet.

Νʹ.

Ἐκεῖνο δὴ ὀφείλει δεῖ, ὥστε ἐάν ποτε περὶς ἐπιλογὴν ἐπισκόπου προσέλθωμεν, καὶ ἀναφυῇ τις ἀντιλογία, ἐπειδὴ τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῖν ἐπρακτεύθησαν, τολμηρὸν εἶναι λοιπὸν, τρεῖς μόνους πρὸς τὸ καθαρᾶι (ϖ) χειροτονηθησόμενον ἀνευθῆναι· ἀλλὰ τῷ προλεχθέντι ἀριθμῷ προστεθῆναι εἰς (ϛ) δύο. καὶ ἐπὶ αὐτῆς τῆς λαοῦ οὗ μέλλει χειροτονεῖσθαι, ἐξεταζέσθωσι πρῶτον (ϖ) τὰ πρόσωπα τῶν ἀντιλεγόντων· εἰς ὕστερον γὰρ καὶ τὰ προτεθησόμενα συζητεῖσθαι. καὶ ὅτε καθαρὸς φανεὶς ἐπὶ δημοσίας προσώπου, εἶθ' οὕτως χειροτονηθείη. ἐὰν τοῦτο καταδέχηται ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, τῇ ὁμονοητικῇ ἀποκρίσει τῆς ὑμετέρου ἀξιώματος βεβαιωθείη.

Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πάνυ ἀρέσκει.

Vt de eccleſia Carthaginis dies Paſchæ nuntietur.

LI.

Concilium Afric. c. 18.

Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio noſtro omnia tractata noſcuntur, addimus etiam de die Paſchæ nobis eſſe mandatum, vt de eccleſia ſemper Carthaginenſi, ſicuti aſſolet, inſtruamur, & non ſub angu-

Ωστε ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος ἀγγέλλεσθαι τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα.

Να΄.

Ὀνωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἐπειδὴ τὰ ἐν τῷ κομμονιτωρείῳ ἡμῶν πάντα δεῖ συζητεῖσθαι, προστίθημι ἔτι μὴν ἐντελεῖν ἡμῖν περὶ τῆς ἡμέρας τοῦ πάσχα· ἵνα καὶ τὸ ἐνδοθεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος ἀεὶ πρασκυαζώμεθα, καὶ μὴ ἐν στενῷ

τῦ χρόνου διασήματι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν δοκῇ τῇ ἁγιωσύνῃ ὑμῶν, ἐπειδὴ μεμνήμεθα ἤδη ἐκ πολλοῦ ἡμᾶς ἐπαγγελαμένους, ὥστε ἐν ἑκάστοις ἑαυτοῖς συνέρχεσθαι περὶ τὸ συζητεῖν, ὅταν εἰς ἓν συνέλθωμεν, τότε διαδηλώσεται ἁγίου πάσχα ἡ ἡμέρα διὰ τῶν εὑρεθησομένων ἐν τῇ συνόδῳ τοποτηρητῶν. Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβάνιος ἐπίσκοποι εἶπον· νῦν διὰ τῆς παρούσης συνελεύσεως αἰτοῦμεν, ἵνα χράμμασι τυπῶσαι τὰς ἡμετέρας ἐπαρχίας καταξιώσητε. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· δικαιόν ἐστιν οὕτως γενέσθαι.

Περὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκέπτεσθαι.

νβ'.

Κἀκεῖνο ἡμῖν διὰ λόγου ἐντέταλται, ὥστε καὶ ἡμᾶς καταξιῶσαι τὸ ὀφειλόμενον ἐκ τοῦ ἐν Ἱππῶνι συνόδου, ὀφείλομεν ἑκάστῳ ἐπαρχίαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνόδου ἐπισκέπτεσθαι, ἵ ὅπως ἐν τούτῳ καὶ τῷ ἄλλῳ ἑαυτῷ ὑπάρξητε καὶ τάξιν ἐπισκέψασθε τὴν Μαυρετανίαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τότε περὶ τῆς τῆς Μαυρετανῶν χώρας οὐδὲν ὡρίσαμεν, διὰ τὸ εἰς τὰ τέλη τῆς Αφρικῆς κεῖσθαι αὐτήν· καὶ ὅπ τῷ βαρβαρικῷ παράκειται. ὁ δὲ θεὸς χάρισι ἐκ περισσοτέρας δυνάμεως ἡμᾶς καὶ μὴ ἐπαγγειλαμένους τοῦτο ποιεῖν, καὶ χαρίσηται εἰς τὴν χώραν ὑμῶν. ὀφείλετε γὰρ ἐννοεῖν ἀδελφοί, ὅπ ἐὰν λογισμὸς ἁπαιτῇ, τοῦτο περὶ ἑαυτῶν διεξελθεῖν ἠδυνάντο καὶ οἱ Τριπολιτανοὶ καὶ οἱ Αρζουϊτανοὶ ἀδελφοί.

sto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur, quoniam nos spopondisse iamdudũ meminimus, vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tum euulgabitur sanctus Paschæ dies per legatos qui adfuerint Concilio. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, vt literis prouinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necesse est.

De visitandis prouinciis.

LII.

Concilium Afric. c. 19.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis verbo mandatum est, vt quia constitutũ est in Concilio Hipponensi, singulas prouincias tempore Concilii visitandas esse, dignemini etiam, quod hoc anno secundum ordinem distuliſtis, vel alio anno Mauritaniam prouinciam visitare. Aurelius episcopus dixit: Tunc de prouincia Mauritania, propterea quod in finibus Africæ posita sit, nihil statuimus, siquidem vicinæ sunt barbarico: sed præstet Deus, vt ex abundanti non pollicentes venire possimus ad vestram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc sibi & Tripolitani & Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.

Vt diœceſes, niſi ex conſenſu epiſcopi proprii, epiſcopum non accipiant.

LIII.

Concilium Afric. c. 20.

Epigonius epiſcopus dixit: Multis Conciliis hoc ſtatutum a cœtu ſacerdotali eſt, vt plebes quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quæ epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius epiſcopi a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id eſt epiſcopos. At vero quia nonnulli dominatu quodã adepto communionem fratrum abhorrent, vel certe, cum deprauati fuerint, quaſi in quadam arce tyrannica ſibi dominatum vendicant: quod plerique tumidi atque ſtolidi aduerſus epiſcopum ſuas ceruices erigunt preſbyteri, vel conuiuiis ſibi concinnantes plebem, vel certe perſuaſu maligno; vt illicito fauore eoſdem velint ſibi collocare rectores. Quod quidem inſigne mentis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpe oppreſſiſti, non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & praue continuata Concilia hoc dico, non debere rectorẽ accipere eam plebem, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, nec vnquam proprium epiſcopum habuit. Quapropter ſi vniuerſo ſanctiſſimo cœtui placet hoc, quod perſecutus ſũ, confirmetur. Aurelius epiſcopus dixit: Fratris & conſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto: ſed hoc me & feciſſe & facturum eſſe profiteor circa eos

Ὡστε τὰς διοικήσεις, εἰ μὴ κατ' συναίνεσιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἐπίσκοπον ἕτερον μὴ δέχεσθαι.

νγ'.

Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν πολλαῖς συνόδοις ὥρισται συνεδρίῳ ἱερατικῷ, ἵνα τὰ πλήθη τὰ ἐν ταῖς παροικίαις ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων κατεχόμενα, τὰ ἴδιον ἐπίσκοπον μηδέποτε ἔσχηκότα, εἰ μὴ κατ' συναίνεσιν τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οὗ ἐξαρχῆς κατέχονται, μὴ λαμβάνοιεν ἰθυντὰς ἰδίους, τοῦτ' ἔστιν ἐπισκόπους. ἐπειδή τινες δηλαδὴ τυραννίδος τινὸς ἐπιτυχηκότες, τῷ τῆς ἀδελφῶν κοινωνίας ἀποστρέφονται· καὶ ὅταν δὲ ἀποφαυλισθῶσιν, ὡς αὖ ἐί τινι παλαιᾷ τυραννίδι δεσποτείας ἑαυτοῖς ἐκδικοῦσι· πολλοὶ γὰρ ἐν τῷ πρεσβυτέρων φυσιούμενοι καὶ μωροὶ, τοὺς αὐχένας ἐπανιστῶσι κατὰ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπων, τὸ πλῆθος συμποσίοις καὶ κακοηθέσι συμβουλίαις διεγείροντες, ὡς δῆνοιά τινες ἑαυτοὺς ἰθυντὰς καθιστάνειν. ὅπερ δὲ ἐπισήμως βούλομαι παρὰ τὴν ὑμετέραν κατέχομαι διανοίας, περὶ τοῦ ἀδελφὲ Αὐρήλιε, ὅτι πολλάκις τὰς τοιαύτας ὁρμὰς μὴ προσδεχόμενος ἐκώλυσας· διὰ δὲ τὰς τῶν τοιούτων κακοβελεῖς ἐπινοίας, καὶ τὰ φαύλως συμφρονούμενα βουλεύματα, τοῦτο λέγω, μὴ ὀφείλειν καθηγητὴν ἴδιον δέχεσθαι τὸ πλῆθος τὸ ἐν τῇ λεγομένῃ παροικίᾳ ὑποκείμενον ἀρχαίῳ ἐπισκόπῳ, καὶ μηδέποτε ἴδιον ἐπίσκοπον ἔσχηκός. διὸ ἐὰν συμπάσῃ τῇ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ ἀρέσκῃ τὸ παρ' ἐμοῦ, βεβαιωθῇ. Αὐρηλίου ἐπισκόπου εἶπε· τῷ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἡμῶν τῇ ἀκολουθήσει ἐν μὐθίσαμαι, ἀλλὰ τοῦτο ἐμὲ καὶ πεποιηκέναι καὶ ποιήσαντα ὁμολογῶ, δηλαδὴ περὶ τοῦ

ὁμονοοῦντας, οὐ μόνον τῇ ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ ἱερατικῇ συλλειτουργίᾳ. εἰσὶ γὰρ πλεῖστοι συμπνέοντες τοῖς οἰκείοις πλήθεσιν, ἅ λεγα, ὡς λέλεκται, ἀπατῶσι, κνήθοντες τὰς ἀκοὰς αὐτῶν, καὶ κολακεύοντες πρὸς ἑαυτοὺς ἀνθρώπους κατεγνωσμένου βίου· μᾶλλον δὲ φυσιούμενοι καὶ ἐκ τῆς συλληρώσεως ταύτης ἑαυτοὺς χωρίζοντες· οἵτινες τῷ ἰδίῳ πλήθει ἐπῳδόμενοι, πολλάκις συλλεγέντες ἐλθεῖν εἰς σύνοδον ὀκνοῦσιν, ὡς φοβούμενοι μήπως τὰ τῶν ἀποπημάτων φανερωθῶσι. λέγω οὖν, ἐὰν δοκῇ, ὀφείλομεν παντὶ τρόπῳ ἀγωνίσασθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἰδίας ἐκκλησίας τὰς κακῶς εἰς αὐτοὺς ἐλευθούσας, καὶ ἵνα αὐθεντικῶς δημοσίᾳ ἐκβάλλωνται, καὶ αὐτῆς τῆς πρωτοθρόνων καθέδρας ἀποκινῶνται. χρὴ γὰρ τοῦτον σύμπασι τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ὅλῃ τῇ συνόδῳ περισκολλωμένους, μὴ μόνον τὴν οἰκείαν κατέχειν δικαίως καθέδραν, ἀλλ' ἐπιμένειν τὰς τοιαύτας διοικήσεις κεκτῆσθαι. τοῦτον δὲ δοκοῦντας τοῖς ἰδίοις ὄχλοις ἀρκεῖσθαι, καὶ τὴν ἀδελφικὴν ἀγάπης καταφρονοῦντας, μὴ μόνον τὰς διοικήσεις ἀπολλύειν, ἀλλ' ἐπιμένειν, ὡς εἶπον, καὶ τὴν ἰδίων τόπων ἀρχιερατικὴν * σεσῆσαι ὡς αὐτάρτας δυναστείας. Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς ἐπίσκοποι εἶπον· ἡ μελίσση σοφόν τι ὑμετέρας ἀγιωσύνης ταῖς πάντων διανοίαις ἐνεκαθέζετο, καὶ λογιζόμεθα ὀφείλειν τῇ πάντων ἀποκρίσει βεβαιωθῆναι τὴν ὑμετέραν ἐξακολούθησιν. σύμπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἀρέσκει, ἀρέσκει.

* Ie. σεσῆσθαι

sane, qui fuerint concordes, non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium. Sunt enim plerique conspirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, vt dictum est, earum scalpentes aures, blandi ad seducendum, vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum; & nonnunquam conuenti ad Concilium venire detrectant, sua forte ne prodantur flagitia, metuentes. Dico, si placet, circa hos, non tantum diœceses non esse seruandas, verum & de propria ecclesia, quæ illis male fauerit, omnimodo adnitendum vt etiam auctoritate publica reiiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuersis fratribus ac toto Concilio inhæserit, non solum suam iure integro, sed & diœceses possideat. At vero, qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraterna dilectione contempta, non tantum diœceses amittant, sed, vt dixi, etiam propriis publica careant auctoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Summa prouisio sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, & puto, omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es, roboranda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet, placet.

Vt alienus clericus minime ſuſcipiatur ab alio.

LIV.

Concilium Afric. c. 21.

Epigonius epiſcopus dixit: In multis Conciliis hoc ſtatutum eſt, etiam nunc confirmandum eſt a veſtra prudentia, beatiſſimi fratres, vt clericum alienum nullus ſibi præripiat epiſcopus præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus eſt Dei beneficiis per meam paruitatem in ſe conlatis, ita temerarium & audacem extitiſſe, vt eum qui a me baptizatus eſt, cum eſſet puer egentiſſimus, mihi ab eodē commendatus; cumque multis annis a me aleretur atque increſceret; hunc, vt dixi, baptizatum eſſe in eccleſia mea per manum paruitatis meæ conſtat. Idem in diœceſi Mappalienſi lector eſſe cœperat, imo annis ferme duobus legerat. Neſcio quo contemptu humilitatis meæ idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quaſi proprium ciuem ſui loci Vazaritani, me inconſulto vſurpare: nam & diaconum illum ordinauit. Hoc ſi licet, pateat hæc licentia a vobis, beatiſſimi fratres, ſin minus, tã impudens cohibeatur, ne ſe miſceat communioni cuiuſquam. Numidius epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neque conſulta tua dignatione id videtur feciſſe Iulianus, iudicamus omnes inique factum, atque indigne. Quapropter niſi idem Iulianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione

Περὶ ἀλλοτρίους κληρικοὺς μηδαμῶς ὑφ' ἑτέρων ὑποδέχεσθαι ἐπισκόπων.

νδ'.

Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν πολλαῖς συνόδοις τοῦτο ὥρισται, καὶ νῦν ἐπιμενῶ ἐκ τῆς ὑμετέρας ἐβεβαιώθη συνέσεως, μακαριώτατοι ἀδελφοί, ὥστε μηδένα ἐπίσκοπον ἰδιοποιεῖσθαι ἀλλότριον κληρικόν, παρὰ τὴν κρίσιν τοῦ προτέρου αὐτοῦ ἐπισκόπου. ἀναφέρω δὲ Ἰουλιανὸν ἀχαρίστως ἐνεχθέντα πρὸς τὰς διὰ τῆς ἐμῆς βραχύτητος εἰς αὐτὸν σωρευθείσας τοσαύτας τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, καὶ οὕτως προπετῶς καὶ τολμηρῶς διαχυόμενον, ὥστε ὃν ἀπὸ νηπίας ἡλικίας ὑπ' ἐμοῦ βαπτισθέντα, ὃν κ' διὰ πολλῶν ἐτῶν αὐξηθέντα μοι, καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη ἐξ ἐμοῦ τραφέντα κ' αὐξηθέντα, τ', ὡς εἶπον, ἐν τῇ ἐμῇ ἐκκλησίᾳ τῇ χειρὶ τῆς ἐμῆς μετριότητος βαπτισθέντα, καὶ διακονούμενον ἐν τῇ τ' Μαπαλιτῶν προοικίᾳ διαγνώσθαι χρόμενον, καὶ ἐπὶ δύο ἔτη ἐκεῖσε ἀναγνώσκοντα· τοῦτον ἐκ οἴδα ποίᾳ καταφρονήσῃ τ' ἐμῆς μετριότητος ἁφαρπάσαι ὃν αὐτὸν Ἰουλιανὸν, καὶ λέγω πολίτην τοῦ διαφέροντος αὐτῷ Βαζαιτανοῦ τόπου, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν γνώμην τοῦτο καταχειρῆσθαι· καὶ γὰ καὶ διάκονον τοῦτον ἐχειροτόνησεν. ἔστω εἰ ἔξεστι, γνωσθῆ ὑμῖν ἡ τοιαύτη ἄδεια μακαριώτατοι ἀδελφοί· εἰ δὲ μήγε, τὸ οὕτως ἀναιδὲς κωλυθῆ, ἵνα μὴ ὁ λεχθεὶς Ἰουλιανὸς ἐπικοινωνῇ ἀλλοτρίοις. Νουμήδιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν μὴ ἐρωτηθείσης μηδὲ αἰτηθείσης τῆς σῆς ἀξίας φανείη τοῦτο πρᾶξας Ἰουλιανὸς, κρίνομεν πάντες ἀδίκως γεγονέναι καὶ μὴ ἀξίως. διὸ εἰ μὴ ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς διορθώσηται τὴν οἰκείαν πλάνην, καὶ μὴ ὑποστρα-

περαπόστεως τῷ ὑμετέρῳ λαῷ τ αὐτὸν ἀποκαταστήσῃ κληρικὸν, ὃν ἐτόλμησε χειροτονῆσαι, κ τῶν θελόντων τῇ σωσόδῳ παρέπεσεν, καὶ χωρισθεὶς ἀφ' ἡμῶν τῆς οἰκείας μονοζωίας ἀπενέγκοι τὴν κρίσιν. Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁ κ τὴν κρείσσονα πατὴρ, κ αὐτῇ τῇ προκοπῇ ἀρχαιότατος & ἐπαινετὸς αἰὴρ ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Βίκτωρ, τὴν αἴτησιν ταύτην ὑμικὴν βούλεται ἐπὶ πᾶσιν ἐκπεπλεσθῶναι.

eumdem clericum, quem fuerat ausus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra statuta Concilii faciens, contumaciæ suæ, separatus a nobis, excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Ætate pater, & ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis, frater & collega noster Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

Περὶ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ Καρχηδόνος, ὅθεν θέλει, κληρικὸν χειροτονεῖν.

Vt Carthaginensi episcopo, vnde voluerit, clericum liceat ordinare.

νέ.

LV.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τ λόγον μου προσδέξασθε ἀδελφοί. συνέβη πολλάκις αἰτηθῆναί με ὑπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἐνδεομένων διακόνων ἢ πρεσβυτέρων ἢ ἐπισκόπων· κ ὅμως μεμνημένος τῶν θελόντων, τούτοις ἕπομαι, ὥστε συνελθεῖν με τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου κληρικοῦ, καὶ ταῦτα αὐτῷ ἐμφανίσαι, ὅτι κληρικὸν αὐτοῦ αἰτοῦνται οἱ τῆς οἱασθήποτε ἐκκλησίας. ἰδοὺ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν αὐτοπλέρισι· διὰ δὲ τὸ μήτε μ τοῦτο συμβῆναι, τοῦτ' ἔστιν ἀναπλησθῆναί μοι τὸν τούτῳ τῷ πράγματι τὸν ἐμοῦ αἰτουμένους· ἐπειδὴ οἴδατε πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ χειροτονιῶν φροντίδα με βαστάζειν, ὡπνισθήποτε τ σωτηρέων σωέλθω μ δύο ἢ τρεῖων μαρτύρων τῆς ἡμετέρας συγκλητώσεως, ἐὰν ἀκαθοσίωτος εὑρεθείη, δίκαιόν ὅστι κρῖναι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, τί δεῖ ποιῆσαι. ἐγὼ γάρ, ὡς ἴστε ἀδελφοί, κ συγχώρησιν θεοῦ πολλῶν ἐκκλησιῶν φροντίδος διατέχομαι. Νεμήδιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀεὶ ὑπὲρ-

Aurelius episcopus dixit: Sermonē meum admittite fratres. Contingit nonnunquam vt postulemur ab ecclesiis, quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel episcopis: & tamen memor statutorum, id sequor, vt conueniam episcopum eius, atque ei inculcem, quod eius clericus a qualibet ecclesia postuletur. sed forte in hodierno non reluctati sunt, & nequando contingat vt reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere. Iustum est ergo, vt quemlibet consacerdotum conueniā cum duobus e consortio nostro, vel tribus testibus. Sin vero indeuotus extiterit, quid censet caritas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum, dignatione Dei, vt scitis fratres, solicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licen-

Concilium Afric. c. 22.

tia huic ſedi, vt vnde vellet, & de cuius nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cuiuſque eccleſię ordinaret epiſcopum. Epigonius epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem: minus enim præſumis frater, cum te bonum & clementem omnibus reddis. habes enim hoc in arbitrio, ſatis eſt, vt ſatisfiat perſonæ vniuſcuiuſque epiſcopi in prima tantummodo conuentione. Si autem quodlibet huic ſedi vendicandum ſibi fuerit arbitratus, neceſſe habes tu omnes eccleſias ſuffulcire: vnde tibi non poteſtatem damus, ſed tuæ aſſignamus, vt liceat voluntati tuæ & ſemper tenere quem voles, vt præpoſitos plebibus vel eccleſiis conſtituas, qui poſtulati fuerint, & vnde velis. Poſtumianus epiſcopus dixit: Deinde, qui vnum habuerit, numquid debet illi vnus preſbyter auferri? Aurelius epiſcopus dixit: Sed epiſcopus vnus eſſe poteſt, per quẽ dignatione diuina preſbyteri multi conſtitui poſſint; vnus autem epiſcopus difficile inuenitur conſtituendus. Quapropter ſi neceſſarium epiſcopatui quis habuerit preſbyterum, & vnum, vt dixiſti frater, habuerit, etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſtumianus epiſcopus dixit: Ergo ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubuenire. Aurelius epiſcopus dixit: Sane quando tu eccleſiæ alteri ſubueneris, perſuadebitur illi qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

ξεν ἡ αὐθεντία αὐτη τῷ θεόνῳ τούτῳ, ἵνα ὅθεν ἦλθε, καὶ θέλει οἰουδήποτε θεσπεράπη ὀνόματος κ᾽ τὴν ἐπαυριμίαν ἑκάστης ἐκκλησίας ἐχροτονῆσαι ἐπίσκοπον. Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡ ἀγαθοθέλεια μεσάζῃ τὴν ἐξουσίαν. ἧττον γὰρ τολμᾷς, ὅπερ δοκῶ, ἀδελφὲ, ἐν τῷ πᾶσιν ἑαυτὸν ἀποδεικνύειν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον. ἔχεις γὰρ ἔτι ἐν τῇ κρίσει σου, τὸ ἀποθεραπεύσαι ἑνὸς ἑκάστου ἐπισκόπου τὸ θέσωπον· ἐν θεσῇ γὰρ μόνον σωελθύσῃ, εἰ σωίδης τὸ ἐπ᾽ ἐξουσίας ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ εἶναι ἐκδικητέον· ἐπειδὴ ἀνάγκην ἔχεις αὐτὸς πάσας τὰς ἐκκλησίας ἐπισκευάζειν. ὅθεν ἐξουσίαν σοι ἡμεῖς οὐ δίδομεν, ἀλλ᾽ ἐπιφέρομεν παύτην τῇ σῇ προαιρέσει, ὥστε ἐξεῖναι ἀεὶ κρατεῖν ὃν ἂν θέλῃς, καὶ θεχαείζεσθαι θεσεσῶτας ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ταῖς λοιπαῖς σοῦ ζητουμένοις, καὶ ὅθεν σωίδῃς. Ποσουμέλιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· εἶτα, ἐάν τις ἕνα κὴ μόνον χῆ πρεσβύτερον, μὴ ὀφείλῃ κὴ αὐτὸς ὁ εἷς ἐξ αὐτοῦ ἀφαιρεθῶναι; Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· κ᾽ συνχώρησιν θεοῦ δύναται ὁ εἷς ἐπίσκοπος πολλοὺς χροτονεῖν πρεσβυτέρους· πρεσβύτερον δὲ θεὸς ἐπισκοπῶ ἐπιτήδιος δυσκεφῶς δύσκει). διὸ ἐάν τις δύρεθῇ ἔχων ἕνα μόνον πρεσβύτερον, κὴ αὐτὸν ἐπιτήδιον τῇ ἐπισκοπῇ, καὶ αὐτὸν ⟨ν⟩ ἕνα ὀφείλει δοθῶναι θεὸς χροτονίαν. Ποσουμελιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκοῦν ἐάν ἄλλος ἐπίσκοπος ἔχῃ πλῆθος κληρικῶν, ὀφείλει μοι τὸ ἕτερον ⟨ν⟩ πλῆθος σωελθεῖν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· δηλαδὴ ὃν ζήτον σὺ τῇ ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ σωῆλθες, σῶωθῆσεται καὶ ὁ σοῦ πλείονας ἔχων κληρικούς, ἵνα ἐξ αὐτῶν εἰς χροτονίαν σοι διαφιλῶσαθαι.

Περὶ τοῦ τοὺς ἐν ταῖς παροικίαις χροτονηθέντας ἐπισκόπους μὴ ἴνα ἑαυτοῖς ἐκδικεῖν διοίκησιν.

νϛ'.

Ονωρᾶτος καὶ Οὐρβανὸς οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἠκούσαμεν ὀφελὸν, ἵνα αἱ παροικίαι μὴ ἀξιῶνται λαμβάνειν ἐπισκόπους, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τούτου, ὑφ' ὃν κατέστησαν. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ἡμῶν κατὰ συνχώρησιν τοῦ ἄρχοντος τὰς διοικήσεις ἐπισκόπου, ἵνες εἰς τὰς αὐτὰς παροικίας χροτονηθέντες ἐπίσκοποι ἑαυτοῖς ἐπὶ μιᾶ ἑτέρας διεκδικοῦσι· τοῦτο καὶ κωλυθῆναι τῇ ἀγάπῃ τῇ ὑμετέρας κρίσεως, καὶ ἀναρτηθῆναι τοῦ λοιποῦ ὀφείλει. Ἐπίγονος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐκάστῳ ἐπισκόπῳ τὸ πρέπον ἐφυλάχθη, ἵνα ἐκ τῆς συγκτήσιας τῶν παροικιῶν μηδὲν ἀποδρεφθείη πρὸς τὸ ἴδιον κτήσασθαι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τῶν πλειόνων ἔχοντος. ἐὰν δὲ αὐτὸς παραχωρήσῃ, ὥστε πλείω αὐτῶν διοίκησιν ἐπιτραπεῖσαν ἰδίῳ κτήσασθαι ἐπίσκοπον, εἰς τὰς λοιπὰς ἐνχειρισθέντα μὴ ἐπιβάλλεσθαι διοικήσεις, διότι μία ἐκ τοῦ σώματος τῶν πολλῶν ἀφαιρεθεῖσα, αὐτὴ καὶ μόνη ἠξιώθη ἰδίας ἐπισκοπῆς ἀναδέξασθαι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐκ ἀμφιβάλλω τῇ πάντων ὑμῶν ἀγάπῃ ἀρέσκειν, ὥστε τὸν κατὰ συνχώρησιν τοῦ πρώτερου ἐπισκόπου τῇ διοικήσει προχειρισθέντα ἐπίσκοπον, μόνον αὐτὸν κατέχειν λαὸν εἰς ὃν ἐχροτονήθη. ἐπειδὴ οὖν πάντα νομίζω εὖ πεπραγματεῦσθαι, ἐὰν πάντα συνχωρῇ τῷ λογισμῷ ὑμῶν, πάντα βεβαιώσατε τῇ ὑμετέρᾳ ἐκφωνήσει. πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· πᾶσιν ἡμῖν ταῦτα ἤρεσε· καὶ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπογραφῇ ταῦτα βε-

Vt episcopi, qui in diœcesibus fuerint ordinati, diœcesim sibi nullam vindicent.

LVI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Audiuimus constitutum, vt diœceses non mereantur episcopos accipere, nisi consensu eius sub quo fuerant constitutæ: sed in prouincia nostra cum aliqui forte in diœcesi, concedente eo episcopo in cuius potestate fuerant constitutę, ordinati sunt episcopi, etiã diœceses sibi vindicant; hoc & corrigi caritatis vestræ iudicio, & inhiberi de cetero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis seruatum est quod decebat, vt ex massa diœcesium nulla carperetur, vt proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si concesserit, vt eadem diœcesis permissa proprium tantum episcopum habeat, ceteras sibi non vindicet diœceses; quia exempta de fasce multarum sola meruit honorem episcopatus susceipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito caritati vestræ omnium placere, eum, qui in diœcesi concedente episcopo, qui matricem tenuit, solam eamdem retinere plebem in qua fuerat ordinatus. Quoniam igitur vniuersa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro conuenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Vniuersi episcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc

Concilium Afric. c. 23.

noſtra ſubſcriptione firmauimus. & ſubſcripſerunt. Aurelius epiſcopus eccleſię Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

βαιοσθμν. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τ̃ ἐκκλησίας Καρχηδόνος τῷ προκειμένῳ δεκρέτῳ συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

In hoc Concilio ſtatutum eſt, vt epiſcopi ſine formata non nauigent.

Hæc in Cõcil. Africano ſupra Canoni huius codicis 34. præponuntur.

Cæſario & Attico viris clariſſimis conſulibus ſexto Kalendas Iulias, Carthagine, placuit, vt nullus epiſcoporum nauiget ſine formata primatis. Geſta in authenticis, qui quæret, inueniet.

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ ᾠήθη, ἵνα ἐπίσκοπος χωρὶς ἀπολυτικῆς μὴ πλέῃ.

Ἐπὶ Καισαρείου καὶ Ἀττικοῦ τ̃ λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν Ἰουλίων, ἤρεσε μηδένα τῶν ἐπισκόπων πλέειν χωρὶς ἀπολυτικῆς τὸ προστάττοντος. τὰ πεπραγμένα ὁ ζητῶν, ἐν τοῖς αὐθεντικοῖς εὑρήσει.

De Concilio iſto legati ad imperatores infra ſcripti dirigũtur epiſcopi.

Poſt conſulatum glorioſiſſimi imperatoris Honorii Auguſti IV. & Eutychiani viri clariſſimi, quinto Kalend. Maias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius & Vincentius epiſcopi: vt pro confugientibus ad eccleſiam, quocumque reatu inuolutis, legem de glorioſiſſimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere.

Ἐκ τῆς συνόδου ταύτης τοποτηρηταὶ πρὸς βασιλέας ὑπογεγραμμένοι ἐπίσκοποι ἀπεστάλησαν.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τ̃ ἐνδοξοτάτων βασιλέων, Ὀνωρείου Αὐγούστου τῷ τετάρτῳ, καὶ Εὐτυχιανοῦ τ̃ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν Μαΐων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἀνεδέξαντο Ἐπιγόνιος καὶ Βικεντιανὸς οἱ ἐπίσκοποι· ἵνα νόμου ἀξιωθῶσι παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων περὶ τῶν καταφυγόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ οἱασδήποτε * ἐγκεκλωσμένων δίκαις, ὥστε μηδένα τολμᾶν ἀποσπᾶν.

*al. ἀπὸ μέσου

In hoc Concilio legatio deſtinatur ad Romanum & Mediolanenſem epiſcopos, de paruulis qui apud hæreticos baptizati ſunt: & ad imperatorem de idolorum reliquiis auferendis, & de altis rebus quamplurimis.

Poſt conſulatum Fl. Stilico-

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρεσβεία ἀπεστάλη πρὸς τὸν Ῥώμης καὶ Μεδιολανίου ἐπισκόπους περὶ τ̃ νηπίων τ̃ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βαπτισθέντων· καὶ παρὰ τῷ βασιλεῖ δέ, περὶ τ̃ τὰ εἰκαλαλείμματα τῶν εἰδώλων ἀφαιρεθῆναι, καὶ περὶ ἄλλων δὲ πλείστων πραγμάτων.

Μετὰ τ̃ ὑπατείαν Φλαβίου Στελί-

χωνος τῆς λαμπροτάτου, τῇ πρὸ δεκαὲξ καλανδῶν Ιουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆ Ρεστιτούτης ἐκκλησίας, προκαθίσας ἅμα τοῖς συνεπισκόποις αὐτοῦ, παρεστώτων τῶν διακόνων, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· τῆ ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ τῶν κατὰ πᾶσαν πλὴ τῆ Αφρων χώρων καθιδρυμένων τὰς ἀνάγκας ἀκριβῶς ἅμα ἐμοὶ ἐπίστασθε ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, ἀγιώτατοι ἀδελφοί. Καὶ ἐπειδὴ τοῦ κυρίου προέχοντος κἂν ἐν μέρει συνήχθη ἡ προθυμία τῆς ὁσίας ὑμῶν συνελεύσεως, δοκεῖ μοι εἰς μέσον προκομίσαι τὰς αὐτὰς, ὡς εἴρηται, ἀνάγκας, ἅσπερ οἰκείᾳ φροντίδι ἠδυνήθημεν ἀνιχνεῦσαι· ἃς ἵνας ἰδίκα ἐπικρίσῃ ἡ ὑμετέρα εἰλικρινότης, ἀκόλουθον ἔσται ἀποδέξασθαι ἕνα συνιερέα ἐκ τῆς ἡμετέρου ἀριθμοῦ, τὸ ὀφείλοντα τῇ τοῦ κυρίου βοηθείᾳ διὰ τὸ βύχων ὑμῶν, ταύτας αὐτὰς τὰς ἀνάγκας ἀναδέξασθαι, καὶ ἀνδρείως ἐξανύσειας ἀποκομίσαι πρὸς τὰ πραιμαλικὰ τῆς Ιταλίας μέρη, ὅστις δυνηθῇ αὐτῶν τε τῶν ἀνάγκων καὶ ⟨illegible⟩ πόνον καὶ τῶν ἔνδειαν ἡμῶν πρᾶξαι τοῖς ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς ἡμῶν· ἔτι μὲν Ανασταισίῳ τῷ προσκυνητῷ ἁγίῳ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐπισκόπῳ· τοῦτο δὲ ἔτι μᾶλλον τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ Βενερίῳ τῷ ἱερεῖ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ ἐκκλησίας. ἐκ τούτων γὰρ τῶν θρόνων ἐκωλύθη, ὅπερ ἐπιγνοῖεν κοινῷ κινδύνῳ μεγάλως ὀφείλειν προνοηθῆναι· ὅτι τοσαύτη ἐστὶ κλειρικῶν ἔνδεια, καὶ πολλαὶ ἐκκλησίαι οὕτως ὑπερῆρεισιν ἔρημοι, ὡς μηδένα διάκονον κἂν ἀγράμματον ἔχειν ἐξεύρεσθαι. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἀνωτέρων βαθμῶν τάξεων σιωπητέον ὑπολαμβάνω· ἐπειδὴ, ὡς εἶπον, ἐὰν ἡ τοῦ διακόνου

nis viri clarissimi XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. Cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis consedisset adstantibus diaconis, Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime nouit caritas vestra, sanctissimi fratres, & quoniam præstitit Dominus vt ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata præsentia: videtur mihi, vt has easdem necessitates, quas pro solicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus; quas cum approbauerit vestra sinceritas, sit consequens, eligendum esse vnum e nostro numero consacerdotem, qui auxiliante Domino, orationibus vestris, & has ipsas necessitates suscipere possit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, vt tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio sedis apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiæ, necessitatem ipsam, ac dolorem, atque inopiam nostram valeat intimare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum, quod nouerint, communi periculo prouidendum; maxime, quia tanta indigentia clericorum est, multæque ecclesiæ ita desertæ sunt, vt ne vnum quidem diaconum, vel inliteratum, habere reperiantur. Nam de ceteris superioribus gradibus & officiis tacendum arbitror, quia, vt dixi, si ministerium diaconi

facile non inuenitur, multo magis ſuperiorum honorum inuenire non poſſe certiſſimum eſt, & quotidie nos planctus diuerſarum pene emortuarum plebiũ iam non ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquando ſubuentum, grauis nobis & inexcuſabilis innumerabilium animarũ pereuntium cauſa apud Deum manſura eſt.

Vt paruuli apud Donatiſtas baptizati, in catholica eccleſia clerici ordinentur.

LVII.

Concilium Afric. c. 24.

Vnde quoniã ſuperiori Concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit vnanimitas veſtra, vt hi qui apud Donatiſtas paruuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitum: & poſteaquam ad ætatem rationis capacẽ peruenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundũ diffuſam, ordine antiquo, per manus impoſitionem recepti ſunt, debere talibus ſuſcipiendũ munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram eccleſiam illorũ putauerint ad fidem accedendo, & ibi Chriſto crediderint, & trinitatis ſacramenta perceperint; quæ omnia vera & ſancta atque diuina eſſe certiſſimum eſt, & in his omnem animę ſpem conſtitutam. Quamquam & hæreticorum præſumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat, quæ quoniam ſimplicia ſunt, vt præmonet beatus apoſtolus dicendo: Vnus Deus, vna fides, vnum ba-

ὑπουργία ἐκ διχερῶς διῤῥίσκηται, πολλῷ πλέον περὶ τὸ δυωτέρων ἡμῖν καταδηλον ὑπάρχει. καὶ σὺν καθημερινοις τῶν διαφόρων καὶ χειδὸν ἀποθνησκόντων λαῶν τῷ λοιπῷ οὐχ ὑποφέρομεν· οἷς εἰ μηδέποτε βοηθήσωμεν βαρυτάτη ἡμῖν ἀπολόγησις αἰτία τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν ἐκδέχεται ἡμᾶς παρὰ τῷ θεῷ.

Ὡστε τὰς μικροὺς παρὰ τοῖς Δοναλιστῶν βαπτιζομένους, ἐν τῇ καθολικῇ κλήρικους χειροτονεῖσθαι.

νζ'.

Διὸ ἐπειδὴ σὺν τῇ δυωτέρᾳ συνόδῳ ὀφελὲν μέμνηται ἅμα ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ὁμοψυχία, ὥστε σὺν παρὰ τοῖς Δοναλισταῖς μικροὺς βαπτιζομένους, μηδέπω δυναμένους γινώσκειν τῆς πλάνης ἀπὸν τὸ ὄλεθρον, μὴ τὸ εἰς κείραν λογισμοῦ δεκλικλῶ παραγένεσθαι, ὑπογνωσθείσης τῆς ἀληθείας, πλὴν φαυλότητα ἐκείνων βδελυττομένους πρὸς τὴν καθολικὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν τὴν διὰ παντὸς Ⓜ κόσμον διακεχυμένην, τάξει ὀφείλει διὰ τῆς ὑπαθέσεως τὸ χρὸς ἀναδέχεσθαι, σὺν τοιούτοις ἐκ τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος μὴ ὀφείλειν ἐμποδίζεσθαι εἰς τάξιν κληρώσεως, ὁπόταν πλὴν ἀληθινὴν ἐκκλησίαν ἰδίαν ἑαυτῶν ἐλογίσαντο τῇ πίστει προσερχόμενοι, καὶ σὺν αὐτῇ τῷ Χριστῷ πιστεύσαντες, τῆς τελάσ Ⓞ τὰ ἁγιάσματα ὑπεδέξαντο. ἄλινα πάντα ἀληθῆ καὶ ἁγία ἡ θεία εἶ) δῆλόν ὅτι, καὶ σὺ τούτοις πᾶσαν τὴν τῆς ψυχῆς ἐλπίδα ὑπάρχειν. κἂν εἰ τὰ μάλιστα οὖν ἡ τῆς αἱρετικῶν προληφθεῖσα τόλμα τῷ ὀνόματι τῆς ἀληθείας ἐνδυσιούμενα ἵνα παραδιδόναι προπετεύεται, ταῦτα

ἐπειδὴ ἁπλᾶ εἰσιν, ὡς διδάσκει ὁ ἅγιος ἀπόστολος λέγων· εἷς θεὸς, μία πίστις, ἓν

βάπτισμα· καὶ τὸ ὀφεῖλον τοσοῦτος δίδοσθαι, ἐπαναληφθῆναι ἐκ ἔξεστιν, ἀναθεματιζομένου τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος, διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῶσιν εἰς τὴν μίαν ἐκκλησίαν, ἥτις, ὡς εἴρηται, ἀδελφὴ καὶ μόνη μήτηρ τῶν χριστιανῶν, ἐν ᾗ πάντα τὰ ἁγιάσματα σωτηριωδῶς αἰώνια καὶ ζωλικὰ προλαμβάνομεν· ἅπαντα τοῖς ἐπιμόνοις ἐν τῇ αἱρέσει μεγάλων τοῦ καταδίκης τὴν ζημωείαν ποιήσουσιν, ἵνα ὅπερ ἦν αὐτοῖς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τοῦς τὴν αἰωνίαν ζωὴν ἀκολουθητέον φωτεινοτέρους, τοῦτο γένηται αὐτοῖς ἐν τῇ πλανῇ σκοτεινότερον καὶ πλέον καταδεδικασμένον. ὅπερ ἐνιοὶ ἐφυγον, καὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς μητέρος τὰ ἐνθύματα ἐπιγνόντες, πάντα ἐκεῖνα τὰ ἅγια μυστήρια φίλτρῳ τῆς ἀληθείας ἐπίστευσαν καὶ ὑπεδέξαντο. τοῖς τοιούτοις ὅταν δοκιμὴ χρησοῦ βίου προσέλθοι, ἀναμφιβόλως καὶ κλῆρος τοῦς ὑπουργίαν τῶν ἁγίων προσκυρωθήσεται· καὶ μάλιστα ἐν τῇ τοσαύτῃ τῶν προγμάτων ἀνάγκῃ, οὐδεὶς ὅστις ὁ μὴ τοῦτο παραχωρῶν. εἰ δέ τινες τῶν αὐτῶν δόγματος κληρικοὶ μετὰ τῶν πλήθους καὶ τῶν ἡμῶν ἀπῶν τοῦς ἡμᾶς μετελθεῖν ποιήσουσιν, οἵτινες τῷ ἔρωτι τῆς ἡμῶν συμβουλεύουσι τοῦς ζωὴν καὶ κατέχουσι τοῦς σωτηρίαν. ἀλλὰ τοῦτο * καταλειπέον κρίνω τῇ μείζονι κατανοήσει φιλοζομένων τῶν προλεχθέντων ἀδελφῶν, ἵνα τῇ σωτηρίᾳ ἀπῶν βουλῇ τὰ ἡμετέρας ἀναφορᾶς ὃν λόγον διαγνῶσι, καὶ ἡμᾶς βεβαιώσαι καταξιώσωσιν εἰς τὸ ὀφεῖλον τοῦς τούτου τοῦ προγμάτος τῶν ἡμῶν τυπωθῆναι. μόνῳ δὲ τοῦς τῶν νηπίων βαπτισθέντων ἀρκούμεθα, ἵνα εἰ ἀρέσκει αὐτοῖς, τῇ ἡμετέρᾳ συναινέσωσι προαιρέσει τοῦς τοῦτον ἐπιτρέψαι τούτοις. πάντα τοίνυν ἃ ἀνωτέρω

* ἴσ. καταλειπέον

ptiſma: & iterari nō liceat quod ſemel dari oportet, anathematizato nomine erroris recipiantur per manus impoſitionē in vnam eccleſiam, columbam, vt dictum eſt, & vnam matrem omnium Chriſtianorum, vbi omnia illa ſacramenta ſalubriter, & æterna, & vitaliter accipiuntur: quæ perſeuerantibus in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, vt quod eis in veritate ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius atque damnoſius. Quod fugientes nonnulli, & matris eccleſiæ vbera cognoſcentes, qui illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt, atque perceperunt, quibus ſacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas acceſſerit, ſine dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, & maxime in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt qui non concedat. Quamquam nonnulli eiuſdem ſectæ clerici cum plebibus atq; honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderent: qui amore honoris aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc maiori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendū cenſeo; vt prudentiori ſuo conſilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantum de his qui infantes baptizati ſunt, ſatagimus, vt noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati. omnia ergo quæ ſuperius com-

prehendimus apud sanctos episcopos, agenda esse mecum honorabilis fraternitas vestra perpendat.

σϖηγάγομϑ παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις, ϖρακτέα εἶναι δικαιοῖ ἅμα ἐμοὶ ἡ ἔνδοξος ὑμῶν ἀδελφότης.

De reliquiis idolorum, vel templis ab imperatoribus abolendis.

Περὶ τῶν ἐγκαταλειμμάτων τῶν εἰδώλων, καὶ ναῶν τῶν ὀφειλόντων ἐξαλειφθῆναι.

LVIII.

νη'.

Concilium Afric. c.25.

Instant etiam aliæ necessitates a religiosis imperatoribus postulandæ, vt reliquias idolorum per omnẽ Africam iubeant penitus amputari: nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diuersis, adhuc erroris istius iniquitas viget: vt præcipiantur & ipsa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, iubeantur omni modo destrui.

Ων χάριν αἰτῆσαι δεῖ τὸν θρησκευτικωτάτους βασιλεῖς, ὥστε τὰ ἐγκαταλείμματα τῶν εἰδώλων τὰ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀφρικὴν κελεῦσαι παντελῶς ἀνακοπῆναι· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις παραθαλασσίοις καὶ διαφόροις κλήσεσιν, ἀκμάζει ἔτι τῆς πλάνης ταύτης ἡ ἀδικία· ἵνα ϖαραιρεθῶσι καὶ αὐτὰ ἀπαλειφθῆναι, καὶ οἱ ναοὶ αὐτῶν οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ ἐν ἀποκεκρυμμένοις τόποις χωρίς τινος διακοσμίας καθεστῶτες, παντὶ τρόπῳ κελευσθῶσι καταστραφῆναι.

Vt clerici de iudicii sui cognitione non cogantur in publico dicere testimonium.

Περὶ τοῦ, κληρικοὺς χάριν διαγνώσεως τῆς οἰκείας αὐτῶν κρίσεως, μὴ ἀναγκάζεσθαι δημοσίως μαρτυρεῖν.

LIX.

νθ'.

Concilium Carthag. V. cap. 1. Concilium Afric. c.26.

Petendum etiam, vt statuere dignentur, vt si qui forte in ecclesia quamlibet causam iure apostolico ecclesiis imposito agere voluerint, & fortasse decisum clericorum vni parti displicuerit; non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui cognitor vel præsens fuerit: & vt nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

Δεῖ αἰτῆσαι ἔτι μικρὸν, ἵνα θείσαι καταξιώσωσιν, ὥστε ἐάν τινες ἐν ἐκκλησίᾳ οἱανδήποτε αἰτίαν ἀποστολικῷ δικαίῳ τῷ ταῖς ἐκκλησίαις ἐπικειμένῳ γυμνάσαι θελήσωσι, κἂν ἴσως ἡ μὴ τῶν κληρικῶν τῷ ἑνὶ μέρει ἀρέσοι, μὴ ἐξεῖναι ϖρὸς δικαστήριον εἰς μαρτυρίαν ϖροκαλεῖσθαι τὸν κληρικὸν ἐκεῖνον τὸν ϖάροντα ἢ αὐτὸ ϖράγμα σκοπήσαντα, ἢ καὶ σκοπουμένῳ ϖαραγενόμενα· καὶ ἵνα μηδὲ ϖροσώπῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ϖροσηκόντων ἀναχθείη ϖρὸς τὸ ὀφείλειν μαρτυρεῖν.

Περὶ

Περὶ τοῦ ἀφελέσθαι τὰ τῶν Ἑλλήνων συμπόσια.

ξ'.

Κἀκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτῆσαι παρὰ τῶν χριστιανῶν βασιλέων, ἐπειδὴ παρὰ τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐν πολλοῖς τόποις συμπόσια οὕτως ἐπιτελοῦνται ὑπὸ τῆς ἐθνικῆς πλάνης παρεισενεχθέντα, ὡς καὶ χριστιανοῖς τοῖς Ἕλλησι λάθρα παρεισωπᾶσθαι ἐν τῇ τούτων τελετῇ· ἵνα κεκλῦσθαι τὰ τοιαῦτα κωλυθῶσιν καὶ ὑπὸ τῶν πόλεων καὶ ὑπὸ τῶν κλήσεων· μάλιστα, ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις τῶν μακαρίων μαρτύρων αἱ ἁγίναι πόλεις καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς ἱεροὺς τόπους τὰ τοιαῦτα πλημμελήματα φωράσθαι· ἐν αἷς ἡμέραις, ὅπερ καὶ λέγειν αἰσχύνη ὄντων, ὀρχήσεις μυσαρὰς εἰς τοὺς ἀγροὺς καὶ εἰς τὰς πλατείας ἐκτελοῦσιν, ὥστε τῆς οἰκοδεσποινῶν τιμῆς, καὶ ἀλλων ἀναριθμήτων γυναικῶν τῇ αἰδοῖ τῆς ὕλαις εἰς τὴν ἁγίαν ἡμέραν παραγινομένων, λάγναις ὕβρεσιν ἐφορμᾶν· ὡς καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας πίστεως χρεὼν φεύγεσθαι τὴν προσέλευσιν.

De paganorum conuiuiis.

LX.

Illud etiam petendum, vt quoniam contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta sunt, ita vt nunc a paganis Christiani ad hęc celebranda cogantur; ex qua re temporibus Christianorum imperatorũ persecutio altera fieri occulte videatur: vetari talia iubeant, & de ciuitatibus & de possessionibus imposita pœna prohibere: maxime cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exerceant: vt matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor, deuote venientium ad sacratissimum diem, iniuriis lasciuientibus appetatur; vt etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus. Concilium Afric. c. 27.

Περὶ θεωρειῶν, ἵνα ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν ἁγίων ἑορταῖς μηδαμῶς ἐπιτελῶνται.

ξα'.

Κἀκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτῆσαι, ἵνα τὰ θεάματα τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς φανεραῖς ἡμέραις τῶν χριστιανῶν πίστεως κωλύωνται· μάλιστα, ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ ἁγίου πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἢπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται· ὀφείλειν μετενεχθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας, ὅτε ἀπαντήσῃ,

De spectaculis, vt die Dominico, vel ceteris sanctorum festiuitatibus minime celebrentur.

LXI.

Necnon & illud petendum, vt spectacula theatrorum ceterorumque ludorum, die Dominica, vel ceteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoueantur; maxime quia sancti Paschæ octauarum die populi ad circum magis quam ad ecclesiam conueniunt, debere transferri deuotionis eorum dies si- Concilium Afric. c. 28.

quando occurrerint, nec oportere etiam quemquam Christianorum cogi ad hæc spectacula: maxime, quia in his exercendis quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas a quoquam adhibenda est: sed, vti oportet, homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus concessa. Cooperatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula conuenire.

καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν χειστιανῶν πρὸς τὰ θεάτρα ταῦτα ἀναγκάζεσθαι.

* * *

De clericis damnatis.

LXII.

Concilium Carthag. V. cap. 2. Concilium Afric. c. 29.

Et illud petendum, vt statuere dignentur, vt si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum siue ab ecclesiis quibus præfuit, siue a quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

Περὶ τῶν καθαιρουμένων κληρικῶν.

ξβ'.

Κἀκεῖνο δεῖ αἰτῆσαι, ἵνα ὁρίσωσι καταξιώσωσιν, ὥστε κληρικὸν οἱασδήποτε ζημίας τυχαίνοντα, ἐπ' οἱῳδήποτε ἐγκλήματι τῇ τῶν ἐπισκόπων κρίσει καθαιρεθέντα, μὴ ἐξεῖναι τὸν αὐτὸν εἴτε παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἧς ὑπῆρχεν, εἴτε ὑπὸ οἱασδήποτε ἀνθρώπου ἀπεκδικεῖσθαι, ποινῆς ὑπὲρ τούτου προτεθείσης ζημίας χρημάτων τε καὶ τιμῆς, ὅπως μηδὲ κεῖνον μηδὲ φύσιν ἀπολογητέαν εἶναι κελεύσωσιν.

De histrionibus Christianis factis.

LXIII.

Concilium Afric. c. 30.

Et de his etiam petendum: vt siquis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

Περὶ τῶν μίμων τῶν γινομένων χειστιανῶν.

ξγ'.

Περὶ τούτων ἔτι μὴν αἰτῆσαι δεῖ, ἵνα ἐάν τις ἐξ οἱουδήποτε παιγνιώδους ἐπιτηδεύματος πρὸς τὸν τῶν χειστιανισμοῦ χαρὶν ἐλθεῖν θελήσει, ἐλεύθερος ἀπ' ἐκείνων τῶν ἀπρεπῶν διαμεῖναι, μὴ ἐξὸν εἴη τινὶ τοιοῦτον πρὸς τὰ αὐτὰ γυμνάσματα πάλιν ἀποτρέπεσθαι ἢ καταναγκάζειν.

De manumissionibus vt in ecclesia celebrandis, ab imperatore poscendum.

LXIV.

Concilium Afric. c. 31.

De manumissionibus sane in

Περὶ ἐλευθερικῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινομένων, αἰτητέον ἀπὸ τοῦ βασιλέως.

ξδ'.

Περὶ ἐλευθερικῶν δηλαδὴ ἐν τῇ

ἐκκλησίᾳ κηρυκτέων, ἐὰν τῦτο οἱ ἡμέτεροι συνιερεῖς φαίνωνται ποιοῦντες διὰ τ Ἰταλίαν, καὶ ἡ ἡμετέρα δῆλον πεποίησις τῇ τούτων τάξει ἕπηται), δοθείσης φανερᾶς ἀδείας πεμπομένου τοποτηρητῆ, ἵνα οἱασδήποτε ἄξια πίστεως ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως καὶ τῆς τῶν ψυχῶν σωτηρίας ἐκτελέσαι δυνηθείη, καὶ ἡμεῖς ἐπαινετῶς ἐνώπιον τῦ κυρίου ὑποδεξώμεθα ταῦτα πάντα. ἐὰν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ ἀρέσκῃ, δείξατε, ἵνα καὶ τὸν ἐμὸν διαφορὰν βεβαίαν οὖσαν ὑμῖν ἐπιδείξω, καὶ τὰ παρὰ τῆς πάντων ἡμῶν συναινέσεως ἡ αὐτῶν εἰλικρινότης ἡδέως προσδέξηται. ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πᾶσιν ἀρέσκει, τὰ προτεθέντα καὶ σωτερῶς ὑπὸ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἐξηγηθέντα ὀφείλειν ἐκπληρωθῆναι.

ecclesia dicendis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiduciæ istorum ordinem sequi: data plane licentia misso legato, vt quæcumque digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu Domini accepturos. Quæ omnia, si sanctitati vestræ placent, edicite; vt & meam suggestionem ratam esse vobis aduertam, & nostram omnium consensionem sinceritas eorum libenter accipiat. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placent hæc quæ iniuncta sunt peragenda, & prudenter a tua sanctitate enarrata.

Περὶ Αἰκυλίου ἐπισκόπου τῦ καταδικασθέντος.

ξε'.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Καὶ Αἰκυλίου ἔτι μὲν τῦ ἐκπαλαι κρ τ ἰσίδιν ἀξίᾳ τῇ τ ἐπισκόπων γνώμῃ καταδικασθέντος, τὸ προσῆκον οἰκείᾳ φρεατεῖ τῇ προσοχείᾳ· ἵνα, ἐὰν τυχὸν τῦτον ὅροι εὑρεθῶσιν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν, ἔστω πρὸς φροντίδα τῷ αὐτῷ ἀδελφῷ ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ὡς χρὴ καὶ ὅπου δέον εἴη, κατ' ἐκείνου διαπράξασθαι. ὑπὸ πάντων τ ἐπισκόπων ἐλέχθη· πολὺ ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ ἀκολούθησις· μάλιστα, ὅτι ἐκπαλαι καταδεδίκασται ὁ αὐτὸς Αἰκύπιος, καὶ ἡ τούτου αὐθαιρέτως αὐτοσυλία, ὑπὲρ τῆς καταστάσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐκκλησίας, μᾶλλον καὶ μᾶλλον παντελῶς καταμαχητέα ὄντων. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς τῶν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ παρόντι ψηφίσματι συνή-

De Equitio episcopo damnato.

LXV.

Aurelius episcopus dixit: Equitii etiam olim merito suo episcopali sententia damnati, non arbitror prætereundam esse legationis causam, vt si forte eum in illis partibus repererit, sit eidem fratri nostro curæ pro ecclesiæ statu quod oportuerit, vel vbi licuerit, aduersus eum peragere. Ab vniuersis episcopis dictum est: Multum placet & ista persecutio: maxime cum olim damnatus sit Equitius, & eius impudens inquietudo pro statu & salute ecclesiæ magis magisq; vbique repellenda. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic de-

Concilium Afric. c. 31.

creto consensi, & prælecto subscripsi: similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

νεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

In hoc Concilio literæ leguntur Anastasii Romani pontificis, de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ γράμματα ἀναγινώσκονται Ἀναστασίου ἱερέως Ρώμης, περὶ τῶν Δοναλιστῶν ὑπομιμνήσκοντα τοὺς καθολικοὺς ἐπισκόπους.

Concilium Carthaginense cccci.

Vincentio & Flauio viris clarissimis consulibus, Idibus Septembris, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum in Concilio congregati in ecclesia Carthaginensi consedissemus, ex Africanis omnibus prouinciis episcopi, id est, Aurelius eiusdem sedis episcopus cum collegis suis, quos eorum subscriptio manifestat: Recitatis epistolis beatissimi fratris & consacerdotis nostri Anastasii, ecclesiæ Romanæ episcopi, quibus nos paternæ & fraternæ caritatis solicitudine ac sinceritate adhortatus est, vt de hæreticorum & schismaticorum Donatistarum insidiis & improbitatibus, quibus Africanam ecclesiam catholicam grauiter vexant, nullo modo dissimulemus: gratias agimus Domino nostro, quod illi optimo ac sancto antistiti suo tam piam curam pro membris Christi, quamuis in diuersitate terrarum, sed in vna compage corporis constitutis, inspirare dignatus est.

Ἐπὶ Βικεντίου καὶ Φλαβίου τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, εἰδοῖς Σεπτεμβρίαις, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας πρὸς συνοδον συναχθέντες καὶ καθεσθέντες οἱ ἐκ πασῶν τῶν ἐν Αφρικῇ ἐπαρχιῶν ἐπίσκοποι, τοῦτ' ἔστιν, Αὐρήλιος ὁ τῆς αὐτῆς ἕδρας ἐπίσκοπος μετὰ τῶν ἑπομένων αὐτῷ, οἷς δηλοῖ ἡ οἰκεία ὑπογραφή, εἶπεν· ἀναγνωσθέντων γραμμάτων τοῦ μακαριωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συνιερέως ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου, δι' ὧν ἀδελφικῆς, μᾶλλον δὲ πατρικῆς ἀγάπης μεμνῆσθαι καὶ εἰλικρινότητι ἡμᾶς προτρέψαι, ἵνα περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν Δοναλιστῶν ἐπιβουλῆς καὶ ἀναισχυντίας τοῦ καθ' πᾶσαν τὴν Αφρικὴν χώραν καθολικοῦ ἐκκλησιάσματος βαρέως παρουσης, μηδαμῶς ὑποπροσποιησώμεθα, χάριτας ὁμολογοῦμεν τῷ δεσπότῃ ἡμῶν θεῷ, ὅτι τοιούτῳ εὐσεβῆ φρονήματα ἐμπνεῦσαι κατηξίωσε τῷ οὕτως καλλίστῳ καὶ ἀγιωτάτῳ αὐτοῦ ἱερεῖ ὑπὲρ τῶν μελῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν καὶ ἐν διαφόροις τῆς γῆς μέρεσιν, ἀλλ' ἐν μιᾷ σώματος ἁρμονίᾳ καθιδρυμένοις.

Vt cum Donatistis lenius agatur.

Περὶ τοῦ μὴ τῶν Δοναλιστῶν πράως διαπραγματεύσασθαι.

LXVI.

ξϛ'.

Concilium Afric. c. 33.

Deinde pertractatis & consideratis omnibus, quæ vtilitati

Μετὰ ταῦτα ψηλαφηθέντων καὶ κατανοηθέντων πάντων τῇ ἐκκλη-

σιαστικῇ χρησιμότητι σωτρέχειν δοκέντων, ὑπηνθύσαντος καὶ ἐνηχήσαντος τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, ἐπελεξάμεθα ἵππως καὶ εἰρηνικῶς διαπραξάσθαι μετὰ τῶν μνημονευθέντων ἀδελφῶν, κἂν εἰ τὰ μάλιστα ἐκ τοῦ κωλικοῦ σώματος ἑνώσεως ἀνησυχάστως διεγνοίᾳ ἀποχώρησιν, ἵνα ὅσον τὸ ἐν ἡμῖν, πᾶσι καθόλου γνωσθῇ τοῖς τῇ ἐκείνων κοινωνίᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ σαγηνευθεῖσιν αἱ πάσας τὰς τῆς Αφρικῆς ἐπαρχίας, πῶς ἐλεεινῇ πλάνῃ κατεδέθησαν. ἴσως, καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἡμῖν ἐν ἡμερότητι σωφρονοῦντων τοῦ τὰ διάφορα φρονοῦντας, δώσῃ αὐτοῖς μετανοίαν πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἵνα ἀνασφήλωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου βρόχων οἱ αἰχμαλωτισθέντες αὐτῷ εἰς τὸ αὐτοῦ θέλημα.

ecclesiæ conuenire videbantur, annuente atque admonente spiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus, quamuis de dominici corporis vnitate inquieta dissensione præcisis, leniter & pacifice agere; vt quantum in nobis est, omnibus qui eorum communione & societate irretiti sunt, per vniuersas prouincias Africanas penitus innotescat, quam miserabili errore deuincti sunt: *ne forte*, sicut dicit Apostolus, nobis in mansuetudine corripientibus diuersa sentientes, *det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso ad ipsius voluntatem.* 2. *Tim.* 2.

Περὶ γραμμάτων ὀφειλόντων τοῖς ἄρχουσιν ἀποστελλῶσιν, ὥστε καταδηλα γενέσθαι τὰ μεταξὺ τῶν Δοναπτῶν καὶ Μαξιμιανιστῶν πραχθέντα.

De literis mittendis iudicibus, vt ea quæ inter Donatistas & Maximianistas acta sunt, innotescant.

ξζ'.

LXVII.

Ηρεσε τοίνυν, ἵνα ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου γράμματα πρὸς τοὺς τῆς Αφρικῆς ἄρχοντας δοθῶσιν, ἀφ' ὧν αἰτῆσαι ἁρμόδιον ἔδοξε καὶ βοηθῆσαι τῇ κοινῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν οἷς ἡ τοῦ ἐπισκόπων αὐθεντία ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονεῖται· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἀρχοντικῇ δυνασείᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ, καὶ χριστιανικῇ πίστει ἀναζητήσωσι τὰ γενόμενα ἐν ὅλοις τοῖς τόποις, ἐν οἷς οἱ Μαξιμιανισταὶ τὰς ἐκκλησίας κατέχουσιν ἐπὶ ᾧ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἀποχίσαντας· καὶ δημοσίοις πεπραγμένοις τοῦ περὶ τούτων γνῶσιν βεβαίαν πᾶσιν ἀναγκαίως ποιήσωσιν ἐντεθῆναι.

Itaque placuit, vt ex Concilio nostro literæ darentur ad iudices Africanos, a quibus hoc peti congruum videretur, vt in hoc adiuuent communem matrem ecclesiam catholicam, in quo episcopalis auctoritas contemni in ciuitatibus potest: id est vt iudiciaria potestate atque diligentia ex fide Christiana quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ basilicas obtinuerũt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam, faciant inhærere. Concilium Afric. c. 34.

Vt clerici Donatistarum in ecclesia catholica suscipiantur in clero.

LXVIII.

Concilium Afric. c. 35.

Deinde placuit, vt literæ mittantur ad fratres & coepiscopos nostros, & maxime ad sedem apostolicam, in qua præsidet memoratus venerabilis frater & collega noster Anastasius, quo nouerit habere Africā magnam necessitatem, propter ecclesiæ pacem & vtilitatem: vt & ipsis Donatistis, quicumque clerici correcto consilio ad catholicam vnitatem transire voluerint, secundum vniuscuiusque episcopi catholici voluntatem atq; consilium, qui in eodem loco gubernat ecclesiam: si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus eiusdem diuisionis temporibus factum esse manifestum est. Quod multarum & pene omnium Africanarum ecclesiarum, in quibus talis error exortus est, exempla testantur: non vt Concilium quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissoluatur; sed vt illud maneat circa eos qui sic transire ad catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis concisio procuretur. Per quos autem vel omni modo perfici, vel adiuuari manifestis fraternarum animarum lucris catholica vnitas in locis in quibus degunt, visa fuerit, non eis obsit, quod contra honores eorum, quamuis salus nulli intercluſa sit, in transmarino Concilio sta-

Περὶ τῶν τοὺς κληρικοὺς τῶν Δοναπιστῶν εἰς τὸν κλῆρον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναδέχεσθαι.

ξη'.

Εἰς ὕστερον ἤρεσεν, ἵνα γράμματα πεμφθῶσι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν ἀποστολικὸν καθέδραν, εἰς ἣν πρόκειται ὁ μνημονευθεὶς πρόσκωπος ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀνασάσιος· ἐπειδὴ γινώσκει τὸν Ἀφρικὸν μεγάλην ἔχειν ἀνάγκην, ὥστε διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην καὶ χρησιμότητα, ἔτι δὲ αὐτῶν τῶν Δοναπιστῶν, εἴτινες δήποτε κληρικοὶ διορθουμένης τῆς βουλῆς πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα μεταθεῖν θελήσωσιν καὶ τὴν ἑνὸς ἑκάστου καθολικοῦ ἐπισκόπου προαίρεσιν, καὶ βουλὴν τῶν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κυβερνώντων τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν τοῦτο συμβάλλεται τῇ τῶν χριστιανῶν εἰρήνῃ φανεῖν, εἰς τοὺς ἰδίους αὐτοῖς ἀναδεχθῆναι· καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις περὶ τῆς αὐτῆς διαστάσεως γεγενῆσθαι φανερόν ἐστιν· ὅπερ πολλῶν καὶ μέχρι πασῶν τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς ἡ τοιαύτη πλάνη ἀνέφυη, τὰ παραδείγματα μαρτύρονται. οὐχ ἵνα ἡ σωδοσία ἡ ἐν τοῖς πραμαλικοῖς μέρεσι περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενομένη διαλυθῇ, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνο μείνῃ περὶ τοῦ οὕτως μεταθεῖν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν βουλομένους, ὥστε μηδεμίαν ὑπὸ τούτων τῆς ἑνότητος σωτομίαν προεργάζεσθαι. δι' ὧν δὲ παρὰ χρῆσιν ἐκτελεσθῆναι καὶ προσβοηθηθῆναι ἡ καθολικὴ ἑνότης φανερὸν κέρδος τῶν ἀδελφικῶν ψυχῶν φανεῖν ἐν τοῖς τόποις οἷς διάγουσι, μὴ ἐμποδίσῃ τούτοις τὸ ὁριοθετῆσαι τοῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ πραμαλικῇ σωδόῳ, ὁπόταν τὸ σωθῆναι οὐδενὶ

προσώπω ἀποκέκλεισται· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα οἱ χροτονηθέντες σὺν τῷ τ Δοναλιστῶν μέρει, ἐὰν πρὸς τ καθολικὴν πίστιν διορθωθέντες μεταθεῖν θελήσωσιν, μὴ κῇ τ πραμαλικιλῶ συνόδου μὴ δεχθῶσιν σὺν ταῖς οἰκείαις τιμαῖς· ἀλλὰ μᾶλλον οὕτω προσδεχθῶσι, δι' ὧν τῇ καθολικῇ ἑνότητι γένηται πρόνοια.

tutum est, id est, vt ordinati in parte Donati si ad catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis secundum transmarinum Concilium: sed exceptis his, per quos catholicæ vnitati consulitur.

Περὶ τῆς πρεσβείας πρὸς τοὺ Δοναλιστὰς ἀποστολῶν χάριν τῆς τῶ εἰρήνω συνθείας.

Vt legatio ad Donatistas componendæ pacis gratia dirigatur.

ξθ'.

LXIX.

Ηρεσεν ἔπειτα, ὥστε τούτων πραχθέντων τοποτηρητὰς πρὸ τῆς κηρύξαι εἰρήνω & ἑνότητα, ἧς χωρὶς ἡ τ χριστιανῶν σωτηρία καθίστασθαι οὐ δύναται, πεμφθῆναι ἐν τῇ ἡμετέρου ἀριθμοῦ πρὸς τοὺ τ αὐτῶν Δοναλιστῶν, εἴτε γυναῖς ἔχουσιν ἐπισκόποις, εἴτε λαοῖς· δι' ὧν τοποτηρητῶν πᾶσιν εἰς γνῶσιν γένηται, πῶς οὐδὲν ἔχουσιν δίκαιον κῇ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· μάλιστα ἵνα φανερὸν πᾶσι γένῃ διὰ τ πολιτικῶν πεπραγμένων πρὸς πίστωσιν τῆς ἀποδείξεως, ἅπερ αὐτοὶ τ Μαξιμιανιστῶν τῆ ἰδίων σχισματικῶν ἔπραξαν. ἔνθα αὐτοῖς θεόθεν ἀποδείκνυται, ἐὰν ἐπισκέψαι θελήσωσιν, οὕτως ἀδίκως τότε αὐτοὺ ἀπὸ τ ἐκκλησιαστικῆς ἑνώσεως ἀποχήσαντας, ὥσπερ κράζουσιν ἀδίκως ἀπ' αὐτῶν τοὺ Μαξιμιανιστὰς νῦν ἀποχήσαι. ἐν δὲ τῇ ἀριθμοῦ τούτων, οὓς γυναῖς φανερᾷ τ οἰκείας βουλῆς αὐθεντίᾳ κατεδίκασαν, μὴ πῶπε σὺν ταῖς ἰδίαις τιμαῖς ἀνεδέξαντο· καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ οἱ ἀφ' αὐτοῖς καταδεδικασμένοι καὶ ἐκβεβλημένοι δεδώκασι, προσεδέξαντο, πρὸς τὸ δεχθῆναι, πῶς μοχθῇ καρδίᾳ ἀντιτάσσονται τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ διακεχυμένης, πῶπε ποιοῦντες ὑπὲρ τῆ

Deinde placuit, vt his peractis, legati etiam prædicandæ pacis atque vnitatis, sine qua salus Christiana non potest obtineri, e numero nostro ad ipsorum Donatistarum, siue quos habent episcopos, siue ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant quod aduersus ecclesiam catholicam iuste possint dicere: maxime vt manifestum fiat omnibus per gesta etiã municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis schismaticis suis egerint: vbi eis diuinitus demonstratur, si attendere velint, tam inique tunc illos ab ecclesiæ vnitate præcisos, quam inique nunc clamãt a se Maximianistas schisma fecisse: ex quorum tamẽ numero quos iam plenarii Concilii sui auctoritate damnauerant, in suis honoribus denuo receperunt, baptismum, quem damnati & excluſi dederant, acceptauerunt: vt videant, quam stulto corde resistant paci ecclesiæ toto orbe diffusæ, cum ista faciant

Concilium Afric. c. 35.

pro parte Donati, neque se istorum quos ita receperunt, communione propter intuitum pacis contaminari dicant, & nos contemnant, id est, ecclesiam catholicam, etiam in extremis terrarum partibus constitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accusantes conuincere nequiuerunt.

μέρους τῦ Δονάτου, καὶ μὴ λέγοντες ἑαυτοῦ μολύνεσθαι τῇ κοινωνίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς οὕτως διὰ τὸ ἀκούσιον τῆς εἰρήνης ἀνασχεθέντων· ἡμῖν δὲ φιλονεικοῦντες, τῦτ' ἔστι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔτι μᾶλλον ἐν τῇ ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῆς γῆς καθεστώσῃ, διὰ τῆς μιᾶς μόλις τούτων κοινωνίας, ὧν ἕνεκεν πρόσωπα κατηγορῶ πάντες, ἐλέγξαι αὐτοῦ ἐκ ἠδυνήθησαν.

Qui clerici ab vxoribus debeant abstinere.

LXX.

Concilium Cartha. V. cap. 3. Concilium Afric. c. 37.

Præterea, cum de quorumdã clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur; placuit, episcopos, & presbyteros, & diaconos secundũ priora statuta etiam ab vxoribus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

Περὶ τῦ, ποῖοι ὀφείλουσι κληρικοὶ γαμετῶν ἀπέχεσθαι.

ο'.

Πρὸς ὑπὲρ τούτοις ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἢ περὶ τὰς οἰκείας γαμετὰς ἕνεκεν μνημονεύεσθαι κληρικῶν, ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐπὶ τῶν ἰδίων ἔτι μὲν ἀπέχεσθαι γαμετῶν· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσαιεν, ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινηθῶσι τάξεως· τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, ἀλλ' ὀφείλειν κατὰ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας συνήθειαν παραφυλάττεσθαι.

De his qui plebes proprias derelinquunt.

LXXI.

Concilium Cartha. V. cap. 5. Concilium Afric. c. 38.

Rursum placuit, vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquã ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Περὶ τῶν τοὺς ἰδίους λαοὺς ἐγκαταλιμπανόντων.

οα'.

Πάλιν ἤρεσεν, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ καταλειφθείσης τῆς αὐθεντικῆς αὐτῦ καθέδρας, πρός τινα ἐκκλησίαν ἐν διοικήσει καθεστῶσαν ἑαυτὸν ἀποφέρειν· ἢ ἐν οἰκείῳ πράγματι ὑπὲρ ὃ χρὴ ἐπὶ πολὺ ἀπασχολεῖσθαι μόλις, ἀμελεῖν τῆς φροντίδος καὶ τῆς συνεχείας τῦ ἰδίου θρόνου.

Περὶ

Περὶ νηπίων ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι ὁσάκις ἀμφιβάλλεται περὶ αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐβαπτίσθησαν.

οβ'.

Ομοίως ἤρεσε περὶ τῶν νηπίων, ὁσάκις μὴ εὑρίσκονται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα ἔναι λέγοντες· καὶ οὐδὲ αὐτὰ διὰ τὴν κεῖσθαι περὶ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς μυσταγωγίας ἀποκρίνεσθαι ἀπτισθείως ἔχωσι, χρεὶς τινος περισκόμματος ὀφείλειν ταῦτα βαπτίζεσθαι, μή ποτε ὁ τοιοῦτος διασμὸς ἀποστερήσῃ αὐτὰ τῆς τοιαύτης ἁγιασμοῦ καθάρσεως. ἐκ τούτου γὰρ οἱ τοποτηρηταὶ τῶν Μαύρων ἀδελφοὶ ἡμῶν τοῦτο ἐβουλεύσαντο, ὅτι πολλοὶ τοιούτοις ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐξαγοράζονται.

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur vtrum fuerint baptizati.

LXXII.

Item placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere, abſque vllo ſcrupulo eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum, fratres noſtri, conſuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt. Concilium Cartha. V. cap. 6. Concilium Afric. c. 39.

Περὶ τοῦ πότε ἡμέραν τοῦ πάσχα σὺν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι.

ογ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ὥστε τὴν ἡμέραν τοῦ προκειμένου πάσχα διὰ τῆς τετυπωμένων ὑπογραφῆς πᾶσιν ἐμφανίζεσθαι. ἡ δὲ τῆς συνόδου ἡμέρα, ἡ αὐτὴ φυλαχθῇ, ἥτις ὡρίσθη ἐν τῇ ἐν Ἱππῶνι συνόδῳ· ἔστ' ἔστιν, ἡ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων. ὀφείλῃ γὰρ ἡ ὑπογραφὴ πρὸς τοὺς προκαθημένους πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν, ἵνα ὅτε παρ' ἑαυτοῖς συνόδους προκαλοῦνται, ταύτην τὴν ἡμέραν φυλάττωσιν.

Diem Paſchæ, & diem Concilii nuntiandum.

LXXIII.

Item placuit, vt dies venerabilis Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur; dies vero Concilii idem ſeruetur, qui in Hipponenſi Concilio conſtitutus eſt, id eſt, X. Kalendas Septembris. Et ſcribendum ad ſingularum quarumque prouinciarum primates, vt quando apud ſe Concilium congregant, iſtum diem non impediant. Concilium Cartha. V. cap. 7. Concilium Afric. c. 40.

Περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον καθέζεσθαι ἐν τῇ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται.

οδ'.

Ομοίως ὡρίσθη, ὥστε μηδενὶ ἐξεῖναι μεσίτην τὴν καθέδραν κατέχειν, ἢ τινι μεσίτης δέδοται, διὰ οἱασδήποτε τῶν λαῶν σπουδὰς ἢ διχοστασίας, ἀλλὰ σπουδάζειν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τοῖς αὐτοῖς προνοεῖ-

Ne interuentor epiſcopus cathedram, vbi interuentor eſt, teneat.

LXXIV.

Item conſtitutum eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus retinere, ſed dare operam, vt intra annum eiſ- Concilium Cartha. V. cap. 8. Concilium Afric. c. 41.

dem episcopũ prouideat. quod si neglexerit, anno exempto interuentor alius tribuatur.

De defensoribus ecclesiarum ab imperatore poscendis.

LXXV.

Concilium Cartha. V. cap. 9. Concilium Afric. c. 42.

Ab imperatoribus, vniuersis visum est, postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

De episcopis, qui ad Concilia non occurrunt.

LXXVI.

Concilium Cartha. V. cap. 10. Concilium Afric. c. 43.

Item placuit, vt quotiescumque Concilium congregandum est, episcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neq; aliqua grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant, & primatibus suarum quarumq; prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant, ac de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint, ad diem Concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoria conscribant: vel si post aduentum tractoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

De Cresconio.

LXXVII.

Concilium Afric. c. 44.

De Cresconio Villa Regensi, hoc omnibus visum est, vt hinc quoque primati Numidiæ

δαι ἐπίσκοπον. εἰ δὲ θελήσει τοῦτο ἀμελήσει, μὴ τῷ πραίωσιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἕτερος ψηφισθῇ μεσίτης.

Περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν ὀφειλόντων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτηθῆναι.

οε'.

Σύμπασιν ἔδοξεν αἰτῆσαι ἀπὸ τῶν βασιλέων διὰ τὴν τῶν πενήτων κάκωσιν, ὧν ταῖς ἐπαχθείαις ἀπαύστως ἡ ἐκκλησία παρενοχλεῖται, ὥστε ἐκδίκοις τούτοις μὴ τῶν ἐπισκόπων θεσμοῖς ἐπιλεγῆναι καὶ τῆς τῶν πλουσίων τυραννίδος.

Περὶ τῶν μὴ ἀπαντώντων εἰς τὰς συνόδους ἐπισκόπων.

ος'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσάκις δήποτε σύνοδον δεῖ συναχθῆναι, οἱ ἐπίσκοποι, οἵ τινες οὔτε κείρᾳ, οὔτε ἀσθενείᾳ, οὔτε τινὶ βαρυτέρᾳ ἀνάγκῃ ἐμποδίζονται, ἁρμοδίως ἀπαντῶσι, καὶ τοῖς πρωθιδίοις ἑκάστης ἰδίας αὐτῶν ἐπαρχίας ἐμφανιδείη θελ πάντων τῶν ἐπισκόπων, εἴτε δύο, εἴτε τρεῖς συναθροίσας γένωνται, καὶ ἀπὸ ἑκάστου δὲ ἀθροισμοῦ εἰς ἀμοιβὴν ὅσοι δήποτε ἐπιλεγῶσι, πρὸς τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου ἐνταλικῶς ἀπαντήσωσιν. ἐὰν δὲ μὴ δυνηθῶσιν ἀπαντῆσαι, ἀθεώρων τινῶν ἀνάγκων, ὡς εἰκὸς, δυαφυομένων, εἰ μὴ τὸν λόγον τοῦ οἰκείου ἐμποδισμοῦ παρὰ τῷ οἰκείῳ πρωθιδίῳ τῆς ἀποδῶσιν, ὀφείλειν σὺν τοιούτοις τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρχαίας ἐκκλησίας.

Περὶ Κρησκωνίου.

οζ'.

Περὶ Κρησκωνίου τοῦ Βιλλαρεκενσίου τοῦτο πᾶσιν ἔδοξεν, ἵνα καὶ τοῦδε ὁμοίως ἐμφανείη τῷ πρωθιδίῳ τῆς Νουμιδίας

πρὸς τὸ εἰδέναι αὐτὸν ὀφείλειν χεάμμασιν οἰκείοις πρὸς συνέλευσιν προτρέψασθαι τὸ μνημονευθέντα Κρεσκώνιον, ὥστε μὴ ὑπερθέσθαι τὴν προσίασιν αὐτοῦ τῇ πλησιαζούσῃ συμπάσῃ Αφρικανῇ συνόδῳ παραχρῆν. ἐὰν δὲ τῆς ἐλευθερίας καταφρονήσῃ, ἔσται εἰδὼς κατ' αὐτοῦ ψῆφον νομοθετηθησομένην.

intimetur, quo cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conueniendum esse, vt proximo vniuersali Africano Concilio suam præsentiam non differat exhibere. Quod si venire contempserit, in se cognoscat sententiam promulgandam.

Περὶ τῆς τῶν Ιππωνίων Διαρετωρίων τῆς ἐκκλησίας.

οη'.

De ecclesia Hipponensium Diaretorum.

LXXVIII.

Πάλιν ἤρεσεν, ἵνα ἐπειδὴ τὸ ἐκκλησίας τῶν τῶν Ιππωνίων Διαρετωρίων ἡ * ἐκκαθάλειψις ἐκ ὀφείλει ὑπὸ πολὺ ἀμεληθῆναι· καὶ ἐπειδὴ αἱ ἐκεῖ ἐκκλησίαι * καταδέχονται παρὰ τὸ ἄτοπον τῆς Αἰκυλίου κοινωνίαν βραπισαμένων, πεμφθέντων ἐκ τῆς βρούσης συνόδου ἐπισκόπων, Ρηγίνου, Αλυπίου, Αὐγουστίνου, Ματέρνου, Θεασίου, Εὐοδίου, Πλακιανοῦ, Οὐρβανοῦ, Βαλερίου, Αμβιβίου, Φερτουνάτου, Κουοδβουλτδέου, Ονωρατίου, Ιανουαρείου, Απτου, Ονωράτου, Αμπελίου, Βικτοριανοῦ, Εὐαγγέλλου, & Ρογατιανοῦ· & συναχθέντων καὶ διορθωθέντων τὸ ὑπὸ φόβῳ μονοτονίᾳ τὸ φυγεῖν τῆς αὐτοῦ Αἰκυλίου προσδοκηθέντα λογισαμένων, μὴ τὸ πάντων εὐχῆς ἐπίσκοπος τούτοις χρονοτριβῇ. ἐὰν δὲ μὴ θελήσωσιν ἐκεῖνοι τῷ εἰρηνεύειν κατανοῆσαι, μὴ ἐμποδίσωσι τῇ ὑπολογῇ τοῦ προέδρου πρὸς τὸ χρονοτριβῆσαι εἰς χρησιμότητα τῆς ὑπὲρ τοσοῦτον χρόνον ἐγκαταλειφθείσης ἐκκλησίας.

ἴσ. ἐγκαταλείψις

* ἴσ. καταδεχόντων

Rursum placuit, vt quoniam Hipponensium Diaretorum ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, & ecclesiæ ibi ab his retinentur, qui Equitii facinorosam communionem declinauerũt, missis ex præsenti Concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambiuio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorato, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Rogatiano: conuentis & correctis his qui culpabili pertinacia fugam eiusdem Equitii expectandam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si autem illi pacem considerare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præpositi vtilitatem tanto tempore ecclesiæ destitutæ. Concilium Afric. c. 45.

Περὶ τῶν μὴ φροντιζόντων κληρικῶν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ πρᾶξαι τὸ ἴδιον πρᾶγμα.

οθ'.

De clericis, qui intra annũ causam suã agere non procurarint.

LXXIX.

Πάλιν ὠφέλιμον, ἵνα ὁσάκις κληρικῶν ἐλεγχθέντων καὶ καταδεδικασμένων τινὰ ἐγκλήματα, εἴτε διὰ τὸ τῆς ἐκκλησίας

Rursus constitutum est, vt quoties clericis conuictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eccleſiæ Concilium Cartha. V. cap. 12. Concilium Afric. c. 46.

opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant: si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

ὄνειδος, εἴτε διὰ τὴν αἱρεσιμότητα· ὧν χάριν τούτοις φειδὼ γίνεται· εἴτε διὰ τὴν ἀλαζόνα τῶν αἱρετικῶν καὶ ἐθνικῶν ὑπεραυχίασιν, ἐὰν ὡς εἰκὸς ἐπαγωνίσασθαι τῷ ἰδίῳ πράγματι, καὶ τὴν ἰδίας ἀβλαβείας φρόνησιν ποιήσωσιν, ἐντὸς ἀκοινωνησίας ἐνιαυτοῦ τοῦτο ποιήσωσιν· ἐὰν δὲ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀπῶν καθάραι καταφρονήσωσι, μηδεμία τούτων τῆς λοιπῆς φωνὴ παντελῶς προσδεχθείη.

Vt de alieno monasterio susceptos nec præpositos monasterii, nec clericos liceat ordinare.

Ὡς οὐ δεῖ ἀπὸ ἀλλοτρίου μοναστηρίου προσδεχθέντας, μηδὲ ἡγουμένους τοῦ μοναστηρίου, μηδὲ κληρικοὺς ἐξεῖναι χειροτονεῖν.

LXXX.

π'.

Concilium Carthag. V. cap. 13. Concilium Afric. c. 47.

Item placuit, vt si quis de alterius monasterio susceptum vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituerit, episcopus qui hoc fecerit, a ceterorum cõmunione seiunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit, & ille neque clericus neque præpositus perseueret.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν τις ἀπὸ ἀλλοτρίου μοναστηρίου προσδέξηται τινα, καὶ πρὸς κλῆσιν προσαγαγεῖν ἐθελήσει, ἢ τοῦ ἰδίου μοναστηρίου ἡγούμενον καταστήσει, ὁ τοῦτο ποιῶν ἐπίσκοπος, ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν κοινωνίας χωριζόμενος, τῇ τοῦ ἰδίου λαοῦ κοινωνίᾳ ἀρκεσθῇ μόνῃ· ἐκεῖνος δ', μηδὲ κληρικὸς μηδὲ ἡγούμενος ὑπαρχέτω.

De episcopis, qui hæreticos vel paganos heredes instituunt.

Περὶ ἐπισκόπων τοὺς αἱρετικοὺς ἢ Ἕλληνας κληρονόμους καταλιμπανόντων.

LXXXI.

πα'.

Concilium Afric. c. 48.

Item constitutum est, vt si quis episcopus heredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut paganos, ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus decesserit, quia vtique debuit, factus episcopus, rei suæ

Ὁμοίως ὡρίσθη, ἵνα ἐάν τις ἐπίσκοπος κληρονόμους συγγενεῖς, ἢ ἐκτὸς τῆς ἰδίας συγγενείας αἱρετικοὺς ἢ Ἕλληνας προτιμήσῃ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ θάνατον ἀνάθεμα τῷ τοιούτῳ λεχθείη, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μηδαμῶς παρὰ τοῖς τοῦ θεοῦ ἱερεῦσιν ἀνενεχθῇ, μηδὲ δυνηθῇ ἀπολογησάμενος, ἐὰν ἀδιαθέτως ἀποβιῴη· ἐπειδὴ ἡγούμενος ἐπίσκοπος, εἰκότως ὀφείλει τῶν πραγμάτων αὐτοῦ

πῶ διατύπωσιν ἁρμοδίῳ τῷ ἑαυτῆ ἐπαγγέλματι ποιήσασθαι.

Περὶ ἐλευθερίων.

πβ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα περὶ τῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γνωμένων ἐλευθερίων, ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἴτησις γένηται.

De manumissionibus.

LXXXII.

Item placuit, vt de manumissionibus in ecclesia celebrandis ab imperatore petatur. Concilium Afric. c. 49.

Περὶ τῶν πλασῶν μνημείων τῶν μαρτύρων.

πγ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα παντελῶς αἱ ἀπὸ τῶν ἀγρῶν καὶ τῶν ἀμπελώνων θυσιαστήρια, ὡσανεὶ εἰς μνήμην μαρτύρων καθιδρύματα, ἐν οἷς οὐδὲ ἔν σῶμα ἢ λείψανον μαρτύρων ἀποκείμενα δείκνυται, ἀπὸ τῶν ἐντοπίων ἐπισκόπων, εἰ ἔστι δυνατὸν, καταστρέφωνται. εἰ δὲ τοῦτο θορύβοις δημοτικοῖς οὐ συγχωρεῖται, ὅμως τὰ πλήθη νουθετηθῶσι, μὴ ὀχλαγωγεῖν τοὺς τόπους ἐκείνους· καὶ ἵνα οἱ τὰ ὀρθὰ φρονοῦντες μηδεμιᾷ δεισιδαιμονίᾳ τῶν τοιούτων τόπων καταδεσμῶνται. καὶ παντελῶς μηδὲ μνήμη μαρτύρων ἐπιτελεῖται, εἰ μή που ἢ σῶμα ἢ ἅγια λείψανα ὦσιν, ἢ ἐξ ἀρχαίου παράδοσις ἀδιάσειστος. ὅσα γὰρ δι' ἐνυπνίων καὶ ματαίων ἀποκαλύψεων ἀνθρώπων τινῶν ὁπουδήποτε καθίσανται θυσιαστήρια, παντὶ τρόπῳ τὰ τοιαῦτα ἀποδοκιμαστέον.

De falsis memoriis martyrum.

LXXXIII.

Item placuit, vt altaria quæ passim per agros & per vias tamquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis qui locis eisdem præsunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus aut aliquæ reliquiæ sunt, aut origo alicuius habitationis vel possessionis vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbicumq; constituuntur altaria, omni modo improbentur. Concilium Cartha. V. cap. 14. Concilium Afric. c. 50.

Περὶ τοῦ τὰ λείψανα τῶν εἰδώλων ἐκριζωθῆναι.

πδ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν αἰτηθῆναι ἀπὸ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, ἵνα τὰ λείψανα τῆς εἰδωλολατρείας, μὴ μόνον τὰ ἐν ξοάνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν οἱοισδήποτε τόποις ἢ ἄλσεσιν ἢ δένδροις, παντὶ τρόπῳ ἐξαλειφθῶσιν.

De idolorum reliquiis extirpandis.

LXXXIV.

Item placuit ab imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiæ idololatriæ non solum in simulacris, sed & in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omni modo deleantur. Concilium Cartha. V. cap. 15. Concilium Afric. c. 51.

Vt ab episcopo Carthaginensi, cum opus fuerit, omnium episcoporum nomine dictentur & subscribantur epistolæ.

LXXXV.

Concilium Afric. c. 52.

Vt si quæ literæ dictandæ in Concilio placuerint, venerandus episcopus qui huic sedi præsidet, omnium nomine dictare & subscribere dignetur: in quibus etiam ad episcopos legatos, qui per prouincias Africanas in causa Donatistarũ mittẽdi sunt, placuit literas dari tenorẽ mandati continentes, quem non egrediantur. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Ὡστε χρᾶφεσθαι ἢ ὑποχράφεσι, ὁσάκις χρύπται χρεία, ἐκ τοῦ τὸν Καρχηδόνι ἐπισκόπου ἐπ' ὀνόματι πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐπιστολάς.

πέ.

Ἀπὸ συμπάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη, ἵνα ἐπὶ ἦρεσέ τινα γράμματα ὀφείλειν ὑπαγορεύεσθαι τὸν τῇ συνόδῳ, ὁ προκαθήμενος ἐπίσκοπος ὁ τὸν τῷ θρόνῳ τούτῳ προκαθήμενος, καταξιοῖ ἐπ' ὀνόματι πάντων ὑπαγορεύειν καὶ ὑποχράφειν. τὸν οἷς ἤρεσεν ἐπιμὶν τοῖς τοποτηρηταῖς ἐπισκόποις τοῖς ὀφείλουσιν ἀποσταλῆναι εἰς τὰς τῆς Αφρικῆς ἐπαρχίας ἕνεκεν τῶν Δοναλιστῶν, γράμματα δοθῆναι, δυάμιν συνοδικοῦ προτρέποντα, ἵνα δυάμιν μὴ προξέλθωσι. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς Καρχηδονίων ἐκκλησίας, τῷ πρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

In hoc Concilio præterita decreta firmantur.

Gloriosissimis imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis v. consulibus, sexto Kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus Carthaginensis in Concilio vniuersali consedisset, astantibus diaconis, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiæ sanctæ vnum est corpus, omniumque membrorum caput est vnum, factum est, volente Deo, & nostram infirmitatem iuuante, vt ad hanc ecclesiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. vnde quæso caritatem vestram, vt quæ in Carthaginensi Concilio pro vtilitate ecclesiarum constituta sunt, & nunc recitata, & ab omnibus recognita, & subscriptione firmata, ea nos quoque in hac ecclesia obseruanda suscipiamus, & ea quæ ibi non sunt constituta, ex his quæ ibi constituta sunt, nos quoque constituamus. Placuit vt quæ ibi constituta sunt, nos quoque obseruemus.

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τὰ προλαβόντα ψηφίσματα κυροῦται.

Ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Αρκαδίου καὶ Ονωρίου τῶν Αὐγούστων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν Σεπτεμβρίων, ἐν τῇ Μιλεβιταν῀ πόλει εἰς τὸ σήκρητον τῆς ἐκκλησίας. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς Καρχηδονίων ἐκκλησίας προκαθίσας ἐν πάσῃ τῇ συνόδῳ πρεσβύτων τῶν διακόνων, εἶπεν· ἐπειδὴ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἓν σῶμα ὑπάρχει, καὶ πάντων τῶν μελῶν μία ἐστὶ κεφαλή, συνέβη θελόντος τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐνδυναμοῦντος, ὥστε πρὸς ταύτην τὴν ἐκκλησίαν ἐλθεῖν ἡμᾶς, ἀγάπης καὶ ἀδελφότητος χάριν προτραπέντας. διὸ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην,

ἐπειδὴ οὕτως ὄντι πιστευτέον, ὅτι ἡ ἡμετέρα πρὸς ὑμᾶς προσέλευσις οὔτε περιττὴ, οὔτε ἡδυπάθητος πᾶσίν ἐστιν, ἵνα ἡ συναίνεσις πάντων ἡμῖν φανερωθῇ ὁμονοεῖν τοῖς συνόδοις τὴν ψηφισμάτων τῶν πάλαι, εἴτε καὶ τὸ ἐν Ἱππῶνι συνόδου βεβαιωθέντων, εἴτε μετὰ ταῦτα τῇ ἐν Καρχηδόνι κρείττονι συνόδῳ ὁρισθέντων, ὁμοίως δὲ καὶ νῦν καὶ τάξιν ἡμῖν ἀναγνωσκομένων. τότε γὰρ ἡ ὑμετέρας ἀδελφότητος ἡ ὁμόνοια λαμπροτέρα καὶ φωτὸς ἀναδραμοῦσα, ἐὰν τὰ παρ' ἡμῖν ἐν ταῖς ἀνωτέραις συνόδοις νομίμως ὁρισθέντα, μὴ μόνον τῇ ἐν τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις συναινέσῃ ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπογραφαῖς ἐπὶ μᾶλλον φανερώσητε. Ξάνθιππος ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδίας εἶπεν· πιστεύω, ὅτι οὐ πᾶσι τῇ ἀδελφότητι ἤρεσεν· ὑπογράφοντες δὲ ἡμεῖς τῇ ἰδίᾳ ὑποσημιώσει βεβαιοῦμεν ἀρέσαι. καὶ τὰ ὁρισθέντα ἰδιοχείρως ἐβεβαίωσεν. Νικήτιος ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης εἶπεν· τὰ ἀναγνωσθέντα ψηφίσματα, ἐπειδὴ λογισμοῦ ἔχει ἐστέρηται, καὶ ὑπὸ πάντων ἐκρίθησαν, ἔπι μὲν καὶ τῇ ἐμῇ βραχύτητι ταῦτα ἀρέσκουσιν, ἅπερ τῇ οἰκείᾳ χειρὶ βεβαιώσω.

tem veſtram, quia ita credendũ eſt, quod noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus, nec inſuauis eſt cunctis, vt conſenſus omnium noſtrum manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ iamdudum vel in Hipponenſi Synodo firmata ſunt, vel poſtmodum meliore Concilio apud Carthaginẽ definita, nunc quoque nobis ex ordine recitantur. Tunc demum fraternitatis veſtræ concordia luce clarior apparebit, ſi hæc quæ a nobis ſuperioribus Conciliis legaliter definita noſcuntur, non ſolum conſenſu veſtro his actis, verum & ſubſcriptionibus manifeſtetis. Xanthippus epiſcopus primę ſedis Numidiæ dixit: Credo quod omni fraternitati placuit, & ſtatuta ſua manu confirmauerunt, ſubſcribendo etiam nobis placere poſſe, & noſtra ſubſcriptione firmamus. Nicetius epiſcopus primæ ſedis Mauritaniæ Sitiphenſis dixit: Quæ recitata ſunt decreta, quoniam ratione non carent, & ſunt approbata cunctis, etiam & meæ paruitati hæc placent, quæ quidem propria ſubſcriptione firmabo.

Περὶ τάξεως ἐπισκόπων, ὥστε τοὺς μεταγνωσθέντας χρονικωτέρους μὴ πολυμᾶν ἑαυτοὺς προτιμᾶν τῶν προτέρων.

De epiſcoporũ ordine, vt qui poſterius ordinati ſunt, prioribus ſe nõ audeant anteferre.

πς'.

Βαλεντῖνος ἐπίσκοπος εἶπεν· τὸ ἀγαθὸν τῆς ὑμετέρας μὲν ἐξικανίας ἐὰν ἐπιτρέπῃ, ἀκολούθως ἐξηγήσομαι τὰ ἐν τῷ προσφιλεστάτῳ χρόνῳ εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐκκλησίαν πεπραγμένα, καὶ ταῖς τῶν ἀδελφῶν ὑπογραφαῖς φανερῶς κυρωθέντα, καὶ ἡμᾶς ἐπὶ μᾶλλον φυλάξοντας

LXXXVI.

Valentinus epiſcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ veſtræ, proſequor ea quæ præterito tempore in eccleſia Carthaginenſi geſta ſunt, & ſubſcriptionibus fratrum firmata claruerunt, etiam nos hoc ſeruaturos

Concilium Afric. c. 53.

esse profiteor. Sed illud scimus, inuiolatam semper mansisse ecclesiasticam disciplinam: ita vt nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis caritatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus gratanter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborari. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerẽt sensus: sed communis hæc causa est, quam insinuauit frater & consacerdos noster, vt vnusquisque nostrum ordinem sibi decretum a Deo cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re dico, prout captus animi mei retinet, eos qui putauerint spretis maioribus aliquid præsumendum, competenter ab omni Concilio coercendos. Xanthippus episcopus primæ sedis Numidiæ dixit: Audiuit omniũ fratrum præsentia prosecutionem fratris & consacerdotis nostri Aurelii, quid ad hæc respondet?

Datianus episcopus dixit: Quæ maiorum decreuit sententia, nostro assensui mancipabuntur, vt quæ præteritorum Conciliorum gestis tenentur Carthaginensis ecclesiæ, nostra assensione plene apud omnes firmata teneantur. Vniuersi episcopi dixerunt: Hic ordo & a pa-

ὁμολογήσω. ἐκεῖνο τοίνυν ὑπισάμθα, ἀμώμητον ἀεὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν φυλάττεσθαι καθίστασιν οὕτως, ὡς μηδένα τῶν ἀδελφῶν τολμᾶν ἑαυτὸν προτιμᾶν προπετῶς τῶν πρὸ αὐτοῦ· ἀλλὰ τὰς τῆς ἀγάπης τάξεσιν ἀεὶ προσφέρεσθαι τοῖς προτέροις, ὅπερ οἱ ἑπακολουθοῦντες χαριέντως κατεδέξωντο. πρὸς τοῦτο οὖν τὴν προῆξιν κελεύσει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη κρεῖττόνως τὰς ὑμετέρας διαλαλιὰς βεβαιῶσαι. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἐχρῆν μὲν ταῦτα ἡμᾶς ἐπαναλαμβάνειν, εἰ μὴ ἐάν τινων ἀκατανόητοι διάνοιαι ἐνεφύησαν, αἱ πρὸς τοὺς ὅρους τούτους τὰς ἡμετέρας ἀφορμὰς ὀξυοῦσαι. ἀλλ' ἐπειδὴ αὕτη κοινή ἐστιν αἰτία, ὡς νῦν ἐνεφάνισεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν, ὥστε ἕκαστον ἡμῶν ἐπιγινώσκειν τὴν πρὸ τοῦ θεοῦ φιλοτιμηθεῖσαν αὐτῷ τάξιν, καὶ ἵνα οἱ μεγαλύτεροι τοῖς προτέροις ἀναφέρωσι, καὶ μὴ τολμήσωσι πρὸ γνώμης τούτων τί ποτε πράττειν. διὰ τοῦτο λέγω καθὼς ἔχει ἐμὸν ὑποτρέχει λογισμόν, τοὺς καταφρονοῦντας τὰ τοῦ αὐτῶν, καὶ ἵνα ὑποτολμῶντας, κωλυτέους ἁρμοδίως εἶναι ὑπὸ πάσης τῆς συνόδου. Ξανθίππους ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδίας εἶπεν· ἤκουσεν ἡ πάντων τῶν ἀδελφῶν προθυμία τοῦ ἐξακολουθῆσαι τῷ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Αὐρηλίου, τί πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεται;

Διατήμιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ταῦτα πρὸ τῆς ψήφου τῶν ἀρχαίων ὁρισθέντα, τῇ ἡμετέρᾳ συναινέσει ἐκδοθήσονται, ἵνα τὰ πρειχθέντα τοῖς πεπρεσβυτέροις τῶν προτέρων συνόδων ἐν τῇ τοῦ Καρχηδόνι ἐκκλησίᾳ καὶ τῆς ἡμετέρας συναινέσει πεπληροφορημένως βέβαια παρὰ πᾶσι φυλαχθῶσι. σύμπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· ἡ τάξις αὕτη καὶ ὑπὸ τῆς πατέρων

πέφυκεν ἢ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἐφυλάχθη, καὶ ἀφ' ἡμῶν ἢ συγχώρησιν θεοῦ φυλαχθήσεται· σωζομένου ἐπὶ μὲν τῷ δικαίου τῶν πρωτευόντων τῆς Νουμιδίας καὶ Μαυρεταν[ί]ας.

Περὶ τοῦ χαρτοφυλακείου καὶ ματρικίου τῆς Νουμιδίας.

Ἔπειτα ἤρεσε πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις τοῖς εἰς ταύτην τὴν συνόδῳ ὑπογράψασιν, ἵνα τὸ ματρίκιον καὶ ἀρχέτυπον τῆς Νουμιδίας, καὶ εἰς πόλιν πρώτην καθέδραν ᾖ, καὶ εἰς πόλιν μητρόπολιν Κωνσταντίναν.

Περὶ Κουοδβουλτδέου ἐπισκόπου.

πζ'.

Περὶ Κουοδβουλτδέου ἐπὶ μὲν τῷ Κεντυριάτου, ἐπειδὴ τῷ ἐναντίου αὐτῷ αἰτήσαντος παρὰ τῆς ἡμετέρας εἰσενεχθῆναι συνόδῳ, ἐφωτηθεὶς εἰ ἄρα βούλεται μετ' αὐτοῦ πρὸς τοῖς ἐπισκόποις ἀποπειρασθῆναι, πρῶτον μὲν ὑπέσχετο, τῇ δὲ ἄλλῃ ἡμέρᾳ τοῦτο μὴ ἀρέσκειν αὐτῷ ἀπεκρίνατο, καὶ ἀνεχώρησεν· ἤρεσε πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις, ἵνα μηδεὶς τῷ αὐτῷ Κουοδβουλτδέῳ κοινωνήσῃ, ἕως ἂν τὸ κατ' αὐτὸν πρᾶγμα πραπωθῇ· τῷ γὰρ ἐπισκοπῇ ἀπ' αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι πρὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ κατ' αὐτὸν πράγματος, οὐδενὶ χειστιανῷ δίκαιον δοκεῖν.

Περὶ Μαξιμιανοῦ ἐπισκόπου.

πή.

Περὶ Μαξιμιανοῦ δὲ τοῦ Βαγαΐου, ἤρεσεν ἐκ τῆς συνόδου γράμματα δοθῆναι καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὸν λαὸν, ἵνα κἀκεῖνος ἐκ τῆς ἐπισκοπῆς ἀναχωρήσῃ, κἀκεῖνοι ἑαυτοῖς ἄλλον ἀναζητήσωσιν.

tribus & a maioribus ſeruatus eſt, & a nobis Deo propitio ſeruabitur, ſaluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

De archiuo & matricula Numidiæ.

Deinde placuit omnibus epiſcopis qui in hoc Concilio ſubſcripſerunt, vt matricula & archiuus Numidiæ, & apud primam ſedem ſit, & in metropoli, id eſt, Conſtantina.

De Quoduultdeo epiſcopo.

LXXXVII.

De Quoduultdeo etiam Centurienſi, quomodo aduerſarius ipſius, cum ſe petiſſet introduci ad Concilium noſtrum, interrogatus, vtrum cum eo vellet apud epiſcopos experiri, primo promiſerat, & alio die reſpondit hoc ſibi non placere, atque diſceſſit: placuit omnibus epiſcopis, vt nullus eidem Quoduultdeo communicet, donec cauſa eius, qualem potuerit, terminum ſumat. Nam adimi ei epiſcopatum, antequam cauſæ eius exitus appareret, nulli Chriſtiano videri iure potuiſſet. Concilium Afric. c. 54.

De Maximiano epiſcopo.

LXXXVIII.

De Maximiano autem Bagaienſi, & ad eum, & ad ipſam plebem placuit de Concilio literas dari, vt & ipſe ab epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant. Concilium Afric. c. 55.

Vt episcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus suis epistolas accipiant, quæ diem & consulem præferant.

LXXXIX.

Concilium Afric. c. 56.

Deinde placuit, vt quicumque deinceps ab episcopis ordinantur per prouincias Africanas, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes consulem & diem: vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

Ὡστε τοὺς χροτονουμένους ἐπισκόπους ἀπὸ τῶν χροτονούντων αὐτοὺς ἐπιστολὰς λαμβάνειν, ἐν αἷς ἥ τε ἡμέρα καὶ ὁ ὕπατος προφέρεται.

πθ'.

Επείσθη ἤρεσεν, ἵνα οἱ ἵνες δήποτε μὴ ταῦτα χροτονῶνται ἀνὰ τὰς τῆς Αφρικῆς ἐπαρχίας, γράμματα λάβωσι παρὰ τῶν χροτονούντων αὐτοὺς, τῇ χειρὶ αὐτῶν ὑπογεγραμμένα, προέχοντα τὸν ὕπατον καὶ τὴν ἡμέραν· ὥστε μηδεμίαν ἀμφισβήτησιν περὶ ὑστέρων ἢ προτέρων ἀναφύεσθαι.

De his qui vel semel in ecclesia legerint, ab aliis non posse promoueri.

XC.

Concilium Afric. c. 57.

Item placuit, vt quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Περὶ τῶν, τοὺς κἂν ἅπαξ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνόντας μὴ δύνασθαι ὑπὸ ἄλλων προχειρίζεσθαι.

ϟ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε ἐν ἐκκλησίᾳ κἂν ἅπαξ ἀναγνῷ, ἀπ' ἄλλης ἐκκλησίας πρὸς κλῆρον μὴ καταδέχηται. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας τῷ προκειμένῳ ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

In hoc Concilio quid egerint episcopi, qui ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ ἐμφανίζονται τὰ πραχθέντα ὑπὸ τῶν πέραν τῆς θαλάσσης ἀποσταλέντων τοποτηρητῶν ἐπισκόπων.

Gloriosissimo imperatore Theodosio Augusto, & Rumorido v. c. consulibus, VIII. Kalendas Septembris, Carthagine in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus in vniuersali Concilio consedisset, adstantibus diaconis, Aurelius episcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc Concilium

Επὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου βασιλέως Θεοδοσίου τὸ Αὐγούστου, καὶ Ρουμωρίδου τοῦ λαμπροτάτου ὑπάτου, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν Σεκουνδου· Αὐρήλιος ἐπίσκοπος συμπαρόντων τῇ συνόδῳ πρεσβυτέρων καθίσας, παρεστώτων τῶν διακόνων, εἶπεν· λόγου ἀπαιτοῦντος, ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης παρὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος εἰς ταύτην τὴν σύνοδον

πρότερόν. ἔκπαλαι γὰρ, ὡς μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, συνόδου γενομένης, ἀπεστείλαμεν ἀδελφοὺς ἡμῶν πρὸς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης τοποτηρητὰς, οἷς ἐγχωρεῖ ἐν τῇ συνελθούσῃ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης τῷ κύκλῳ διηγήσασθαι τὴν ἐξακολουθήσασαν πρεσβείαν· καὶ κἂν εἰ τῇ χθεσινῇ ἡμέρᾳ περὶ τῶν ἀνῳ πράγματος καθεσθέντων ἐκτὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐπιμελῶς, ἃ ἔπραξαν, ἐφιλαφήσαμεν, ὅμως πρέπει σήμερον τὴν ἀναζήτησιν τῆς χθεσινῆς ἡμέρας τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐκβεβαιῶσαι.

congregata est. Iamdudum enim, sicut vestra sanctitas recordatur, habito Concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis cursum narrare: & licet hesterno die de hac re, confidentibus nobis, præter gesta ecclesiastica diligentius quæ gesserint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum hesterni dici actis ecclesiasticis confirmari.

Περὶ τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς, τῶν μὴ παραγενομένων ἐν τῇ παρούσῃ συνόδῳ.

De episcopis prouinciarum Africæ, qui non adfuerunt præsenti Concilio.

Ἡ τάξις οὖν ἀπαιτεῖ τὰ πραγμάτων, ἵνα ἐν πρώτοις περὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ συνιερέων ἡμῶν τῶν πρὸς ταύτην τὴν συνοδον εἴτε ἐκ τῆς Βυζακίου, εἴτε ἀπὸ Μαυρετανίας παραγενομένων, ζητήσωμεν, πῶς συμφέρειν φιλοτιμηθῆναι τῇ παρούσῃ συνόδῳ. κἀ προσενεγκόντων Φιλολογίου, Γέτα, Βενουστιανοῦ, Φιλικιανοῦ, τῶν ἐπισκόπων τῆς Βυζακηνῆς χώρας, τὰ γράμματα τῆς τοποτηρησίας, τὰ καὶ ἀναγνωσθέντα· ἔτι δὲ προσενεγκόντων Λουκιανοῦ καὶ Σιλβανοῦ, τῶν τοποτηρητῶν τῆς Μαυρετανίας χώρας τῆς Σιτιφένσης, τὰ γράμματα τῆς τοποτηρησίας, κἀ τούτων ἀναγνωσθέντων, Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τούτων τῶν ἐπιστόλων ἡ ὑφὴ τοῖς πεπραγμένοις συζυγήσεται.

Ordo itaque rerum deposcit, vt primitus de fratribus nostris & consacerdotibus, qui ad hoc Concilium vel de Byzacio, vel certe de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodum huic Concilio decreuerint interesse. Et offerentibus Philologio, Geta, Venustiano, & Feliciano, episcopis prouinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis; offerentibus etiam Luciano & Siluano legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis, legationis literas, & recitatis; Aurelius episcopus dixit: Horum scriptorum textus sociabitur gestis.

Περὶ τῶν Βυζακίου ἐπισκόπων.

De episcopis Byzacenis.

Νουμήδιος ἐπίσκοπος εἶπεν· προσήλθομεν τοῦ ἀδελφοῖς καὶ συνεπισκόποις ἡμῶν τοὺς τῆς Βυζακιωῶν χώρας καὶ Μαυρετανίας Σιτιφένσης, εἰς τὴν συνοδον τοποτηρητὰς ἀποστεῖλαι. νῦν ζητή-

Numidius episcopus dixit: Animaduertimus fratres & coepiscopos nostros Byzacenæ prouinciæ, & Mauritaniæ Sitiphensis, ad Concilium destinasse legatos: nunc quæramus,

vtrum legati Numidiæ aduenerint, vel certe prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæsarienſis.

De epiſcopis Mauritaniæ Sitiphenſis.

Lucianus & Siluanus epiſcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitiphenſis, dixerunt: Sero ad Cæsarienſes fratres noſtros tractoria venit, nam iam & illi venirent, tamē neceſſe eſt veniant, & confidimus de animis illorū, quia ſi quid in hoc Concilio geſtum fuerit, & ipſi ſine dubio ſuos conſenſus adhibebunt.

σωμῷ, ἐαν τοποτηρηταὶ τ Νουμιδίας φρεχθύοντ, ἢ δηλαδὴ τ Τριπολιτανῆς χώρας, ἢ τῆς Καισαρειανῆς Μαυριτανίας.

Περὶ τῶν τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης ἐπισκόπων.

Λουκιανὸς & Σιλβανὸς ἐπίσκοποι τοποτηρηταὶ τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης χώρας εἶπον· βραδέως πρὸς τοὺς τῆς Καισαρειανῆς ἀδελφοὺς ἡμῶν ἡ συνοδικὴ ἦλθεν, ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνοι λοιπὸν εἶχον φθάσαι, ὅμως πάντες ἐλεύσονται, καὶ θαῤῥοῦμεν περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, ὅτι εἴτι δήποτε ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πραχθήσεται, καὶ αὐτοὶ ἀναμφιβόλως τὰς ἰδίας συναινέσεις προέξουσιν.

De epiſcopis Numidiæ.

Alypius epiſcopus eccleſiæ Thagaſtenſis dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & ſancti fratres Auguſtinus & Poſidius: ſed de Numidia legatio mitti non potuit, quod adhuc tumultu tironum, epiſcopi propriis neceſſitatibus in ciuitatibus ſuis aut impediti, aut occupati ſunt. Nam etiam tractoriam ſanctitatis tuæ cum ad ſanctum ſenem Xanthippum deferrem, in præſenti tractatu hoc viſum fuerat, vt Concilium indiceretur, quo inſtructa legatio poſſet ad hoc Concilium deſtinari: ſed cum eum poſterioribus literis admonerem de impedimento tironum, vt ſuperius dixi, reſcriptis propriis excuſauit. Aurelius epiſcopus dixit: Non dubiū eſt, quod prædicti fratres & coepiſcopi noſtri Numidiæ, cum geſta Concilii acceperint, & ſuos ad-

Περὶ τῶν τ Νουμιδίας ἐπισκόπων.

Αλύπιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἡμεῖς μὲν ἀπὸ τ Νουμιδίας ἤλθομεν, ἐγώ τε καὶ οἱ ἁγιώτατοι ἀδελφοὶ Αὐγουστῖνος καὶ Ποσείδιος· ἀλλ' ἀπὸ τ αὐτῆς Νουμιδίας τοποτηρηταὶ πεμφθῆναι οὐκ ἠδυνάμεθα, ὅτι ἀκμὴν τῷ θορύβῳ τῶν πεφοιτηκότων οἱ ἐπίσκοποι ἰδίαις ἀνάγκαις ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν ἀπασχολοῦνται ἐμποδιζόμενοι· ἐπεὶ καὶ τὴν συνοδικήν σου τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης τῷ ἁγιωτάτῳ γέροντι Ξανθίππῳ ὡς ἀνήγαγον, συνεῖδε περὶ τῆς παρούσης ζητήσεως σύνοδον καταμηνυθῆναι, ὅπως καταρτισθεῖσα τοποτηρησία πρὸς ταύτην ἀποσταλῇ τὴν σύνοδον. Ἀλλὰ δευτέροις γράμμασιν ἐμοῦ τὸν κώλυσιν ἀναμνήσαντος, ἀπελογήσατο δι' οἰκείων γραμμάτων περὶ ὧν ἀπὸ τῶν προφώνων ἐμποδισμοῦ, ὡς ἀνωτέρω εἶπον. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον, ὅτι οἱ προλεχθέντες ἀδελφοὶ καὶ συνεπίσκοποι ἡμῶν οἱ ἐκ τ Νουμιδίας, ὅτε τὰ πεπραγμένα τῆς συνόδου λάβωσιν, εὐθέως καὶ τὰς

ἰδίας παρέξοισι συναινέσεις, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν σπουδάσουσιν, ὅσα δήποτε ἀρέσουσιν. ἀνάγκη τοίνυν ὅπως τῇ φροντίδι τῆς καθέδρας ταύτης προνοηθῶμεν, ταῦτα αὐτὰ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐμφανὲς καταστῶμεν.

hibebunt consensus, & in effectū deducere maturabunt quæcumque in placitum venerint. Cura ergo istius sedis hoc ipsum vt eis intimetur, necesse est prouideri.

Περὶ τῶν Τριπολιτανῶν ἐπισκόπων.

Περὶ τῶν ἀπὸ Τριπόλεως ἀδελφῶν ἡμῶν ταῦτα ἠδυνήθημεν γνῶναι, ὅτι Δουλκίκιον ἀδελφὸν ἡμῶν ἀπέστειλαν τοποτηρητήν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπαντῆσαι οὐκ ἠδυνήθη, ταῦτά τινες τῶν τέκνων ἡμῶν διεβεβαιώσαντο ἐλθόντες ἐκ τῆς προλεχθείσης χώρας, ὅτι ὁ μνημονευθεὶς Δουλκίκιος εἰς πλοῖον εἰσῆλθεν· καὶ δεῖ πεπεῦσθαί τινα παρολκὴν ἐκ θαλασσῶνος αὐτῷ συμβῆναι, τάχα αὐτὸν διαλαλῆσαι βεβαιῶναι· ὅμως καὶ περὶ τούτου, ἐὰν ἀρέσκῃ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὁ αὐτὸς τύπος φυλαχθείη, ἵνα τὰ ἀρέσαντα τῇ συνόδῳ πρὸς αὐτὸν ἀποσταλῶσιν. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· τὰ ὀφειλόντως τοῦ τῆς ἀγιωσύνης πᾶσιν ἀρέσκει.

De episcopis Tripolitanis.

De Tripolitanis vero fratribus nostris hoc potui condiscere, quod Dulcicium fratrem nostrum destinauerint legatum. Sed quia non potuit occurrere, hoc asseuerauerunt quidam filii nostri venientes de supradicta prouincia, quod memoratus naui se commiserat: & credendum est accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quæ retardaret eius aduentum: tamen etiam circa ipsos, si caritati vestræ placet, hæc forma seruabitur, vt placita ad eosdē Concilii transmittantur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Hæc quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

Περὶ τοῦ τοὺς Δοναλιστὰς συνελθεῖν.

ϛά.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁ εἰς φιλάφησιν ἐλθὼν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, λογίζομαι ὀφείλειν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις βεβαιωθῆναι. ἡ γὰρ ὑπόκρισις πάντων ὑμῶν τοῦτο προεβάλετο, ὀφείλειν ἕνα ἕκαστον ἡμῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει καθ' ἑαυτὸν συνελθεῖν τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν Δοναλιστῶν, ἢ προσζεύξαι ἑαυτῷ γείτονα ἕτερον, ἵνα ὁμοίως τοῖς τοιούτοις ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ τόπῳ διὰ τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν πρεσβυτέρων φερόντων ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις συνέλθωσι· τοῦτο ἐὰν ἀρέσκῃ πᾶσι, παραγελθείη. ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πᾶσιν ἀρέσκει.

De conueniendis Donatistis.

XCI.

Aurelius episcopus dixit: Quod in tractatum venit caritatis vestræ, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio vestra omnium hoc deprompsit, debere vnumquemque nostrum in ciuitate sua per se conuenire Donatistarum præpositos, aut adiungere sibi vicinum collegam, vt pariter eos in singulis quibusque ciuitatibus vel locis, per magistratus vel seniores locorum conueniant: hoc si omnibus placet, edicatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet. Concilium Afric. c. 58.

bus placet,& omnes hoc subscriptione nostra firmauimus. Petimus etiam, vt epistolis ad iudices de Concilio mittendis pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius episcopus dixit: Si videtur caritati vestræ, forma conuentionis eorum recitetur, vt hunc tenorem prosecutionis omnes, si placuerit, teneamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Recitetur. Lætus notarius recitauit.

καὶ πάντες τοῦτο τῇ ἡμετέρᾳ ὑποσφραφῇ ἐκυρώσαμεν. αἰτούμεθα ἔτι μέν, ἵνα ταῖς ὑποθήκαις, ταῖς ὀφειλούσαις ἐκ τῆς συνόδου πρὸς σὲ ἀρχόντας ὑποπεμφθῶσι, ὑπὲρ πάντων ἡ σὴ ὑποσφράγισις ἀγιωσύνη. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν δοκῇ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, ὁ τύπος τῆς πρὸς ἐκείνους συνελεύσεως ἀναγνωσθείη, ὅπως τοῦτον (W) τόνον τῆς ἐπακολουθήσεως πάντες, ἐὰν ἀρέσκῃ, κρατήσωμεν. ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀναγνωσθείη. Λαμπάδιος νοτάριος ἀνέγνω.

Forma conuentionis Donatistarum.

XCII.

Concilium Afric. c. 59.

Ille episcopus ecclesiæ illius dixit: Quid de auctoritate illius amplissimæ sedis impetrauerimus, petimus grauitatem vestram recitari, & gestis innecti, atque in effectum deduci iubeatis. Recitata autem iussione, atque actis innexa, dixit ille episcopus ecclesiæ catholicæ: mandatũ ad Donatistas per vestram grauitatem perferendum, audire,& actis inserere,& ad eos perferre dignemini, eorumque responsionem rursus apud acta vestra nobis insinuare. Conuenimus vos ex Concilii nostri catholici auctoritate missi, de vestra correctione gaudere cupiẽtes, considerantes Domini caritatem, qui dixit: *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur:* & admonuit per Prophetam etiam his qui dicunt se fratres nostros non esse, dicere nos debere, *fratres nostri estis.* Hanc ergo pacificam ex caritate venientẽ com-

Matth. 5.

Psalm. 119.

Ὁ τύπος τῆς πρὸς τοὺς Δοναλισὰς συνελεύσεως.

ιβ'.

Ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶπεν· τὸ περὶ τῆς αὐθεντίας ἐκείνης τῆς μεγίστης καθέδρας ἡμῖν ὑπερανῆν αἰτεῖσθαι τὴν ὑμετέραν πρόνοιαν ἀναγνωσθῆναι, καὶ εἰς πέρας ἀχθῆναι, κελεῦσαι. ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς κελεύσεως, καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐνπεθείσης, ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶπεν· τὸ διὰ τῆς ὑμετέρας πρόνοιας πρὸς τοὺς Δοναλισὰς ὀφεῖλον ἀπενεχθῆναι ἐντολικόν, ἀκούσαι, & πεπραγμένοις ἐμβαλεῖν, καὶ πρὸς αὐτοὺς ὑποκομίσαι καταξιώσατε, καὶ πλὴν τούτων ὑπόκρισιν πάλιν διὰ τῆς ὑμετέρων πεπραγμένων ἡμῖν ἐμφανίσαι. σπεύδομεν ὑμῖν αὐθεντικῶς ὑποταλέντες ἐκ τῆς ἡμετέρας καθολικῆς συνόδου, ὑπεύθυμοῦντες χαρῆναι περὶ τῆς ὑμετέρας διορθώσεως. ὑπεράμεθα γὰρ πλὴν ἀγάπην τοῦ κυρίου ἑπόντες· μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται. ὑπέμνησε δὲ διὰ & προφήτου, ὥστε ἔτι μὲν καὶ τοῖς μὴ βουλομένοις λέγειν ἀδελφοῖς ἡμῶν, λέγειν ἡμᾶς· ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ. παύτην τοίνυν τὴν ὀξ

ἀγάπης εἰρηνικῶς ἐρχομένων ἡμετέραν ἀνάμνησιν ἐξουδενῆσαι ἐκ ὀφείλετε, ἵνα ἐάν τι ποτε ἀληθείας ἔχῃ ἡμᾶς οἴεσθε, ἀπλανέσθαι τούτου μὴ ἀμφιβάλητε· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα συναχθείσης συνόδου ἡμῶν, ἐπιλέξασθε ἐξ ὑμῶν αὐτῶν τοὺς ὀφείλοντας τὸ πρᾶγμα ἐμπεσθῆναι τῆς τοιαύτης ἡμῶν διαλογίας, ὅπως καὶ ἡμεῖς δυνηθῶμεν τὸ αὐτὸ ποιῆσαι· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἐκ τῆς ἡμετέρας συνόδου ἐπιλεγῶσιν οἱ ὀφείλοντες μετ' ὀλίγων ἐξ ὑμῶν ἐπιλεγέντων εἰς ὡρισμένον τόπον καὶ καιρὸν πᾶν τὸ τῆς ζητήσεως ἐλάττωμα, τὸ τε ὑμετέραν ἀφ' ἡμῶν κοινωνίαν χωρίζον, εἰρηνικῶς ἐξεταζόντων· καὶ κἂν ὀλίγον τῇ βοηθείᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ θεοῦ, τέλος ἡ παλαιὰ δέξηται πλάνη, μή ποτε διὰ πεῖσμα ἀνθρώπων ἀδυνήτους ψυχὰς καὶ ἄπειρον λαὸν ἱερουσάλημ τινὶ χωρισμῷ ὀλέσωσιν. ἐὰν γὰρ τοῦτο ἀδελφικῶς καταδέξησθε, εὐχερῶς ἡ ἀλήθεια διαφανήσεται· εἰ δὲ τοῦτο ποιῆσαι μὴ θελήσητε, ἡ ἀπιστία ὑμῶν εὐθέως γνωρισθήσεται. καὶ ἀναγωσθέντος τοῦ τοιούτου τύπου, ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· παῦ ἀρέσκει· τοῦτο γνησήσεται. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς Καρχηδονίων ἐκκλησίας, τῷ ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

monitionem noſtram contemnere non debetis, vt ſi quid veritatis habere nos arbitramini, non dubitetis aſſerere: id eſt, vt congregato veſtro Concilio deligatis ex vobis, quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis: vt & nos poſſimus hoc facere, vt etiam de noſtro Concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, conſtituto loco & tempore, quidquid quæſtionis eſt, quod veſtram a nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant, & tandem aliquando adiuuante Domino Deo noſtro, finem veternoſus error accipiat, ne propter animoſitatẽ hominũ infirmæ animæ & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluceſcet: ſi autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facile innoteſcet. Cumque recitata eſſet, ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet, hoc fiat. & ſubſcripſerunt. Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & ceteri epiſcopi ſubſcripſerunt.

Αὕτη ἡ σύνοδος κατὰ τῶν Δοναπιστῶν πρεσβευτὰς πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας ἀποστέλλει.

Hæc Synodus aduerſus Donatiſtas legationem ad principes dirigit.

Τῷ εὐδοξοτάτῳ βασιλεῖ Ονωρίῳ Αὐγούστῳ τῷ ἕκτῳ ὑπάτῳ, τῇ πρὸ ις'. καλανδῶν Ιουλίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῆς βασιλικῆς Σεκουνδου. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἀνεδέξαντο Θεάσιος καὶ Εὐόδιος κατὰ

Glorioſiſſimo imperatore Honorio Auguſto VI. conſule VI. Kalendas Iulias, Carthagine in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Theaſius & Euodius,

Concilium Carthaginenſe. CCCCIV.

contra Donatistas: in quo Concilio insertum est commonitorium, quod ita se continet.

τ̃ Δοναλιςῶν. ἐν ᾗ συνόδῳ σὺν ἐπήχθη κομμονιτώριον τοιόνδε ἔχον οὕτως.

Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatistas.

Τὸ κομμονιτώριον, ὅπερ ἔλαβον οἱ κ̃ τ̃ Δοναλιςῶν πρεσβευταί.

XCIII.

ιγ'.

Concilium Afric. c.60.

Commonitorium fratribus Theasio & Euodio, legatis ex Carthaginensi Concilio ad gloriosissimos, religiosissimosque principes missis. Cum Domini auxilio piissimos imperatores adierint, vt eis insinuent, quemadmodum plena fiducia secundum superioris anni Concilium, Donatistarum præpositi actis municipalibus sunt conuenti: vt si cõfiderint de assertionibus suis, electis ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscum pacifice conferrent, & mansuetudine Christiana, si quid veritatis tenerent, non ambigerent demonstrare; quo ita sinceritas catholica, quæ iam pridem superioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam vel pertinaciam resistẽtibus innotesceret. Sed quia diffidentia premebantur, nihil pene ausi sunt respondere. Vnde quia impletum est erga eos episcopale ac pacificum officium, & illi qui veritati respondere nequiuerunt, ad immanes violentias sunt conuersi, ita vt multos episcopos, multosque clericos (vt de laicis taceamus) insidiis oppresserint, ecclesias etiam aliquas inuaserint, aliquas inuadere pertentauerint: ipsorum iam clementiæ est consulere, vt ecclesia catholica, quæ eos religio-

Κομμονιτωρίῳ τοῖς ἀδελφοῖς, Θεασίῳ καὶ Εὐοδίῳ, τοῖς πεμφθεῖσι πρεσβευταῖς ἐκ τ̃ ἐν Καρχηδόνι συνόδου πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτοις καὶ θρησκευτικωτάτοις αὐτοκράτορας. ὡσίκα τῇ τ̃ κυρίου βοηθείᾳ τοῖς εὐσεβεστάτοις * προσελθοῦσι βασιλεῦσι, τούτοις * al. ἐμφανίσωσι, ποίῳ ζήλῳ τελείᾳ τῇ παῤῥησίᾳ κ̃ πλὴν ἐξ αὐτοτέρου ἐνιαυτοῦ σύνοδον οἱ προτεθέντες τ̃ Δοναλιςῶν τοῖς πολιτικοῖς πεπραγμένοις συνελθεῖν προτρέψησαν, ἵνα εἰ ἐπαῤῥοῦν τ̃ οἰκείου δόγματος δύνασθαι, ὑπολειφθέντων τινῶν ἱκανῶν ἐκ τ̃ αὐτ̃ ἀριθμοῦ, μὴ ἡμῖν εἰρηνικῶς ἀμφέβαλον, ἢ ἡμερότητι χριστιανικῇ ἀναμφιβόλως εἶχον ὑποδεῖξαι, εἴπερ τοῦ ἀληθείας κατεῖχον, ὅπως ἐκ τούτου ἡ καθολικὴ εἰλικρινότης, ἢ ἔκπαλαι τοῖς ὑστέροις διαλάμψασα χρόνοις, καὶ νῦν ὁμοίως διὰ τῆς ἀπειρίας κ̃ μονοζωνίας τ̃ ἀνθρώπων ἐγνωρίζετο. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὴ παῤῥεῖν συνείχετο, χρεὼν οὐδὲν ἐτόλμησαν ὑποκρίνασθαι. διὸ, ἐπειδὴ ὑποσκοπικὴ καὶ εἰρηνικὴ πάξις περὶ τοὺς τοιούτοις πεπλήρωται, κἀκεῖνοι τῇ ἀληθείᾳ μὴ δυνηθέντες ὑποκριθῆναι, εἰς ἀπόπους βίας μετεσχάφησαν, ὡς πολλοὶς ὑποσκόποις κ̃ πολλοὶς κληρικοῖς· ἵνα τὸ περὶ τ̃ λαϊκῶν σιωπήσωμεν· ὑπουλαῖς συχνῶν· καὶ ἵνες δὲ ἐπ

μεν ἐκκλησίαις ἐπέβησαν, καὶ ἄλλαις ἐπελθεῖν ὁμοίως ἐπειράθησαν· τ̃ αὐτῶν φιλανθρωπίας λοιπὸν ὅτι προνοήσασθαι, ἵνα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἡ τοῦ θρη-

σησεβυλικοὺς ἐν Χριστῷ γλυνήσασα γα-
σερὶ, καὶ τῇ βεβαιώσει τῆς πίστεως ἐκθρέ-
ψασα, τῇ αὐτῆ ἐπιμελῶ θεσνοίᾳ ὀχυ-
ρωθῆ· μή ποτε θεοπετεῖς ἀνθρωποι
ὀλιγοστοὺς δυσεβῶν αὐτῆ χρόνων φόβῳ λυ-
τοὺς ἀσθενῶν λώβῃ καταδυναστεύσω-
σιν· ἐπειδὴ ὑποπείθοντες τύποις, ὅπο-
φαυλίσαι οὐ δυνανται. ἔγνωσται γὰρ, καὶ
πολλάκις τοῖς νόμοις ἐκβοᾶται τῶν πα-
ρασπωμένων ἡ βδελυκτὴ πληθὺς,
ποῖα διαθρέπτει, ἅπινα δὲ πολλάκις
τοῖς θεσπίσμασιν αὐτῆ τῶν θεσπεσθέν-
των εὐσεβεστάτων αὐτοκρατόρων κατε-
δικάσθησε. καθ' οὗ τῆς ἐκείνων μανίας
δυνάμεθα συμμαχίας θείας τυχεῖν,
ἐκ ἀήθους δὲ, οὐδὲ ἀλλοτρίας ἀπὸ τῆς
ἁγίων χαφῶν, ὁπόταν Παῦλος ὁ ἀπό-
στολος, ὡς ταῖς ἀληθιναῖς θεσάξεσι τῆς
ἀποστόλων δεδήλωται, τῶν σύμπνοιάν τῶν
ἀπεκλων στρατιωτικὴν ἀπεκίνησε βοη-
θείᾳ. ἡμεῖς τοίνυν ἔτοιμοι, ἵνα ταῖς
καθολικαῖς τάξεσι τῶν ἐκκλησιῶν, αἱ
ἑκάστου πόλιν ἑκάστων κλήσεων, ἀνυ-
πρόπτως θεραφυλακὴ θεραχθῇ. ἅμα
δὲ καὶ ἔτοι δεῖ αἰτῆσαι, ὥστε τὸν νόμον τὸν
ἐκτεθέντα θερὶ τῶν τοὺς δυσεβοῦς μνήμης
πατρὸς αὐτῶν Θεοδοσίου, τοῦ θεὶ τῶν δέ-
κα ἐχρισμοῦ λιτρῶν, τοῦ καθ' ὅλου τῶν χαροτο-
νουμένων καὶ χαροτονουμένων αἱρετικῶν
φυλάξωσιν, ἔτι μὴν καὶ κατὰ τῶν κτητόρων
τῶν θερ' οἷς ἡ ἐκείνων εὑρεθῇ σύναγωγή·
εἶθ' οὕτως βεβαιωθῶσι τοιοῦτον νό-
μον κελεύσωσιν, ὡς ἰσχύειν καθ' ὅτων, ὧν
διὰ τὰς ἐπιβουλὰς οἱ τῆς καθολικῆς προ-
τραπέντες διαμαρτυρίαν ἀπέθεντο· ἵνα
κἂν τούτῳ τῷ φόβῳ ἐκ τοῦ ποιεῖν ἀσ-
σμαίνωσι δὲ ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν φαυλότη-
τος παύσωνται, οἱ τῇ καταιονήσει τῆς ἀμ-
νίας κολάσεως καθαρθῆναι καὶ διορθωθῆναι ὑπερπεμψοι. κἀκεῖνο ἔτι μὴν
αἰτῆσαι δεῖ, ἵνα τῇ αὐτῶν εὐσεβείᾳ ὁ μέχρι τοῦ θρόνος νόμος ἐπαναληφθείη,

so vtero in Christo genuit,& fidei firmitate nutriuit, eorũ etiã prospectione muniatur, ne temerarii homines religiosis temporibus infirmos populos terrendo præualeant, quoniã seducendo deprauare non possunt. Nota est enim, & sæpe legibus cõclamata circumcellionũ, qua furunt, detestabilis manus, quæ etiam ipsorũ religiosissimorum supra principũ frequentibus sanctionibus condemnata est; aduersus quorum furorẽ possimus non insolita,nec a scripturis sanctis aliena impetrare præsidia, quando apostolusPaulus,sicut in apostolorũ actibus fidelibus notum est,factiosorũ conspirationẽ militari etiam submouit auxilio. Sed nos illud poscimus, vt catholicis ecclesiarũ ordinib. per ciuitates singulas, & vicinorum quorumq; possessorũ per diuersa loca sine vlla dissimulatione tuitio præbeatur. Simul etiã petendũ, vt illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, vbi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant, vt in eos valeat,contra quos propter eorũ insidias catholici prouocati contestationem deposuerint, vt hoc saltem terrore a schismatica vel hæretica prauitate desciscant,qui consideratione æterni supplicii emendari corrigique dissimulant. Petendum etiã, vt lex quæ hæreticis vel ex donationibus vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquẽdi

denegat facultatẽ, ab eorũ quoque pietate hactenus repetatur, vt eis relinquendi vel sumendi ius adimat, qui pertinacię furore cæcati, in Donatistarum errore perseuerare voluerint. Ceterum illis, qui consideratione vnitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto huius legis, capiendę hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constitutis aliquid ante donationis vel hereditatis obuenit; his sane exceptis, qui lite pulsati putauerint ad catholicam transeundũ: quia de talibus credibile est, non metu cælestis iudicii potius, quã terreni commodi auiditate vnitatẽ catholicã prędoptasse. Ad hæc autem omnia, prędidio opus est potestatũ suarũ quarumcumque prouinciarum. sane pro vtilitatibus ecclesiæ quidquid intellexerint prodesse, agendi & imperandi liberam decernimus legationẽ. Illud prędterea cunctis nobis placuit, vt literæ de cœtu nostro ad glorioſissimos imperatores & eminentissimas potestates dirigantur; quibus instruantur nostro omnium consensu ad beatissimũ comitatum legatos a nobis esse directos. Sed quia iisdẽ literis ab omnibus subscribi tardissimum est, ne singulorũ subscriptionibus eædem epistolæ onerentur, petimus frater Aureli, vt iisdem tua caritas nostro omnium nomine subscribere dignetur. & subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi,

ὁ τ̃ διχέρεισμ τῶν αἱρετικῶν ἀφαιρούμενος, τ̃ εἴτε ἀπὸ χροζνιῶν, εἴτε ἀπὸ διαθηκῶν τούτοις δωάσθ λαμβάνειν τί ποτε ἢ καταλιμπάνειν· ϗ ἁπλῶς εἰπεῖν, τ̃ εἴτε καταλιμπάνῃ τι * ἰδίᾳ πείσμασιν τυφλωθέντων, καὶ σὺν τῇ τ̃ Donatistarum πλάνῃ ὀπιμύειν βεβουλημένων. τοῖς δὲ τῇ καταγνώσει τῆς ἑνότητος ϗ εἰρήνης ἑαυτοὺς διορθώσασθαι βουλομένοις, ὑπεκκειμένου τ̃ τοιούτου νόμου, ἀνοιχθείη ἡ ἀκρόασις τ̃ λαμβάνειν κληρονομίαν· εἰ δ ἔτι τούτοις αὐτοῖς σὺν τῇ τ̃ αἱρετικῶν πλάνῃ καθεστῶσι προσαρμόζει τί ποτε ἀπὸ δωρεᾶς ἢ κληρονομίας, ἐξῃρημένων ἐκείνων δηλαδή, οἵ ἵνες μὴ τὸ εἰς δίκαιον διαχθεῖεν ἐλαττώσαντες ὀφείλειν πρὸς τ̃ καθολικὴν μετελθεῖν. πρὲ γὰρ τ̃ τοιούτων πιστεύτεον ὅτι, μὴ τῷ φόβῳ τ̃ οὐρανίας κρίσεως, ἀλλὰ τῇ ἁπλότητι τ̃ χριστιανῆς λυσιτελείας, τ̃ καθολικὴν ἑνότητα ἐπιποθῆσαι. πρὸς τούτοις ἅπασι, τ̃ βοηθείας χρεία ὅτι τ̃ δωασφῶν ἑκάστης ἐπιτροπείας ἰδίας· ϗ ἄλλο δέ, εἴπ δήποτε καταγνώσεσι τ̃ ἐκκλησιαστικ̃ χρηματότητι λυσιτελοῦν, ἔστω διαπεφάνθαι ϗ ἐξανύειν, αὐτεξούσιον ψηφιζόμεθα τοποτηρησίαν. κἀκεῖνο ἔδοξε πρὸς τούτοις ἤρεσεν, ἵνα γράμματα ἐκ τῆς ἡμετέρας σωτηλεύσεως πρὸς σὸν ἐνδοξοτάτους βασιλέας καὶ τὰς ὑπερεχούσας ἀξίας ἀποσταλῶσι, δι' ὧν πληροφορῆνται ὡς τῇ σωτηρίᾳ πάντων ἡμ̃ν ὅτι τὸ δυτυχέσατ κομιτᾶτον σὸν τοποτηρητὰς πρὸς ἡμ̃ς ἐξ ἀποσταλέντας. ἀλλ' ἐπεὶ δὴ τοῖς αὐτοῖς γράμμασι πάντας ἡμᾶς ὑποτάξαι βραδύτατόν ἐστιν, ἵνα μὴ ταῖς ἑκάστου ἡμ̃ν ὑποταφαῖς τὰ αὐτὰ γράμματα φορτωθῶσιν, αἰτεῖμεν ἀδελφὲ Αὐρήλιε, ἵνα ἐν τούτοις ἡ σὴ ἀγάπη ὑποτάξαι ἐπ' ὀνόματι πάντων ἡμ̃ν καταξιώσῃ. ϗ ὑπέταξαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τ̃ ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ πρόντι ψηφίσματι συνήνεσα,

* ἴσ. τάχα. Cæsar τὸ δίκαιον ἀφέλοιτο, τ τῇ μανίᾳ τ

καὶ ἀναγνωσθέντα ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ὑπέγραψαν. γράμματα ἔτι μὴν πρὸς τοῦτον ἄρχοντας πέμψαι δεῖ, ἵνα ἕως οὗ ὁ κύριος τοὺς τοποτηρητὰς ὑποστρέψαι πρὸς ἡμᾶς ἀξιώσῃ, φυλακὴν ἀπὸ τῶν πόλεων τάξεις καὶ κτήτορας τῶν χωρίων τὰ καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπιμελήσωσιν. ἔτι μὴν δεῖ προσβῦξαι καὶ πρὸς τὸν Αἰκυλίου, ἵνα ἡ διάδικα αὐτῷ ἔξωθεν τῆς διοικήσεως, ἃς ἐκ τῶν φροντιστῶν τὰ ἐν Ἱππῶνι ἐκκλησίας ἱεραλικῶν δικαίων πρὸς ἑαυτὸν διεκδικεῖ. Τὰ γράμματα δὲ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας περὶ τοῦ παραστάσαι τοὺς τοποτηρητὰς, πεμφθῆναι ὀφείλουσι, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἢ, ὅπου ἐστὶν ὁ βασιλεύς. καὶ ὑπέγραψαν ὁμοίως. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντα ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

& subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt. Literæ etiam ad iudices mittendæ sunt, vt donec Dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines ciuitatum, & possessores prædiorum ecclesiæ catholicæ impertiant. Adiungendum etiam de Equitio, vt improbitas eius, qua sibi ius sacerdotũ improbissime vindicat, ab Hipponensi Diaretorum diœcesi secundum statuta imperatorũ repellatur. Literæ etiam ad episcopum Romanæ ecclesiæ commendatione legatorum mittendæ sunt, vel ad alios, vbi fuerit imperator. & subscripserunt. Item Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Ἐν τούτῃ τῇ συνόδῳ τὰ ὁλοσχέρεια ἡ βραχεῖα σαφηνίζει θέσις.

In hac Synodo quæ statuta sunt, breuis declarat adnexus.

Ἐπὶ Στελίχωνος πάλιν καὶ Ἀνθεμίου τῶν λαμπροτάτων, τῇ πρὸ δεκάτῃ καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ δευτέρου κλίματος. τὰ πεπραγμένα τῆς παρούσης συνόδου διὰ τοῦτο ἐξολοκλήρου οὐκ ἐγράφησαν, ἐπειδὴ μᾶλλον τὰ κατὰ καιρὸν ἀναγκαῖα, ἅπερ τινὰ γλωκά, ὠφέλησαν, δι' ὧν βραχεῖα συνέσις τῶν ἀσυνδέτων τῆς αὐτῆς συνόδου διετυπώθη.

Stilicone II. & Anthemio viris clarissimis consulibus X. Kalendas Septembris Carthagine in basilica regionis secundæ. Huius Concilii gesta ideo non ex integro descripsi, quoniam magis ea quæ in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia, constituta sunt, sed ad institutionem studiosorum, eiusdem Concilii breuem digessi.

Τὸ βραχύτατον τῶν κεφαλαίων.

Breuis causarum.

ιδ'.

XCIV.

Ἵνα ἐλευθέρα τοποτηρησία ἐκ πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν εἰς τὴν σύνοδον ἀπο-

Vt libera legatio ab omnibus prouinciis ad Concilium diriga- Concilium Afric. c. 61.

tur. Ad Mizonium legati & literæ propter liberam dirigendam legationem destinari præceptæ sunt: vt quia apud Carthaginem tantum vnitas facta est, dentur etiam literæ ad iudices, vt & aliis prouinciis & ciuitatibus operam impendi iubeant vnitati, vt gratiarum actiones de Carthaginensi ecclesia pro vniuersa Africa de exclusione Donatistarum cum episcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ sunt literæ papæ Innocentii: vt episcopi ad transmarina pergere facile non debeant; quod hoc ipsum episcoporum sententiis confirmatur: vt propter gratiarum actionem, & exclusionem Donatistarum, duo clerici ecclesiæ Carthaginensis ad comitatum mittantur.

σαλῆ πρὸς Μιζόνιον. τοποτηρηταὶ καὶ γράμματα ὑποσαλιῶαι ἀπηγέλθησαν, διὰ τὸ ὀφείλειν ἐλευθέρων ἐκπέμψαι τοποτηρησίαν· ἵνα ἐπειδὴ ἐν Καρχηδόνι μόνον ἕνωσις ἐγένετο, πεμφθῶσι γράμματα πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὅπως καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις καὶ πόλεσιν οἱ αὐτοὶ ἄρχοντες ἀσυδίῳ ἐπιχορηγηθῶαι κελεύσωσι τῇ ἐνότητι, ἵνα ἐν Καρχηδόνι εὐχαριστίαι ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ πάσης τῆς Ἀφρικῆς πρὸς τὸ ἀπελαθῆναι τοὺς Δοναλιστάς, μὴ γραμμάτων τῶν ἐπισκόπων ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον πεμφθῶσι. γράμματα ἀνεγνώσθησαν Ἰννοκεντίου πάπα· ἵνα οἱ ἐπίσκοποι ὡς ἔτυχεν πρὸς τὰ περαμαλικὰ ἀπέναι μὴ δυώνται. ὅπερ τοῦτο αὐτὸ ταῖς γνώμαις τῶν ἐπισκόπων βεβαιοῦται· ἵνα διὰ τὴν εὐχαριστίαν τοῦ πρὸς ἓν διωχθῆναι τοὺς Δοναλιστάς, δύο κληρικοὶ τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον πεμφθῶσιν.

In hoc Concilio quædã de constitutis superioribus corrigũtur.

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τινὰ ὑπὸ τῶν ἀνωτέρω ὁρισθέντων διορθοῦνται.

Concilium Carthaginense. cccclvii.

Gloriosissimis imperatoribus Honorio VII. & Theodosio II. Augustis consulibus. Idib. Iuliis, Carthagine in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis consedisset, astantibus diaconis, ait: Quoniam constitutum fuerat in Concilio Hipponensi, vt singulis annis contraheretur Concilium Africæ plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verumetiam per diuersas prouincias suo ordine; & hoc reseruatum est, vt indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzacio: at hoc laboriosum omnibus fratribus visum est.

Ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὀνωρείου τὸ ἕβδομον, καὶ Θεοδοσίου τὸ δεύτερον, Αὐγούστων ὑπάτων. πάλιν εἰδοῖς Ἰουλίαις ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ δευτέρου κλίματος, Αὐρηλίου ἐπισκόπου ἅμα τοῖς συνεπισκόποις αὐτοῦ καθεσθέντος, παρεστώτων τῶν διακόνων· ἐπειδὴ πάλαι ὡρίσθη εἰς τὸν ἐν Ἱππῶνι σύνοδον, ὥστε καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν πληρη συνάγεσθαι σύνοδον τῆς Ἀφρικῆς, μὴ μόνον ἐνταῦθα ἐν Καρχηδόνι, ἀλλὰ κατὰ τὰς διαφόρους ἐπαρχίας τῇ ἰδίᾳ ἑαυτῶν τάξει· κατὰ τοῦτο δὲ ἐφυλάχθη, ὥστε μηνύειν ἡμᾶς εἴς τινα Νουμιδίαν, ποτὲ δὲ εἰς τὸ Βυζάκιον· καὶ τοῦτο ὑπὸ πάντων τῶν ἀδελφῶν ἔδοξε.

Σιώοδον μὴ γίνεσθαι κοινωνόν τε καὶ ὁλοτελῆ, εἰ μὴ ἐξ ἀνάγκης.

ιε'.

Ηρεσεν, ὥστε μὴ δεῖν πραιτέρων ἐνιαυσίαν ἀνάγκην ἔχειν συντρέχεσθαι τοὺς ἀδελφούς· ἀλλ' ὁσάκις ἂν κοινὴ χρεία καλέσῃ, τοῦτ' ἔστι πάσης τῆς Αφρικῆς, γραμμάτων διδομένων ὀφείλοντος ποτὲ πρὸς τοῦτον τὸν καθέδραν, συνόδου ὀφείλειν συνάγεσθαι ἐν τούτῃ τῇ ἐπαρχίᾳ, ἔνθα ἡ χρεία καὶ ἐπιτηδειότης συνοδικὴ· αἱ δὲ αἰτίαι αἱ μὴ οὖσαι κοιναὶ, ἐν ταῖς ἰδίαις ἐπαρχίαις κριθῶσιν.

Ινα αἱρετοὺς δικαστὰς μὴ δεῖν εἶναι ἐκκαλεῖσθαι.

ις'.

Εαν δὲ γένηται ἔκκλητος, ὃ ἐπιλέξηται ὁ ἐκκαλεσάμενος δικαστὰς, καὶ μετ' αὐτοῦ κἀκεῖνος καθ' οὗ ἐξεκαλέσατο, τὰ λοιπὰ ἀπὸ τούτων μηδενὶ ἐξέστω ἐκκαλεῖσθαι.

Περὶ τοποτηρησιῶν διαφόρων ἐπαρχιῶν.

Υφ' ἓν τοποτηρησίαν διαφόρων ἐπαρχιῶν ἐμφανισθεῖσαν, χαριέντως προσεδέχθησαν· τοῦτ' ἔστι τὴν Νουμιδίων, τὴν Βυζακιωῶν, τῶν Μαύρων Σιτιφενσίων, ὁμοίως δὲ καὶ Καισαρειανῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ Τριπόλεως.

Περὶ ἐκδικασῶν τῆς ἐκκλησίας.

Ηρεσε πρὸς τούτοις, ὥστε ἐκδικαστὰς ἐν πᾶσι τοῖς τῆς ἐκκλησίας χρῄζουσι πέντε ἐπιλεγῆναι αἰτησῶσαι, οἵτινες ἐν ταῖς διαφόροις ἐπιμεληθήσονται ἐπαρχίαις.

Concilium vniuersale non nisi necessitate faciendum.

XCV.

Placuit vt non sit vltra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est totius Africæ, vndecumque ad hanc sedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam esse Synodum in ea prouincia, vbi opportunitas persuaserit: causæ autem quæ communes non sunt, in suis prouinciis iudicentur. Concilium Mileuit. II. cap. 9. Concilium Afric. c. 62.

Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.

XCVI.

Si autem fuerit prouocatum, eligat, qui prouocauerit, iudices, & cum eo & ille, contra quem prouocauerit: vt ab ipsis deinceps nulli liceat prouocare. Concilium Afric. c. 63.

De legationibus diuersarum prouinciarum.

Cum vniuersæ legationes diuersarum prouinciarum adlegarentur, gratissime acceptæ sunt, id est Numidarum, Byzacenorum, Maurorum Sitiphensium, itemque Cæsariensium & Tripolitanorum.

De executoribus ecclesiæ.

Placuit præterea vt executores in omnibus desideriis quæ habet ecclesia, quinque postulentur, qui in diuersis prouinciis impertiantur. Non extat in Concil. Afric.

Vt ab imperatoribus postuletur aduocatorum defensio pro causis ecclesiæ.

XCVII.

Concilium Afric. c. 64.

Placuit etiam, vt petant ex nomine prouinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius & Fortunatianus, a glorioſiſſimis imperatoribus, vt dent facultatẽ defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui in actu ſunt, vel in munere defenſionis cauſarum, vt more ſacerdotum prouinciæ iidem ipſi qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotiis eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.

Ινα ὑπὸ τῶν βασιλέων αἰτηθῇ σύνηθες φῶλιν ὑπὲρ τῶν κεφαλαίων τ ἐκκλησίας.

ιζ.

Ηρεσεν ἐπὶ μιᾶ, ἵνα ἐξ ὀνόματος πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν ὁ πορευησόμενοι πρεσβευταὶ, Βικέντιος καὶ Φουρτουναλιανὸς, αἰτήσωσιν ὑπὸ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, ὥστε δοθῆναι ἄδειαν τῷ καθιστῆσαι ἐνδίκους σχολαστικοὺς, οἵτινες αὐτὸ τοῦτο τὸ λειτούργημα ἔχουσι ἐνδικεῖν τὰ πράγματα, ὅπερ πάλαι ἔχουσι· καὶ ἵνα ὡς ἱερεῖς τοῖς τ ἐπαρχίας οἱ αὐτοὶ οἱ τῷ ἐνδίκησιν τ ἐκκλησιῶν ἀναδεξάμενοι, δύνηθῶσιν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων, ὁσάκις ἀνάγκη ἀπαιτήσῃ, πρὸς τὸ δύνασθαι τοῖς δυσκόλοις, καὶ ἀναφέρειν τὰ ἀναγκαῖα, καὶ εἰς τὰ σήκρητα τῶν δικαστηρίων εἰσιέναι.

Vt sit legatio libera.

Placuit vt legationem liberam habeant ad comitatum miſſi delecti legati.

Περὶ τοῦ, εἶναι ἐλευθέραν τῷ ποτιτρησίῳ.

Ηρεσεν, ὥστε αὐτεξούσιον τῷ ποτιτρησίαν ἔχειν σὺν ὅπερ τὸ κομιτᾶτον πεμφθέντας ἐπλέκτους ποτιτρητάς.

Protestatio Maurorum pontificum de Primoso.

Protestatos esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosum per principales ciuitatis Thiganensis conuentum literis eorum fuisse, vt secundum principalia scita, plenario Concilio sui præsentiam faceret; & vt oportuit, requisitus Primosus, repertus non est, sicuti diaconi renuntiauerunt. Sed quia popoſcerunt iidem Mauri, de plenario Concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratrem se-

Προμαρτυρία τῶν Μαυρεταναῶν ἱερέων περὶ Πειμόσου.

Πρὸς ὅπερ τούτοις δῆλον, ὅτι προμαρτυρομένους εἶναι γράμμασιν ἰδίοις σὺν Μαυρεταναῖς Καισαριάνοις, Πείμοσον διὰ τῶν ἐξεχόντων τ Θιγαβησίας πόλεως, περὶ συνελθεῖν, ἵνα κατὰ τὰς βασιλικὰς διατυπώσεις ἐντελῶς πράξωσι τῷ ἑαυτῶν προισίαν· καὶ ὡς ἐχρῆν, ἀναζητηθεὶς ὁ αὐτὸς Πείμοσος, οὐχ εὑρέθη, ὡς οἱ διάκονοι ἀπήγγειλαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἤτησαν οἱ αὐτοὶ Μαῦροι ἐκ πάσης τῆς συνόδου ὀφείλειν γράμματα ἀποσταλῆναι τῷ περισκυ-

νητῷ ἀδελφῷ γέροντι Ιννοκεντίῳ, ἤρεσε πεμφθῆναι, ἵνα γνῷ ζητηθέντα τὸ Πρίμοσον ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ μηδαμοῦ εὑρεθέντα.

Περὶ τῶν λαῶν τῶν μηδέποτε ἐπισκόπους ἐχόντων.

ιζ΄.

Ηρεσε κἀκεῖνο, ἵνα οἱ ὄχλοι, οἱ μηδέποτε ἰδίους ἐχόντες ἐπισκόπους, εἰ μὴ ἐκ πάσης τῆς συνόδου ἑκάστης ἐπαρχίας καὶ τοῦ πρωτεύοντος ψήφισμα γένηται, καὶ κατ' συναίνεσιν ἐκείνου, οὗ ἦνος ὑπὸ τὴν διοίκησιν καθίστατο ἡ αὐτὴ ἐκκλησία, μηδαμῶς δέξωνται.

Περὶ λαῶν καὶ διοικήσεων τῶν ἀπὸ Δοναπτῶν ἐπιστρεφόντων.

ιθ΄.

Ινα δηλαδὴ ἐκείνων οἱ λαοὶ οἱ ἀπὸ τῶν Δοναπτῶν ἐπιστρέφοντες, καὶ ἐπισκόπους ἐχόντες πρὸ νόμου τῆς συνόδου, τούτοις διαμφιβόλως ἔχειν ἀξιωθῶσιν· οἵ ἦνες δὲ λαοὶ ἐχόντων ἐπίσκοπον, καὶ τούτου τελευτήσαντος ἐκ ἠθέλησαν ἴδιον ἐπίσκοπον ἔχειν, ἀλλὰ πρὸς ἄλλου ἦνος ἐπισκόπου διοίκησιν ἀναδραμεῖν ἀνήκειν, τοῦτο μὴ ὀφείλειν τούτοις ἀρνηθῆναι. οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο αἰτιωτέον ἦν, ὅτι οἱ ἐπίσκοποι οἱ πρὸ τοῦ βασιλικοῦ νόμου, καὶ πρὸ ἐνότητος προκομιζομένου, οἵ ἦνες δήποτε πρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψωσι τοὺς λαούς, οἷς εἶχον αὐτοὶ, τούτοις κατέχειν ὀφείλουσι. μετὰ δὲ τὸν νόμον τῆς ἑνότητος καὶ ἐπέκεινα, χρὴ πάσας τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰς διοικήσεις αὐτῶν, καὶ ἐάν ἦνα τυχὸν ὦσι δικαιώματα τοῖς δικαίοις ἀνήκοντα τῶν αὐτῶν ἐκκλησιῶν, διεκδικεῖσθαι ὑπὸ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, ἐν οἷς κατείχοντο πρὸ τῶν αἱρετικῶν, εἶτε ἐπιστρεφόντων λοιπὸν πρὸς τὴν κα-

nem Innocentium, has placuit mitti, vt agnoscat requisitum Primosum in Concilio, & minime fuisse repertum.

De plebibus, quæ nunquam episcopos habuerunt.

XCVIII.

Placuit & illud, vt plebes, quę nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex Concilio plenario vniuscuiusque prouinciæ, & primatis, atque consensu eius, ad cuius diœcesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant. Concilium Afric. c. 65.

De plebibus, vel diœcesibus ex Donatistis conuersis.

XCIX.

Sane vt illæ plebes quæ conuersæ sunt a Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto Concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicuius episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Nec non & illud suggestum est, quod plebes ante legem imperatorum de vnitate latam, quicumque conuerterunt episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant: verum a lege vnitatis, & deinceps, oporteat vniuersas ecclesias vindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant, vel conuersorum ad catholicam, vel non conuersorum hæreticorum, & diœceses, & si qua forte sunt instrumenta ec- Concilium Afric. c. 66.

cleſiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui vero aliqua vſurpauerunt, poſt legem vſurpata conuenti reſtituant.

De ſuggeſtione Maurentii epiſcopi.

C.

Concilium Afric. c. 67.

Ad ſuggeſtionem vel poſtulationem epiſcopi Maurentii, cum lecta fuiſſet ſcheda, quam obtulit epiſcopus Placentinus, qui perſonam legati Numidarum geſtabat, ſententia eiuſdem Placentini recitata eſt in conſpectu epiſcoporum: & cum quærerentur hi, quos adeſſe voluit, a diaconis pro foribus, id eſt, ſeniores a noua Germania, ac minime inuenirentur, ſecundo vel tertio requiſiti: propterea cenſuit ſanctum Concilium, vt literæ ad eumdem ſenem Xanthippum prærogentur, quo nouerit voluntati plebis memoratæ nullo modo iniuriam epiſcopi ſuccumbendum. Maurentius epiſcopus dixit: Quoniam requiſiti ſunt ſeniores a noua Germania ſecundo ac tertio, & non ſunt inuenti, quibus præceptum erat a primate vt occurrerent ad venerabile Conciliũ, quod nunc agitur Idibus Iuniis, ſui abſentiam procurarunt, idcirco decernat ex hac re aliquid ſanctitas veſtra, ne ſub moleſtia calumniæ ipſorum innocens videar laborare. Concilium ſanctum ſtatuit, debuiſſe quidem ſecundum cenſuram ſacerdotalem ex hoc Concilio aduerſus contumaces ferri ſententiam: ſed quia manſuetudo eccleſiaſtica ſeruanda eſt in omnibus cauſis, promiſſæ

λικὼ, εἴπε μὴ ὑπερεφόντων. Ϛ ἐαν τὼ ἀγάθσιν ὲκ τούτων κατεχρήσαντο μϛ τῶ βασιλικῶν νόμων, ὀφέλει ταῦτα ἀποκαθίστασθαι.

Περὶ τῆς ἀναφορᾶς Μαυρενλίου τῦ ἐπισκόπου.

ρ'.

Καθὰ τὼ ἀναφορὰν καὶ αἴτσιν τῦ ἐπισκόπου Μαυρενλίου, ἀναγνωσθέντος τῦ χαρτᾶ, ὅπερ προσήνεγκε Πλακέντιος ὁ ἐπίσκοπος, ὁ τὸ πρόσωπον τῦ τοποτηρητῦ τῶν Νουμιδῶν ἀναπληρῶν, ὅπερ κϛ τὼ γνώμω τῦ αὐτῦ Πλακεντίου ἀνεγνώσθη ἐνώπιον τῶν ἐπισκόπων· κϛ ζητηθέντων περὶ τῶν ὀπισθεν τῶν λεγομένων πρεσβυτέρων διακόνων, τῦτ' ἔστι τῶν γερόντων τῶν ἀπὸ τῆς νέας Γερμανοῦ, καὶ μηδαμῶς εὑρεθέντων, κϛ δεύτερον καὶ τρίτον ζητηθέντων· ἔκρινε διὰ τῦτο ἡ ἁγία συνοδος, ὥστε γράμματα πρὸς (ν) αὐτὸν γέροντα Ξάνθιππον ἐκπεμφθῆναι, διὰ τὸ γνῶναι, ὅπ οὐ προαιρεσθ τ μνημονευθέντος λαοῦ ὕβρει ὑποπέπτωκεν ὁ ἐπίσκοπος. Μαυρένλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐπειδὴ πρ ἐζητήθησαν οἱ γέροντες οἱ ἀπὸ νέας Γερμανοῦ δεύτερ (ν) κϛ τρίτον, Ϛ οὐχ εὑρέθησαν, οἷς ἰῶ πρὸ ἀπελθὼν ἀπὸ τῦ προτεύοντος πρὸς τ νῦν ἐν ταῖς εἰσόδοις γνομένω προσκυνητὼ συνόδον ἀπαντῆσαι, τῆς νικτείας ἑαυτ ἅπαντες ἐφρόντισαν· καὶ διὰ τῦτο κρίνη ἡ ὑμετρα ἁγιωσύνη περὶ τούτου τ πράγματος, δικαίπως μὴ συνεχωρηθῶμέν με τῆ ἐπιμονῆ τ ἐκείνων συκοφαντίας. ἡ ἁγία συνοδος ἔφεσεν· ὀφείλει μὲν κϛ τ ἱεραλικὼ κρίσιν ἐκ τ συνόδου ταύτης κϛ τῶν μονοτονούντων ὑπῆρχον ἐκφέρεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμερότης ἐκκλησιαστικὼ δεῖ φυλάττειν σὺν ὅλοις τοῖς πράγμασιν, ὑπερέχησε χράμ-

γεάμματα πρὸς τὸν γέροντα Ξάνθιππον, ὅπως γνῷ κριτὰς ἐπιλεγόμενος ἀπὸ τῆς συνόδου, οὓς ὀφείλοντας ἀνυπερθέτως σκοπῆσαι ἐν Θουβουρσικένσῃ τῇ πόλει, πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν πραγμάτων παραχθῆναι διάγνωσιν. Μαυρέντιος ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν· κριτὰς αἰτῶ τὸν ἀξιώτατον Ξάνθιππον, Αὐγουστῖνον τὸν ἀξιώτατον, Φλορεντῖνον, Θεάσιον, Σαμψύχιον, Σεκουῶδον καὶ Ποσείδιον· τοῦτο ψηφίσθῆναί μοι κελεύσατε. ἡ ἁγία σύνοδος ἐπένευσε τοὺς αἰτηθέντας κριτάς· τοὺς λοιποὺς δὲ δικαίους δικαστὰς πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ ἀριθμοῦ, αὐτὸς τοῖς ἀπὸ τῆς νέας Γερμανοῦ γέροσιν ἐπιλέξασθαι ψηφίσεται ὁ γέρων Ξάνθιππος.

Περὶ τοῦ εἰρηνοποιηθῆναι τὰς ἐκκλησίας Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας.

ρα'.

Ηρεσεν ἔπι μᾶλλον, ὥστε περὶ τῆς διχονοίας τῆς Ρωμαϊκῆς καὶ Ἀλεξανδρινῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν ἀξιώτατον πάπαν Ἰννοκέντιον γραφῆναι, ὅπως ἑκατέρα ἐκκλησία πρὸς ἀλλήλας εἰρήνην φυλάξωσιν, ἣν κύριος παρήγγειλεν.

Περὶ τοῦ τοὺς ἄνδρας ἢ τὰς γυναῖκας ἀπολυόντων, ἵνα οὕτως μείνωσιν.

ρβ'.

Ηρεσεν, ὥστε κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐπιτήμιον, μήτε ὁ ἀπὸ γυναικὸς ἐλθὼν, μήτε ἡ ἀπὸ ἀνδρὸς καταλειφθεῖσα, ἑτέρῳ συζυγηθῆ· ἀλλ' ἢ οὕτως μείνωσιν, ἢ ἑαυτοῖς καταλλαγῶσιν· οὗπερ ἐὰν καταφρονήσωσι, πρὸς μετανοιαν κατανακασθῶσιν. ἐν ᾧ πράγματι νόμον βασιλικὸν ἐκτεθῆναι χρεὼν αἰτῆσαι.

sunt literæ ad senem Xanthippum, vt nouerit iudices de Concilio electos sine dilatione considerare debere in ciuitate Thubursicensi, vt negotio congruũ adhibeatur examen. Maurentius episcopus dixit: Iudices peto sanctum senem Xanthippum, sanctum Augustinum, Florentium, Theasium, Sampsychiũ, Secundum & Possidium; hos decerni mihi iubeatis. Sanctum Concilium concessit iudices postulatos: reliquos autem iudices ad complendum numerum necessarios, eligentibus ipsis senioribus a noua Germania, senex Xanthippus curauit decernere.

De pacificandis ecclesiis Romana & Alexandrina.

CI.

Placuit etiam, vt de dissensione Romanæ atque Alexandrinę ecclesiæ ad sanctum papam Innocentium scribatur, quo vtraque ecclesia intra se pacem, quã præcepit Dominus, teneat. Concilium Afric. c. 68.

De his qui vxores, aut quæ viros dimittunt, vt sic maneant.

CII.

Placuit, vt secundum euangelicam & apostolicã disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur; sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur: quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendum est promulgari. Concilium Mileuit. II. cap. 17. Concilium Afric. c. 69. *Matth.* 5. 1. *Cor.* 7.

De precibus ad altare dicendis.

CIII.

Concilium Afric. c.70. Placuit etiam hoc, vt preces quæ probatæ fuerint in Concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem præferantur; sed quæcumque a prudentioribus fuerint collectę, dicantur.

Περὶ τῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὀφειλουσῶν λέγεσθαι εὐχῶν.

ργ'.

Ηρεσε καὶ τοῦτο, ὥστε τὰς κεκυρωμένας ἐν τῇ συνόδῳ εὐχὰς, εἴτε προοίμια, εἴτε παραδόσεις, εἴτε τὰς τῆς χειροτονίας ἐπιδόσεις, ἀπὸ πάντων ἐπιτελεῖσθαι, καὶ παντελῶς ἄλλας κατὰ τῆς πίστεως μηδέποτε προφέρεσθαι· ἀλλ' αἵτινες ἤποτε ἀπὸ τῶν συνετωτέρων συνήχθησαν, λεχθήσονται.

De his qui publicorum iudiciorum cognitionem ab imperatore poposcerint.

CIV.

Concilium Afric. c. 71. Placuit, vt quicumque ab imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur: si autem episcopale iudicium ab imperatore postularit, nihil ei obsit.

Περὶ τῶν τὰ δημόσια δικαστηρίων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτούντων.

ρδ'.

Ηρεσεν, ἵνα ὅστις ἤποτε ἀπὸ τοῦ βασιλέως διάγνωσιν δημοσίων δικαστηρίων αἰτήσει, τῆς ἰδίας τιμῆς στερηθείη· ἐὰν δὲ κρίσιν ἐπισκοπικὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτήσει, μηδὲν αὐτῷ ἐμποδίσει.

De his qui cum in Africa non communicant, voluerint trans mare subrepere.

CV.

Concilium Afric. c. 72. Quicumque autem non communicans in Africa, in transmarinis ad communicandum obrepserit, iacturam clericatus excipiat.

Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ μὴ κοινωνούντων, καὶ θελόντων πέραν τῆς θαλάσσης ὑποσυρῆναι.

ρε'.

Ὅστις ἤποτε μὴ κοινωνῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, εἰς τὰ παράλια πρὸς τὸ κοινωνεῖν ὑφερπύσῃ, τὴν ζημίαν τοῦ κλήρου ἀναδέξεται.

Vt pergentes ad comitatum causam suam vel Carthaginensi vel Romano pontifici insinuare procurent.

CVI.

Concilium Afric. c. 73. Placuit, vt quicumque ad comitatum ire voluerit, informata quæ ad vrbis Romæ ecclesiam mittitur, intimetur, vt inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si accipiens ad

Ἵνα οἱ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον πορευόμενοι, τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν καὶ τῷ ἐν Καρχηδόνι καὶ τῷ Ρωμαϊκῷ ἱερεῖ ὑποδάσωσιν ἐμφανίσαι.

ρς'.

Ηρεσεν, ἵνα ὅστις ἤποτε πρὸς τὸ κομιτᾶτον πορευθῆναι θελήσει, ἐν τῇ ἀποστολικῇ τῇ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ Ρώμης πεμπομένῃ καταδηλος γένηται, καὶ ἵνα ἐκεῖθεν ἔτι μᾶλλον ἀποστολικὴν λαβῃ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον. διὸ ἐὰν ὁ λαβὼν ἀποστο-

ζκλω τοῦς τ Ρώμλω μόνον, σωπήσας τ ἀνάγκλω, δι' ὃν εἰς τὸ κομιτᾶτον αὐτὸν χρὴ πορευθῆναι, θελήσῃ εὐθέως εἰς τὸ κομιτᾶτον βαδίσαι, ἀποκινηθῇ τ κοινωνίας. ἐαν ὴ ἐκεῖσε σὺν τῇ Ρώμῃ αἰφνιδία ἀνάγκη ἀναφυῇ τ ἀπελθεῖν εἰς τὸ κομιτᾶτον, ἐμφανίσῃ αὐτὸν τῷ ἀνάγκλω τῷ ἐπισκόπῳ Ρώμης, καὶ παραγκομίσῃ ἀνάγραφον τ αὐτ τῆς Ρώμης ἐπισκόπου. αἱ ἀπολυτικαὶ δὲ αἱ ἀπὸ τ προτυθέντων ἢ τ οἱωνδήποτε ἐπισκόπων τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς διδόμθαι, χρῶσι τῷ ἡμέραν τ πάσχα· ἐὰν δὲ ἀκμὴν ἡμέρα τ πάσχα τ αὐτ ἐνιαυτ καταδηλος οὐκ ἔστιν, ἡ τ προηγησαμθίου προσζυχθείη, ὃν τρόπον ἐὰν δὲ μὴ τῷ ὑπατείαν γράφεσθαι σὺν τοῖς δημοσίοις πεπραγμένοις. ἤρεσε κἀκεῖνο, ὥστε κ τ Δοναλιστῶν καὶ τ Ἑλλήνων καὶ τ θρησκειῶν αὐτῶν, σὺν πεμφθέντας τοποτηρητὰς ὑπὸ τ ἡμίας ταύτης συνόδου, παῦν ὁπουῦν χρήσιμον συνίδωσιν, ὑπὸ τ ἐνδοξοτάτων αἰτήσασθαι βασιλέων. ἤρεσεν ἐπὶ μιᾷ τῇ αἰτήσει πάντων τ ἐπισκόπων, ἵνα πάσαις ταῖς ὀφειλούσαις δοθῶσιν ὑπὸ τῆς συνόδου ἐπιστολαῖς ἡ σὴ ἀγιωσύνη μόνη ὑπογράψῃ. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τ ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ ἐμοὶ ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα.

Romam tantummodo formatam, & tacens necessitatem, qua ad comitatum illi pergendum est, voluerit statim ad comitatum pergere, a communione remoueatur. Quod si ibi Romæ ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum vrbis Romæ ipsam necessitatem, & de hoc rescripta eiusdem Romani episcopi perferat. Formatæ autem, quæ a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ: quod si adhuc eiusdem anni Paschæ dies incertus est, ille præcedens adiungatur, quomodo solet post consulatum in publicis gestis adscribi. Placuit & illud, vt aduersus Donatistas & paganos, vel eorum superstitiones, legati missi de hoc glorioso Concilio quidquid vtile peruiderint, de gloriosissimis principibus impetrent. Placuit etiam petitu omnium episcoporum, vt epistolis omnibus de Concilio dandis sanctitas tua sola subscribat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Συνόδου κ τ Ἑλλήνων καὶ τ αἱρετικῶν.

Ἐπὶ Βάσσου καὶ Φιλίππου, τ λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καὶ δεκάτῃ καλανδῶν Ἰουλίων, σὺν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας.

* * *

Concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis consulibus XVI. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc Concilio legationē iterum suscepit Fortunatianus episcopus contra paganos & hæreticos.

Item Concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis consulibus, tertio Idus Octobris, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc Cõcilio susceperunt legationem Restitutus & Florentius episcopi, contra paganos & hæreticos, eo tempore quo Seuerus & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Euodius, Theasius & Victor episcopi cæsi sunt.

* * * *

Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρεσβείαν δύο ἐδέξαντο Ῥεστίτουτος καὶ Φλορέντιος οἱ ἐπίσκοποι, καὶ τῆς Ἑλλιώων καὶ τῶν αἱρετικῶν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν Σεβῆρος καὶ Μακάριος ἀνῃρέθησαν· καὶ διὰ τὴν τούτων αἰτίαν Εὐόδιος, Θεάσιος & Βίκτωρ οἱ ἐπίσκοποι * ἐσφάγησαν. * ἐσφάγησαν.

Concilium de cognitione episcopi.

CVII.

Concilium Afric. c.74.

Gloriosissimis imperatoribus Honorio VII. & Theodosio III. Augustis consulibus XVII. Kalendas Iulias, Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc Concilio placuit, vt non sibi vnus episcopus vindicet cognitionem. Gesta huius Concilii ideo non descripsi, quoniam prouinciale, non vniuersale celebratum est.

Σύνοδος περὶ διαγνώσεως ἐπισκόπων.

ρζ'.

Ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρείου τὸ ἕβδομον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τρίτον, τῶν Αὐγούστων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἑπτακαιδεκάτης καλανδῶν Ιουλίων, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῇ Σεκουνδου ἐκκλησίᾳ. εἰς ταύτην τὴν σύνοδον ἤρεσεν, ὥστε ἕνα ἐπίσκοπον μὴ ἐκδικεῖν ἑαυτῷ διάγνωσιν. τὰ πεπραγμένα τῆς παρούσης συνόδου διὰ τοῦτο ἐπι ἐγράφη, ἐπειδὴ ἐπιχωρίως καὶ οὐ κοινῶς ἐπετελέσθη.

Concilium contra Donatistas.

Concilium Carthaginense. cccex. Concilium Afric. c.75.

Post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii VIII. & Theodosii III. Augustorũ XVIII. Kalendas Iulias, Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc Concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentius, Possidius, Præsidius & Benenatus episcopi, eo tempore quo lex data est, vt libera voluntate quis cultũ Christianitatis exciperet.

Σύνοδος κατὰ τῶν Δοναλιστῶν.

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρείου τὸ ὄγδοον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τέταρτον, τῶν Αὐγούστων, πρὸ ὀκτωκαιδεκάτης καλανδῶν Ιουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῆς κλίματος Σεκουνδης. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἐδέξαντο κατὰ τῶν Δοναλιστῶν Φλορέντιος, Ποσσίδιος, Πραισίδιος, καὶ Βενανίτιος, οἱ ἐπίσκοποι. ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ νόμος ἐδόθη, ἵνα ἐλευθέρᾳ προαιρέσει ἕκαστος τῆς χριστιανότητος τὴν * αὔξησιν ἀναδέξηται. * lg. ἄσκησιν

Σωόδος κ τῆς αἱρέσεως Πελαγίου καὶ Κελεστίου.

ρη'.

Ἐπὶ τῶ ἐνδοξοτάτων ὑπάτων Ονωρείου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶ Αὐγούστων, καλάνδας Μαΐας, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῷ σηκρήτῳ τῆς Φαύστου ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου συμπάσῃ τῇ συνόδῳ προκαθίσαντος, παρεστώτων τ διακόνων, ἤρεσε πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, ἁγίᾳ συνόδῳ καθεζομένοις, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ αἱ ὑπογραφαὶ ἐνετέθησαν.

Concilium contra hæresim Pelagii & Cælestii.

CVIII.

Glorioſiſſimis imperatoribus Honorio XII. & Theodoſio conſulibus, Kalendas Maias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius epiſcopus in vniuerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus diaconis; placuit omnibus epiſcopis, quorum nomina, & ſubſcriptiones inditæ ſunt, in ſancta Synodo Carthaginenſis eccleſiæ conſtitutis. Concilium Carthaginenſe. ccccxviii.

Οτι Ἀδὰμ θνητὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐγένετο.

ρθ'.

Ἵνα ὅστις λέγῃ τὸν Ἀδὰμ τὸν πρωτόπλαστον ἄθεσπον, θνητὸν γενόμενον οὕτως, ὡς εἴτε ἁμάρτησε, εἴτε μὴ ἁμάρτησε, τεθνηξόμενον τῷ σώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐξελεύσεσθαι ἐκ τοῦ σώματος, μὴ τῇ ἀξίᾳ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως, ἀνάθεμα ἔστω.

Quod Adam non ſit factus a Deo mortalis.

CIX.

Vt quicumque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit. Concilium Mileuit. II. cap. 1. Concilium Afric. c. 76.

Οτι τὰ μικρὰ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζονται.

ρι'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε τὰ μικρὰ καὶ νεογέννητα ἐκ τῆς μαστέρων τῆς μητέρων βαπτιζόμενα ἐρεῖται, ἢ λέγῃ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτὰ βαπτίζεσθαι, μηδὲν δὲ ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἕλκειν προγονικῆς ἁμαρτίας τὸ ὀφεῖλον καθαρθῆναι τῷ λουτρῷ τ παλιγγενεσίας (ὅθεν γίνεται ἀκόλουθον, ὅπ ἐν τούτοις ὁ τύπος ἢ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος ἐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλαστὸς νοεῖται) ἀνάθεμα εἴη· ἐπειδὴ ἐκ ἄλλως δεῖ νοῆσαι τὸ εἰρημένον τῷ ἀποστόλῳ· δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς

Quod paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur.

CX.

Item placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur; vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur; anathema ſit: quoniam non aliter intelligendum eſt quod ait Apoſtolus: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, &* Concilium Mileuit. II. cap. 2. Concilium Afric. c. 77. Rom. 5.

per peccatum mors: & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum eccleſia catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei etiam paruuli qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

ἁμαρτίας ὁ θάνατος· καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον· εἰ μὴ ὃν τρόπον ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ πανταχοῦ διακεχυμένη τε καὶ ἁπλωμένη, ἀεὶ ἐνόησε. διὰ γὰρ τοῦτον τὸν κανόνα τῆς πίστεως, καὶ οἱ μικροὶ ἐπὶ μιᾷ οἱ μηδὲν ἁμαρτημάτων εἰς ἑαυτοὺς ἐπὶ μιᾷ πλημμελεῖν δυνάμενοι, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀληθινῶς βαπτίζονται· ἵνα καθαρθῇ ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς παλιγγενεσίας, ὅπερ εἵλκυσαν ἐκ τῆς παλαιογονίας.

Quod gratia Dei non ſolum remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adiutorium, ne peccetur.

Ὅτι ἡ τοῦ θεοῦ χάρις οὐ μόνον ἄφεσιν χαρίζεται ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ βοήθειαν παρέχει τοῦ μὴ κακῶς ἁμαρτάνειν.

CXI.

Concilium Mileuit. II. cap. 3. Concilium Afric. c. 78.

Item placuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificatur homo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit.

ριά.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε εἴποι τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, ἣν λέγει δικαιοῦσθαι διὰ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, πρὸς μόνην ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἰσχύειν τὴν ἤδη πεπλημμεληκότων, καὶ μὴ παρέχειν ἐπὶ μιᾷ βοηθείᾳ πρὸς τὸ μὴ ἑτέρας πλημμελεῖσθαι, ἀνάθεμα εἴη.

Quod gratia Chriſti non ſolum ſcientiam tribuit quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, vt quod ſcimus, implere valeamus.

Ὅτι ἡ χάρις τοῦ θεοῦ οὐ μόνον γνῶσιν παρέχει, ὡς δεῖ πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἀγάπην ἐπὶ μιᾷ ἐμπνέει ἡμῖν, ἵνα ὃ ἐὰν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ πληροῦν ἰσχύσωμεν.

CXII.

Concilium Mileuit. II. cap. 4. Concilium Afric. c. 79.

Item quiſquis dixerit, eamdē gratiā Dei per Ieſum Chriſtum Dominū noſtrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debemus, etiam facere diligamus: non autem per illam nobis

ριβ.

Ὁμοίως, ὅστις δήποτε εἴποι τὴν αὐτὴν χάριν τοῦ θεοῦ τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, εἰς τοῦτο μόνον ἡμῖν βοηθεῖν, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὅτι δι᾽ αὐτῆς ἡμῖν ἀποκαλύπτεται καὶ φανεροῦται ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτημάτων, ὥστε γινώσκειν ἃ δεῖ ὀρέγεσθαι, καὶ ἃ δεῖ ἐκκλίνειν· οὐ μὴν δι᾽ αὐτῆς ἡμῖν παρέχεται, ἵνα ὅπερ γνῶμεν ποιητέον, καὶ

ποιῆσαι ἐπ μὴν ἀγαπήσωμεν ⁊ ἰσχύσωμεν· ἀνάθεμα εἴη. τὸ γὰρ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ· ἀσεβὲς πάνυ ὄντι πιστεύειν, ὡς μὲν τὸ φυσιοῦν ἡμᾶς ἔχειν τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ, ὡς δὲ οἰκοδομεῖν μὴ ἔχειν· ὁπόταν ἑκάτερον δῶρόν ἐστι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ εἰδέναι τί ποιεῖν δεῖ, καὶ τὸ ἀγαπᾶν ὃ δεῖ ποιεῖν· ἵνα τῆς ἀγάπης οἰκοδομούσης, ἡ γνῶσις φυσιοῦν μὴ δυνηθῇ. ὥσπερ γὰρ ἐστὶν τοῦ θεοῦ γέγραπται· ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν· οὕτως ἐστὶν μὲν γέγραπται· ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν.

præstari, vt quod faciendũ cognouerimus, agere valeamus; anathema sit. Cum enim dicat Apostolus: *Scientia inflat, caritas vero ædificat:* valde impium est, vt credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat, non habere, cum sit vtrumque donũ Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus; vt ædificante caritate, scientia nos non possit inflare. Sicut autẽ de Deo scriptum est: *Qui docet hominem scientiam:* ita etiam scriptum est: *Caritas ex Deo est.* 1. Cor. 8. Psal. 93. v. 1. Ioan. 4.

Ὅτι αὐθις τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος οὐδὲν δυνάμεθα πληροῦν.

Quod sine Dei gratia nihil boni possimus implere.

ριγ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅσις δήποτε εἴποι, διὰ τοῦτο τὴν χάριν ἡμῖν τῆς δικαιοσύνης δεδόσθαι, ἵνα ὅπερ ποιεῖν διὰ τοῦ αὐτεξουσίου δυνάμεθα, δυχερεστέρως πληροῦμεν διὰ τῆς χάριτος· ὡσανεὶ κὴ * ἡ χάρις μὴ ἐδίδοτο, ἐκ δυχερῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως οὐδυνάμεθα καὶ δίχα ἐκείνης ἐπ μὲν πληροῦσαι τὰς θείας ἐντολάς· ἀνάθεμα εἴη. περὶ γὰρ τῶν καρπῶν τ ἐντολῶν ὁ κύριος ἐλάλει· ὅπου ἐκ εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ δυχερῶς δύνασθε ποιεῖν· ἀλλ' εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν.

CXIII.

Item placuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam; tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata; anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, sine me difficilius potestis facere; sed ait, sine me nihil potestis facere. Concilium Mileuit. II. cap. 5. Concilium Afric. c. 80.

Ὅτι οὐ μόνῳ ταπεινὴ, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ὄντι αὕτη· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν ἐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν.

Quod non solum humilis, sed & verax sanctorum vox ista est: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus.

ριδ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν ἐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια οὐκ ἐστὶν ἡμῖν

CXIV.

Item placuit, quod ait sanctus Ioannes apostolus: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis* Concilium Mileuit. II. cap. 6. Concilium Afric. c. 81. 1. Ioan. 1.

non est: quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici nos habere peccatum, non quia vere ita est, anathema sit. Sequitur enim apostolus, & adiungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere; si dixerimus, non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait, *nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est;* satis ostendit, eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Quod in oratione Dominica sancti pro se dicant: Dimitte nobis debita nostra.

CXV.

Concilium Mileuit. II. cap. 7. Concilium Afric. c. 82.

Item placuit, vt quicumque dixerit in oratione Dominica ideo dicere sanctos: *Dimitte nobis debita nostra;* vt non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores; & ideo non dicere vnumquemque sanctorum, dimitte debita mea, sed, *dimitte nobis debita nostra;* vt hoc pro aliis potius, quam pro se iustus petere intelligatur: anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est *omnes*, nisi vt ista sententia conueniret & psalmo, vbi legitur: *Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quo-*

Iacob. 3.

ὲκ ἔστι· ὅστις δήποτε οὕτως σφαλη-πλέον νομίσῃ, ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινο-φροσύνῃ μὴ ὀφείλειν λέγειν ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, οὐχ ὅπ ἀληθῶς οὕ-τως ἔστιν, ἀνάθεμα εἴη. ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ ἀπόστολος, καὶ φησὶν οὕτως· ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡ-μῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ὥστε ἀφῆσαι ἡ-μῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσαι ἡμᾶς ἀ-πὸ πάσης ἀδικίας. ἔνθα παγὺ δεδήλω-ται τοῦτο μὴ μόνον ταπεινοφρόνως, ἀλλ' ἐπ ἀληθῶς λέγεσθαι. ἠδυνάτο γὰρ ὁ ἀπόστολος εἰπεῖν· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἔχο-μεν ἁμαρτίαν, ἑαυτοὺς ὑψοῦμεν, καὶ ταπεινοφροσύνη ἐν ἡμῖν ὀκ ἔστι· παγὺ ἀπέδειξε τὸ λέγοντα ἑαυτὸν μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, μὴ ἀληθεύειν, ἀλλὰ ψεύδεσθαι.

Ὅπ ἐν τῇ δεκαπολικῇ βύχῇ οἱ ἅγιοι ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγουσιν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ριέ.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε εἴ-πῃ, ἐν τῇ δεκαπολικῇ βύχῇ διὰ τοῦτο λέ-γειν τοὺς ἁγίους· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλή-ματα ἡμῶν· οὐχ ὅπ ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἐπειδὴ αὐτοῖς λοιπὸν ὀκ ἔστιν ἀναγκαία αὕτη ἡ αἴτησις, ἀλλ' ὅπ ὑπὲρ ἄλλων τῶν ὄντων ἐν τῷ λαῷ αὐτῶν ἁ-μαρτωλῶν· καὶ μὴ λέγειν ἕνα ἕκαστον τῶν ἁγίων, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματά μου, ἀλλ' ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· ὡς ὑπὲρ ἄλλων τοῦτο μᾶλλον ἢ ὑπὲρ ἑαυτῶ ⟨ν⟩ δίκαιον αἰτοῦντα νοεῖσθαι· ἀνάθεμα εἴη. ἅγιος γὰρ καὶ δίκαιος ἦν Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἔλεγεν· ἐν πολλοῖς γὰρ ἁμαρτάνομεν πάντες. ἐπεὶ διὰ τί προσέθηκε τὸ πάντες, εἰ μὴ ἵνα ἡ ἔννοια αὕτη ἁρμοσθῇ τῇ τοῦ ψαλμῷ, ὅπου ἀναγινώσκεται· μὴ εἰσέλθῃς εἰς

κρίσιν

κρίσιν μὴ τῦ δούλου σου· ὅτι ἐν τῇ δικῇ τῦ σοφωτάτου Σολομῶντος· ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἥμαρτεν· καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῦ ἁγίου Ἰὼβ τό· ἐν χειρὶ παντὸς ἀνθρώπου σημαίνει, ὥστε εἰδέναι πάντα ἄνθρωπον τὴν ἀσθένειαν αὐτῦ. ὅθεν ἐπὶ μὲν ὁ ἅγιος καὶ δίκαιος Δανιὴλ ὁ προφήτης, πληθυντικῶς λέγων τὸ, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ λοιπὰ ἃ ἐκεῖ ταπεινοφρόνως καὶ ἀληθινῶς ὁμολογεῖ, ἵνα μὴ νομισθείη, ὡς ἔνιοι νοοῦσι, τοῦτο μὴ περὶ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ περὶ τῆς τῦ λαοῦ αὐτῦ μᾶλλον λέγειν ἁμαρτιῶν, μὴ ταῦτα εἶπεν· ὅτι ἐξομολογοῦμαι καὶ ἐξομολογοῦμαι τὰς ἁμαρτίας μου κῆ τὰς ἁμαρτίας τῦ λαοῦ μου κυρίῳ τῷ θεῷ μου· ἐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλὰ τῦ λαοῦ αὐτῦ εἶπε, καὶ ἑαυτῦ· ἐπειδὴ μέλλοντας τούτοις κακῶς νοεῖν ὡσανεὶ προεῖδεν ὁ προφήτης.

niam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: & in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo, qui non peccauit:* & in libro sancti Iob: *In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & iustus cum in oratione pluraliter diceret, *peccauimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur; ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *cum orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Domino Deo meo:* noluit dicere peccata nostra, sed peccata populi sui dixit, & sua: quoniam futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam propheta præuidit.

Iob. 37. v. 7.

Daniel. 9.

Οτι ἀληθῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεται τό· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ριϛ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱ λέγοντες δήποτε αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς δεσποτικῆς εὐχῆς, ὅπου λέγομεν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· οὕτως βούλονται ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεσθαι, ὡς ταπεινοφρόνως καὶ ἐκ ἀληθῶς ταῦτα λεγέσθωσαν, ἀνάθεμα εἴη. πῶς γὰρ ὑπενέγκοι τις εὐχόμενον μὴ ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ κυρίῳ ψευδόμενον, τὰ τοῖς χείλεσιν αὐτῦ λέγοντα θέλειν * ἀφεθῆναι· τῇ δὲ καρδίᾳ λέγοντα, τοὺς ὀφειλούσας ἀφεθῆναι ἁμαρτίας αὐτῷ, μὴ ἔχειν;

* al. ἀφεμπεσθῆναι.

Quod veraciter a sanctis dicatur: Dimitte nobis debita nostra.

CXVI.

Item placuit, vt * quinque ipsa verba Dominicæ orationis, vbi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra;* ita volunt a sanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere?

Concilium Mileuit. II. cap. 8. Concilium Afric. c. 83. * quicumque

Περὶ τῶν λαῶν τῶν ἀπὸ τῶν Δοναπιστῶν ἐπιστρεφόντων.

ριζ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἐπειδὴ πρόσωπόν τινων ἐνιαυτῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ πε-

De plebibus conuersis a Donatistis.

CXVII.

Item placuit, quoniam quidē ante aliquot annos in ecclesia

Concilium Afric. c. 84.

plenario Concilio constitutum est, vt quæcumque ecclesiæ in diœcesi constitutæ ante leges de Donatistis latas catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, vt catholicæ vnitati communicarent: post leges autem quæcumque communicauerint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controuersiæ postea inter episcopos de diœcesibus ortæ sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum; nunc isto Concilio sancto placuit, vt vbicumque catholica fuit, & pars Donati, & ad diuersas cathedras pertinebant, quocumque tempore illic vnitas facta est vel facta fuerit, siue ante leges, siue post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ iam ibi fuerat, pertinebat.

πλεοφορίᾳ τῆ σωνόδῳ ὠρίσθη, ἵνα οἱαδήποτε ἐκκλησίαι, εἰ διοικήσι καθεστῶσαι, πρὸ τῶ νόμων τῶ περὶ τῶ Δοναπιστῶν ἐντεθέντων καθολικαὶ γένωνται, ἐκείνοις τοῖς θρόνοις αὐήκωσιν, ὧν λινων διὰ τῶ ἐπισκόπων προστραπεῖσαι τῆ καθολικῆ ἑνότηλι ἐκοινώνησαν· μὴ δὲ σὺν νόμοις οἱαδήποτε ἐκοινώνησαν, ἐκείνοις αὐήκωσιν, οἷς ἡ ὅτε ἦσαν εἰς τὸ μέρος τῶ Δονάτου. ἡ ἐπειδὴ πολλαὶ φιλονεικίαι ὕστερον μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων περὶ τῶν διοικήσεων ἀνέφυσαν ἡ ἀναφύονται, οἷς τότε οὐ τελεία δοκεῖ γενέσθαι πρόνοια, νυῦν εἰ ταύτη τῆ ἁγίᾳ σωνόδῳ ἤρεσεν, ἵνα ὁπωσδήποτε καθολικὴ ἐγένετο, & τῶ μέρους τῶ Δονάτου, ἡ διαφόροις θρόνοις αὐήκουσαι ἦσαν, εἰ οἱωσδήποτε καιρῷ ἕνωσις ἐκεῖ ἐγένετο ἢ ἔσται, εἴτε πρὸ τῶ νόμων, εἴτε μὴ σὺν νόμοις, ἐκείνῳ τῷ θρόνῳ αὐήκωσιν, ᾧ λινι ἡ ἔκπαλαι ἐκεῖ ὑπαρξασα καθολικὴ αὐῆκεν.

De diœcesibus, qualiter eas diuidant inter se episcopi tam catholici, quam qui ex Donati parte conuersi sunt.

Περὶ τῶ, πῶς μεταξὺ ἀλλήλων μερίσονῆ τὰς διοικήσις οἱ ἐπίσκοποι, τῶτο μὲν οἱ καθολικοὶ, τῶτο δὲ οἱ ἐκ τῶ Δονάτου ἐπιστρέψαντες.

CXVIII.

Concilium Afric. c. 85.

Ita sane, vt si episcopus ex Donatistis ad catholicam vnitatem conuersus est, æqualiter inter se diuidant eas, quæ sic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerunt: id est, vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineant; ita vt ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte vnus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior inuenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat, ζειν θελέσθω. ἐὰν δὲ ἀμφότερος τοῖς θρόνοις ἴσως γένηται, ἐκείνῳ

ριή.

Οὕτω δηλαδὴ, ἵνα εἴπερ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶ Δοναλιστῶν πρὸς πλὴ καθολικλὴ ἑνότηλα ἐπέστρεψαν, ἰζίσου πρὸς ἀλλήλοις διέλωσι τὰς οὕτως θρεσκομένας διοικήσις, ἔνθα ἦσαν ἀμφότεραι τὰ μέρη· τῶτ' ἔστιν, ἵνα ἄλλοι τόποι πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἄλλοι πρὸς ἐκεῖνον αὐήκωσιν οὕτως, ἵνα ὁ παλαιότερος σὺν τῆ ἐπισκοπῆ μερίζῃ, καὶ ὁ ἥττων ἐπλέγηται. εἰ δὲ τυχὸν ἓς ἔσται τόπος, προχωρήσῃ ᾧ λινι μᾶλλον γένηται, ἐκείνῳ

χωρηθῆ, ὃν τὸ πλῆθος ἐπιλέξηται. εἰ δὲ τυχὸν οἱ ἀρχαῖοι καθολικοὶ τὸ ἴδιον θελήσουσι, καὶ οἱ ἐκ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου μεταστρέψαντες τὸ ἴδιον, τῶν πλειόνων ἡ γνώμη τεθήσεται τῶν ὀλιγωτέρων. εἰ δὲ τὰ μέρη εἰσὶν ἴσα, τῷ παλαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ καταλογιάσθω. ἐὰν δὲ οὕτως πλεῖστοι οἱ τόποι εὑρεθῶσιν, ἐν οἷς ἀμφότερα τὰ μέρη εἰσὶν, ὡς μὴ δύνασθαι ἐξ ἴσου μερισθῆναι, τοῦ ἀριθμοῦ τῶν αὐτῶν τόπων δύσου ὑπαρχόντος· τεθῆναι μερισμὸν τοῖς ἴσοις ἀριθμοῖς, καὶ τῷ ὑπομένοντι τόπῳ τοῦτο φυλαχθῆναι, ὅπερ αὐτοτέρῳ λέλεκται, ὅτε περὶ ἑνὸς ἐζητεῖτο τόπου.

quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conuersi sunt; plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, maioris temporis episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, vt non possint æqualiter diuidi, velut si impari numero fuerint: distributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod superius dictum est, cum de vno tractaretur loco.

Περὶ τοῦ, ἐάν τινα διοίκησιν ἐξ αἱρέσεως ἐλθούσης ἐπίσκοπος, καὶ τεθὲν τριετίαν κατέχῃ, μηδένα ταύτην ἀναζητεῖν.

ριθ'.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν τις μὴ τοῦ νόμου τόπον τινὰ τοῖς τῶν καθολικῶν ἑνότητα μεταστρέψῃ, καὶ τοῦτον ἐπὶ τριετίαν μηδενὸς ἀναζητοῦντος κατάσχοι, τοῦ λοιποῦ τοῦ αὐτοῦ μὴ ἀναζητηθῆναι· ἐάν μήτοι ἐντὸς τῆς αὐτῆς τριετίας ὑπῆρχεν ἐπίσκοπος ὁ ὀφείλων ἀναζητῆσαι, καὶ ἡσύχασεν. εἰ δὲ μὴ ἦν, μὴ προκριμαθῇ ἐν τῇ μάτρικι, ἀλλ' ὅτε ὁ χηρεύων τόπος λάβῃ ἐπίσκοπον, ἐξὸν εἶη αὐτῷ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐντὸς τριετίας ἀναζητῆσαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἐπίσκοπος ἐκ τοῦ τοῦ Δονάτου μέρους πρὸς τὸν καθολικὸν ἐπιστρέψῃ, μὴ προκριμαθείη τοῦτο ὁ ἐλαττόνως χρόνου, ἀλλ' ἐξ ἧς ἡμέρας ἐπέστρεψεν, ἐχέτω ἐξουσίαν ἀναζητεῖν ἐντὸς τριετίας τοῦ τόπους τῆς αὐτοῦ ἀνηκοντας καθέδρας.

Vt si quam diœcesim episcopus, ab hæresi liberans, triennio possederit, nullus eam repetat.

CXIX.

Item placuit, vt etiamsi quisquam post leges aliquem locum ad catholicam vnitatem conuerterit, eumq; per trienniũ nemine repetente retinuerit, vlterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus qui posset repetere, & tacuit, præiudicium patietur. Si autem non fuit, non præiudicetur matrici, sed liceat, cum locus acceperit episcopum quem non habebat, ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conuersus, non ei præiudicet præfinitum tempus, sed ex quo die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebant cathedram. Concilium Afric. c. 86.

De his qui in plebes, quas ad se putant pertinere, inconuentis his a quibus tenentur, irruerint.

CXX.

Concilium Mileuit. II. cap. 21. Concilium Afric. c.87.

Item placuit, vt quicumque episcopi plebes, quas ad suam cathedram existiment pertinere, non ita repetunt, vt causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerunt, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt; ille inde discedat, quem constiterit prætermissis iudiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisquam blandiatur, si a primate, vt retineat, literas impetrarit; sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

Περὶ τῶν τοῖς λαοῖς, οἷς νομίζουσιν αὐτοῖς δύήκειν, ἐπιβαινόντων παρὰ γνώμλιν τῶν αὐτοῦ κατεχόντων.

ρκ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱοιδήποτε ἐπίσκοποι τὰ πλήθη, ἃ νομίζοισι τῷ θρόνῳ αὐτῶν δύήκειν, μὴ οὕτως δύαζητῶσιν, ὥστε ἄλλων ἐπισκόπων κρινόντων τοῦτο θεάσθειν, ἀλλ' ὑπὸ ἑτέρου κατεχομλύοις ἐπέλθωσι τοῖς λαοῖς, εἴτε θέλοισιν, εἴτε μὴ θέλοισι, τῆ ἰδίου θεάγματος πλὴ ζημίᾳ ὑπομείνωσι· καὶ οἵ πινες δήποτε τοῦτο ἐποίησαν, εἰ μὴ ἡ μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων συνέλθυσις * ἐπεφοτηθῆ, ἀλλ' ἀκμλὴ θεὶ τῆ αὐτῆ φιλονεικοῦσιν, ἐκεῖνος ὀποσῆ ἐκεῖθεν, θεὶ οὗ ἠλθείη, ὅπ θρεάσας τοὺ ἐκκλησιαστικοὶ δικαστὰς, ἔφοδον ἐποίησεν. καὶ μὴ ἑαυτὸν ἰις κολακύσῃ, εἰ ὁκ τῆ θεφοτθύοντος χράμματα θεὶ τῆ κατέχοντ ἔλαβεν· ἀλλ' εἴτε χράμματα ἔχῃ, εἴτε ὁκ ἔχῃ, συνέλθοι τῷ κατέχοντι, & παρ' αὐτῆ χράμματα λάβοι· ὥστε φανλῶαι τὸν ἐρλωικῶς πλὴ αὐτῆ αὐήκουσαν καθαιρεῖν ἐκκλησίαν. ἐὰν δὲ κἀκεῖνός ἰνα ζήτησιν δύτεναγάγῃ, ἢ αὐτὴ πραπωθῆ μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων, εἴτε οἷς ὁ θεφοτθύων αὐτοῖς δῷ, εἴτε οἷς γτνιώντες κῆ συναίνεσιν ἐπλέξωνται.

* ἴσ. ἐφεπωθῆ,

De his qui plebes ad se pertinentes negligunt.

CXXI.

Concilium Mileuit. II. cap.24. Concilium Afric. c.88.

Item placuit, vt quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod

Περὶ τῶν ἀμελούντων τῶν αὐτοῖς αὐηκόντων λαῶν.

ρκα'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα οἵπινες δήποτε ἀμελοῦσι τῶν τόπων τῶν αὐηκόντων τῇ αὐτῶν καθέδρᾳ, θεὸς τούτοις κερδαῦαι θεὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα, ἐγκληθῶσιν ὑπὸ τῶν γτνιώντων αὐτοῖς ἐπιμελῶν ἐπισκόπων, θεὶ τῆ μὴ ἀναβάλλεσθαι τοῦτο θεᾶξαι. διὸ

ἐὰν ἐντὸς τριῶν μηνῶν ἐξ ὅτου τῆς ἡμέρας τῆς περὶ τούτου συνελεύσεως μηδὲν ἀνύσωσι, τῷ διαμηνύσαντι λοιπὸν τούτοις κερδαίνειν προσκυρούτω. οὕτως μὴν ἔχοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δείκνυται, αὐτήκοος, ἢ τοιοῦτος ἐξεπίτηδες διὰ ἵνα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐπιλεξαμένων, ὥστε ἀθορύβως αὐτοῦ παραδέξασθαι· καὶ οὐ τοσούτου ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ὑπὸ ἑτέρου προεληφθῇ, ἢ ἵνα εἰ καταζητήσαιτο, τοῦ αὐτοῦ αἱρετικοῖς πλέον ἐκάκιζεν· τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κεινόντων διαγινωσκομένου, οἱ τόποι τῇ αὐτῇ καθέδρᾳ ὑποκαταστάσωσι· τῶν δὲ κρινόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ὄντων ἐπαρχιῶν, ἐκεῖνος ὁ προτιθέντων τοῦ δικασταὶ δῶσι, οὗ ἕνος οὐ τῇ χώρᾳ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει τόπος, περὶ οὗ φιλονεικεῖται. ἐὰν δὲ κοινῇ συναίνεσιν γείτονας ἐπιλέξωνται κριτὰς, ἢ εἷς ἐπιλεγῇ, ἢ τρεῖς· καὶ ἐὰν τρεῖς ἐπιλέξωνται, καὶ αἱρεθῶσι, ἢ τῇ τῶν ὅλων ψήφῳ ἐξακολουθήσωσιν, ἢ τῇ τῶν δύο.

si intra sex menses a die conuentionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant. Ita sane, vt si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impune ibi sint, & suam diligentiam fuisse prequentam, vt eo modo eius cura solicitior vitaretur: cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituant. Sane si episcopi, inter quos causa versatur, diuersarum prouinciarum sunt, ille primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres: vt si tres elegerint, omnium sententiam sequantur, aut duorum.

Οτι οὐκ ὀφείλει τῶν ἐπιλεγομένων δικαστῶν ἡ γνώμη ἐξουθενεῖσθαι.

ρκϛ'.

Ἀπὸ δὲ τῶν δικαστῶν τῶν κοινῇ συναινέσιν ἐπιλεγέντων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι. ὅστις δὲ δήποτε ὑποδεχθείη διὰ μονοτονίαν μὴ θέλειν τοῖς δικασταῖς πειθαρχῆσαι, τοῦτο γινώσκων ὁ τῆς προτέρας καθέδρας ἐπίσκοπος δῶσι γράμματα, ὥστε μηδένα τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἕως οὗ πειθαρχήσῃ.

Quod electorum iudicum sententia sperni non debeat.

CXXII.

A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Et quisquis prouocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet. Concilium Mileuit. II. cap. 24. Concilium Afric. c. 89.

Ωστε τὸν καταφρονοῦντα τὴν ἰδίας διοικήσεως ἐπίσκοπον στερεῖσθαι τῆς κοινωνίας.

ρκγ'.

Ἐὰν οὐ τοῖς πατρικίοις, ἤγουν οὐ

Vt si episcopus negligat suam diœcesim, communione priuetur.

CXXIII.

Si in matricibus cathedris e-

Concilium Mileuit. II. cap. 25. Concilium Afric. c. 90.

piſcopus negligens fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur a vicinis epiſcopis diligentibus,& ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quod ſi ex die quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatẽ catholicam conuertendos curauerit; non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur epiſcopo.

τῆς καθέδρας ἐπίσκοπος ἀμελὴς γένηται κατὰ τῶν αἱρετικῶν, νουθετείσθω ὑπὸ τῶν γειτνιώντων ἐπισκόπων ἐπιμελῶν, καὶ ἐπιδειχθείσης αὐτῷ τῆς ἰδίας προφρονήσεως πρὸς τὸ μὴ ἔχειν ὑπολογίαν. ἐὰν δὲ ἀφ' ἧς ἡμέρας νουθετηθῇ, ἐντὸς μηνῶν ἓξ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ διάγων, μὴ τῶν ὀφειλόντων πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπιστρέφειν ποιήσηται· τῷ τοιούτῳ μὴ συγκοινωνηθῇ, ἕως οὗ τοῦτο πληρώσῃ. εἰ δὲ ὁ ἐπεξεργασὴς εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους μὴ προαγάγηται, τῷ ἐπισκόπῳ μὴ ἐπιγραφῇ.

De epiſcopis, qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerint.

Περὶ τῶν Δονατιστὰς κοινωνῆσαι ψευσαμένων ἐπισκόπων.

CXXIV.

ρκδ'.

Concilium Mileuit. II. cap. 25. Concilium Afric. c. 91.

Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos eo ſciente non communicaſſe conſtiterit, etiam epiſcopatum amittat.

Ἐὰν δὲ ἀποδειχθῇ τὸ τοιοῦτον ψευσάμενον περὶ τῆς ἐκείνων κοινωνίας, ἐν τῷ λέγειν αὐτοὺς κεκοινωνηκέναι, οἷς δείκνυται σαφῶς αὐτῷ μὴ κοινωνῆσαι, καὶ τῷ ἐπισκοπῷ ἔπι μὴν ἀπολέσει.

De preſbyteris & clericis, vt non appellent niſi ad Africana Concilia.

Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν, ἵνα μὴ ἐκκαλῶνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους.

CXXV.

ρκε'.

Concilium Mileuit. II. cap. 22. Concilium Afric. c. 92.

Item placuit, vt preſbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de iudiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid eſt finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quod ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum: ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα πρεσβύτεροι, διάκονοι, καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοὶ, ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν περὶ τῶν ψήφων τῶν ἰδίων ἐπισκόπων μέμφωνται, οἱ γειτνιῶντες ἐπίσκοποι τούτων ἀκροάσωνται, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων πραπώσωσιν οἱ παρ' αὐτῶν καὶ συναίνεσιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων προσλαμβανόμενοι. ἐὰν δὲ καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐκκαλέσασθαι θελήσωσι, μὴ ἐκκαλέσωνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους, ἢ πρὸς τοῦ προτεύοντας τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν. πρὸς δὲ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης ὁ βουλόμενος ἐκκαλεῖσθαι, ὑπὸ μη-

δενὸς ἐν Αφρικῇ δεχθείη εἰς κοινωνίαν.

Africam in communionem suscipiatur.

Περὶ παρθένων μικρῶν ἐπιμελῶ καλυπτέων.

De virginibus etiam minoribus velandis.

ρκϛ'.

CXXVI.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁπότε τὴν ἐπισκόπων δι' ἀνάγκην τῆς παρθενικῆς σωφροσύνης κινδυνευούσης, ὅτε ἢ ἐφέσεως δυνατὸς, ἢ ἅρπαξ τις ὄντιν ἐν ὑποψίᾳ, ἢ ἐπιμελῶ ὑπό τινος θανατηφόρου κινδύνου αὐτὴ ἔσπευσεν νυχθεῖσα, παρακαλούντων ἢ τῶν γονέων αὐτῆς, ἢ ὧν τῇ φροντίδι ἀνάκειται, διὰ τὸ μὴ χωρεῖς τὸ χήματος τελειωθῆναι, καλύψῃ παρθένον, ἢ ἐκάλυψεν ἐντὸς κείρας ἐνιαυτῶν εἰκοσιπέντε, μηδὲν τοιοῦτον βλάψῃ ἡ περὶ τούτου ἀδιαθμοδότητον ἐνιαυτῶν καθεσταθεῖσα συνόδος.

Item placuit, vt quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur; vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur; aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, seu velauit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est. Concilium Mileuit. II. cap. 26. Concilium Afric. c. 93.

Διὰ τὸ μὴ δεῖν ἐπισκόπους ἐπὶ πολὺ ἐν τῇ συνόδῳ κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλέξωνται δικαστάς.

Ne diutius episcopi teneantur in Concilio, ternos ex se singularum prouinciarum iudices eligant.

ρκζ'.

CXXVII.

Ὁμοίως ἤρεσε πάσῃ τῇ συνόδῳ, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ πολὺ δεῖν τοὺς ἐν τῇ συνόδῳ συναχθέντας ἐπισκόπους σύμπαντας κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλεγῆναι δικαστάς. καὶ ἐπελέγησαν, ἐκ τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, Βικέντιος, Φορτουνατιανὸς, καὶ Κλάρος· ἐκ τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, Αλύπιος, Αὐγουστῖνος, καὶ Ρεστίτουτος· ἐκ τῆς Βυζακηνῆς ἐπαρχίας, μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου γέροντος Δοναταιανοῦ τοῦ πρωτεύοντος, Κρεσκώνιος, Ιουκουνδος, καὶ Αἰμιλιανός· ἐκ τῆς Μαυρετανίας Σιτιφένσης, Σεβηριανὸς, Ασιατικὸς, καὶ Δονᾶτος· ἐκ τῆς Τριπολιτανῆς ἐπαρχίας, Πλαύτιος, ὁ κατὰ τὸ ἔθος εἰς τοποτηρησίαν πεμ-

Item placuit, ne diutius vniuersi episcopi, qui ad Concilium congregati sunt, tenerentur, ab vniuerso Concilio iudices ternos de singulis prouinciis eligi. Et electi sunt de prouincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus & Clarus: de prouincia Numidia, Alypius, Augustinus & Restitutus: de prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate, Crescónius, Iocundus & Æmilianus: de Mauritania Sitiphensi, Seuerianus, Asiaticus & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus est mis- Concilium Mileuit. II. cap. 27. Concilium Afric. c. 94.

sus; qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant: a quo petiit vniuersum Conciliũ, vt cunctis siue gestis quæ confecta iam sunt, seu epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesię Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. similiter & ceteri subscripserunt.

φθείς· οἱ λοιποὶ πάντες μὴ τὸ ἀγιωτάτου γέροντος Αὐρηλίου σύμπαντα σκοπήσουσιν· ἀφ' ὧν ἤτησε σύμπασα ἡ συνοδος, ἵνα πᾶσιν εἴτε πεπραγμένοις τοῖς ἤδη ἐκτελεσθεῖσιν, εἴτε ἐπιστολαῖς, αὐτὸς ὑπογράψῃ. καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας τῷ προκειμένῳ ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Item huic Concilio interfuit ecclesiæ Romanæ legatio.

Πάλιν ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ παρῆν τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἡ τοποτηρησία.

Post consulatũ gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, III. Kalendas Iunias Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cũ Aurelius episcopus vna cum Faustino ecclesiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ, Vincentio Culusitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vzipparensi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzucensi, Prætextato Sicilibensi, Quoduultdeo Verensi, Candido Abbiritano, Galloniano Vticensi, legatis prouinciæ proconsularis: Alypio Thagastensi, Augustino Hipponensium Reg. & Possidio Calamensi, legatis prouinciæ Numidiæ: Maximiano Aquensi, Iocundo Suffetulensi, & Hilariano Horreocellorum, legatis prouinciæ Byzacenæ: Nouato Sitiphẽsi, & Leone Mactensi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitiphensis: Ninello Rusp-

Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν εὐδοξοτάτων βασιλέων, Ονωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν Αὐγούστων, τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ιουνίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς Ρεστιτούτης ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου ἅμα Φαυστίνῳ Πικένου τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας τῆς Ιταλῶν χώρας, τοποτηρητῇ τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, Βικεντίῳ Κουλθισιτάνῳ, Φουρτουναλιανῷ Νεαπολίτῃ, Μαριανῷ Οὐζιππαρενσιώτῃ, Αδεοδάτῳ Σιμηδικίτῃ, Πεντασίῳ Καρπιτανῷ, Ρουφιανῷ Μουζουενσιανῷ, Πραιτεξτάτῳ Σικηλιβενσιώτῃ, Κουοδβουλτδέῳ Οὐκρενσιανῷ, Κανδίδῳ Αββιειτανῷ, Γαλλωνίῳ Οὐτικενσιώτῃ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς ἀνθυπαθιανῆς χώρας· Αλυπίῳ Θαγαβενσινῷ, Αὐγουστίνῳ Ιππωνηρεγιανῷ, Ποσσιδίῳ Καλαμυσινῷ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Νουμιδικῆς χώρας· Μαξιμιανῷ Ακυρεγυσιώτῃ, Ιουκουνδῷ Σουφφετουλενσιανῷ, Μαξιμιανῷ ἐκ τῆς αὐτῆς, καὶ Ιλαρειανῷ τῷ ἀπὸ Ορρεοκελίων, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Βυζακιωῆς χώρας· Νοβάτῳ Σιτιφενσιώτῃ, καὶ Λέοντι Οπτενσιανῷ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Μαυρετανῶν χώρας τῆς Σιτιφένσης· Νινέλλῳ Ρουσουρπενσι-

πενσιανῷ, Λαυρεντίῳ Ικοσιτανῷ, καὶ Νεμεεσιανῷ Ρεσουρωνσίτῃ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Καισαριανῆς Μαυρετανῶν χώρας, ἐκ πάσης τῆς συνόδου κριταῖς ἐπιλεγεῖσι, πρεσβύτων τε διακόνων, πεντηκοσιαρχῶν· καὶ ἄλλων ἐξανυσάντων, πολλῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπὶ τοῖς λοιποῖς ἐξανυσθησομένοις βραδύνειν ὀδυρομένων, καὶ ὑποφέρειν μὴ δυναμένων, διὰ τὸ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπείγεσθαι ἐκκλησίας· ἤρεσε συμπάσῃ τῇ συνόδῳ, ὥστε ἀπὸ πάντων ἐπιλεγῆναι ἐκ μιᾶς ἑκάστης ἐπαρχίας τοὺς ὀφείλοντας ἀποκριθῆναι χάριν τῶν τὰ λοιπὰ πραττῶν. καὶ ἐγένετο, ὥστε παρεῖναι, ὧν ὑπογραφαὶ τὴν αὐτῶν παρουσίαν μαρτύρονται.

surrenſi, Laurentio Icoſitano, & Numeriano Ruſgunienſi, legatis prouinciæ Mauritanię Cæſarienſis, ab vniuerſali Concilio iudicibus delectis, adſtantibus diaconis, conſediſſet; & quibuſdam peractis, multi epiſcopi ceterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias eccleſias feſtinarent: placuit vniuerſo Concilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque prouinciis, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt vt hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos adfuiſſe teſtantur.

Οτι οἱ ἀπὸ κοινωνίας ὄντες, εἰς κατηγορίαν ἐκ ὀφείλουσι προσδέχεσθαι.

ρκη'.

Ηρεσε τοίνυν πᾶσιν, ἐπεὶ καὶ τοῖς αἰωνίοις τῆς συνόδων ψηφίσμασι περὶ προσώπων κληρικῶν τε μὴ ὀφειλόντων εἰς κατηγορίαν προσδέχεσθαι, ὡρίσθη, μὴ ἐκ ἐπεξεργάσθη, ποῖα πρόσωπα μὴ προσδέχεσθαι· διὰ τοῦτο ὁρίζομεν τὸν ὀρθῶς πρὸς κατηγορίαν μὴ εἰσδέχεσθαι, ὅστις μετὰ τὸ ἀπὸ κοινωνίας γενέσθαι, εἰ αὖθις ἐπὶ τῷ ἀφορισμῷ ὑπάρχει, εἴτε κληρικὸς εἴη, εἴτε λαϊκός, ὁ κατηγορῆσαι βουλόμενος.

Quod excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.

CXXVIII.

Placuitque omnibus, quoniã ſuperioribus Conciliorũ decretis de perſonis quæ admittendæ non ſunt ad accuſationem clericorum, iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admitterentur, non expreſſum eſt: idcirco definimus eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquã excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit. Concilium Carth. VII. cap. 1. Concilium Afric. c. 95.

Οτι δοῦλοι καὶ ἀπελεύθεροι, & πάντα τὰ ἠμωμένα πρόσωπα, κατηγορεῖν ἐκ ὀφείλουσιν.

ρκθ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα πάντες οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ἴδιοι ἀπελεύθεροι, εἰς κατηγορίαν μὴ δεχθῶσι· μὴ πάντες, οἷς πρὸς κατηγορητέα ἐγκλήματα οἱ δημόσιοι

Quod ſerui & liberti, omneſque infames perſonæ non debeant accuſare.

CXXIX.

Item placuit, vt omnes ſerui, vel proprii liberti ad accuſationem non admittantur; vel omnes, quos ad accuſanda publica Concilium Carth. VII. cap. 2. Concilium Afric. c. 96.

crimina leges publicæ non admittunt: omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam, ſiue pagani, ſeu Iudæi: ſed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.

νόμοι ἐ προσδέχον). πάντες ἐπ μλὼ οἱ τοῖς ἁπμίας ασίλοις ἐῤῥαυπσμένοι, τῦτ ἔστ μῖμοι, κ) ὅσα ταῖς αἰχρότησιν ὑποβέβλωὶ) προσωπα· αἱρέτικοὶ ἐπ μλὼ, εἴτε Ελλῆνες, εἴτε Ιουδαῖοι· πλὼ ὅμως πᾶσιν οἷς ἡ τοιαύτη κατηγορία δρνεῖται, ἐν ταῖς ἰδίαις αἰτίαις πλὼ τῦ κατηγορεῖν ἄδειαν μὴ ὀφείλειν δρνεῖσθ.

V t qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat.

CXXX.

Item placuit, vt quotieſcumq; clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipſis, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur.

Concilium Carth. VII. cap. 3.
Concilium Afric. c. 97.

Ινα ὁ προὶ ἑνὸς ἐγκλήματος ἀποδεῖξαι μὴ δυνάμενος, προὸς ἕτερον μὴ εἰσδεχθῇ.

ρλ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁσάκις δήποτε κληρικοῖς ἀπὸ κατηγόρων πολλὰ ἐγκλήματα ἐπιβάλλωνται, κα* ἐὰν ὀλ* αὐτῶν προὶ οὗ προῶτον ἐπροσεχθη, ἀποδεῖξαι ἐκ ἠδυνήθη, προὸς τὰ λοιπὰ μ) ταῦτα μὴ προσδεχθῶσιν.

* ἢ. ἐν

Qui ad teſtimonium admittendi ſint.

CXXXI.

Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti, præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem intra annos XIII. ætatis ſuæ non admittantur.

Concilium Carth. VII. cap. 4.
Concilium Afric. c. 98.

Τίνας δεῖ προσδέχεσθαι εἰς μαρτυρίαν.

ρλά.

Μάρτυρας ἢ εἰς μαρτυρίαν μὴ εἰσδέχεσθ, ἀλλ' μηδὲ προὸς κατηγορίαν εἰσδεχθῆναι παραγελθέντας, ἢ ἐπ μλὼ οὓς αὐτὸς ὁ κατήγορος ἐκ τ ἰδίου οἴκου προσκομίσῃ. μαρτυρία δὲ ἐντὸς πέντε ἐνιαυτῶν δέκα πεντε ἀρῶν μὴ προσδεχθείη.

De epiſcopo, qui excommunicat eum, quem ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.

CXXXII.

Item placuit, vt ſi quando epiſcopus dicit aliquē ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, & pœnitere noluerit; non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur, etſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare.

Concilium Carth. VII. cap. 5.
Concilium Afric. c. 99.

Περὶ ἐπισκόπου τ ἀπὸ κοινωνίας ποιουῦτος ⓜ αὐτῷ μόνῳ τ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογήσαντα.

ρλβ'.

Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα ἐάν ποτε ἐπίσκοπος λέγῃ τινὰ αὐτῷ μόνῳ τ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογῆσαι, κ) ἐκεῖνος ἀρνῆται, μὴ λογίσηται ὁ ἐπίσκοπος εἰς ἰδίαν ὕβριν συντείνειν, ὅτι αὐτὸς μόνος οὐ πιστεύεται, εἰ κ) τῷ σκινδαλμῷ τ ἰδίας συνειδήσεως λέγῃ μὴ θέλειν ἑαυτὸν κοινωνεῖν τῷ ἀρνουμένῳ.

Ινα μὴ ὡς ἔτυχέ τινα στερήσῃ τῆς κοινωνίας ὁ ἐπίσκοπος.

ρλγ'.

ΕΦ' ὅσον τῷ ἀφωρισμένῳ μὴ κοινωνεῖ ὁ ἴδιος ἐπίσκοπος, τῷ αὐτῷ ἐπισκόπῳ ἄλλοι μὴ συγκοινωνήσουσιν ἐπίσκοποι, ὥστε μᾶλλον προφυλάττεσθαι τὸν ἐπίσκοπον μὴ λέγειν κατά τινος, ὅπερ ἀποδείξεσι μὴ ἐλέγξαι παρ' ἑτέροις.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· κατὰ τὰ ὁρισθέντα τῇ γνώμῃ πάσης τῆς συναθροισθείσης συνόδου καὶ τὴν ἐμῆς μετριότητος, ἀρέσκει, πάντων τῶν πεπραγμάτων τὴν πεφηλωθένος ὁλοτελοῦς πτῶσιν ποιῆσαι τὸ συμπέρασμα, καὶ τὴν συζήτησιν καὶ διατυπώσεως τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ ἐκκλησιαστικὰ πεπραγμένα ἀναδέξωνται· ἅπερ δὲ ἀκμὴν οὐκ ἐπεξήργασθησαν, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ διὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν Φαυστίνου τοῦ ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ασέλλου τῶν πρεσβυτέρων, τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συνεπισκόπῳ ἡμῶν Βονιφατίῳ ἀναγράψομεν. καὶ ὑπέγραψαν.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τοῖς δόξασι τὸν ὅρον πεπραγμένοις τοῖς παρ' ἡμῖν ἐγγράφοις ὑπέγραψα.

Βαλεντῖνος καθέδρας ἐπίσκοπος τῆς Νουμιδικῆς χώρας, τοῖς δόξασι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Φαυστῖνος ἐπίσκοπος τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας, ἐπαρχίας Πικένου, τοποτηρητὴς τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Αλύπιος ἐπίσκοπος Θυγατένσης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος Ιππώνης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς δόξασι πεπρασμένοις ὑπέγραψα.

Vt non temere quemquam communione priuet episcopus.

CXXXIII.

Quamdiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, vt magis caueat episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non potest. Concilium Carth. VII. cap. 5. Concilium Afric. c. 99.

Aurelius episcopus dixit: Iuxta statuta totius Concilii congregati, & meæ mediocritatis sententiam placet, facere rerum omnium conclusionem, vniuersi tituli designati, & digesti huius diei tractatum ecclesiæ gesta suscipiant: quæ vero adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, venerabili fratri & coepiscopo nostro Bonifacio rescribemus. & subscripserunt. Concilium Afri. c. 100.

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habitis subscripsi.

Valentinus primæ sedis episcopus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ, his gestis subscripsi.

Alypius episcopus Thagastensis, legatus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Augustinus episcopus Hipponensis, legatus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Possidius episcopus Calamensis, legatus prouinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Ποσσείδιος ἐπίσκοπος Καλαμῶσης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Vincentius Culusitanus, his gestis subscripsi.

Βικέντιος Κυλουσιτανός, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Fortunatianus Neapolitanus, his gestis subscripsi.

Φορτουνατιανὸς Νεαπολίτης, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Pentadius Carpetanus, his gestis subscripsi.

Πενταδίος Καρπετανός, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Rufianus Maxensis, his gestis subscripsi.

Ρουφιανὸς Μουζουενσιανός, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Prætextatus Sicilibensis, his gestis subscripsi.

Πραιτεξτάτος Σικιλιβένσις, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Quoduultdeus Verensis, his gestis subscripsi.

Κουοδβουλτδέος Βερέσις, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Candidus Germaniæ, his gestis subscripsi.

Κάνδιδος Γερμανίας, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Gallonius Vticensis, his gestis subscripsi.

Γαλλώνιος Οὐτικένσης, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Maximianus Aquensis, his gestis subscripsi.

Μαξιμιανὸς Ακυενσιώτης, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Iocundus Suffetulensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Ιουκοῦνδος Σουφφετουλένσης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακίων ἐπαρχίας, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Maximus, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Μαξιμιανὸς, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακίων ἐπαρχίας, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Hilarianus Horreocellensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi.

Ιλαριανὸς Ορρεοκέλης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακίων χώρας, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Nouatus Sitiphensis, legatus prouinciæ eiusdem, his gestis subscripsi.

Νοβᾶτος Σιτιφενσιώτης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακίων ἐπαρχίας, τοῖς πρόσθεν πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Ninellus Rusurrianensis, legatus prouinciæ Cæsarienſis, his gestis subscripsi.

Νίνελλος Ρουσουρρηνανίτης, τῆς Καισαριανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Laurentius Icositanus, legatus prouinciæ Cæsarienſis, his gestis subscripsi.

Λαυρέντιος Ικοσιτανὸς, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παρόσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Νουμεριανὸς Ρουσουρουλεώτης, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Numerianus Ruſgurienſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Λέων ἀπὸ Μόκτης, τῆς Καισαρειανῆς χώρας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Leo Moctenſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Ἄλλος Λέων, τῆς Σιτιφένσης ἐπαρχίας τοποτηρητὴς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

Alius Leo, legatus prouinciæ Sitiphenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι διακόσιοι δεκαεπτὰ, ὁμοίως ὑπέγραψαν.

Et ceteri epiſcopi CCXVII. ſubſcripſerunt.

Φίλιππος πρεσβύτερος, τοποτηρητὴς τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ἀφ' ἡμῶν ἀναγνωσθεῖσιν ὑπέγραψα.

Philippus preſbyter, legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis a nobis recollectis ſubſcripſi.

Ἀσέλλος πρεσβύτερος, τοποτηρητὴς τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα, τοῖς δι' ἡμῶν ἀποσταλεῖσιν.

Aſellus preſbyter, legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi, quæ per nos directa ſunt.

Ἡ ἀπὸ πάσης τῆς σὺν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Βονιφάτιον τὸν Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, διὰ Φαυστίνου ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου πρεσβυτέρου, τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἀποσταλεῖσα ἐπιστολή.

Incipit epiſtola ab omni Concilio Africano ad Bonifacium urbis Romæ epiſcopum, per Fauſtinum epiſcopum, Philippum & Aſellum preſbyteros, legatos eccleſiæ Romanæ, directa.

ρλδ'.

CXXXIV.

Δεσπότῃ μακαριωτάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ Βονιφατίῳ, Αὐρήλιος, Βαλεντῖνος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ παραγγόμενοι τὸν ἀριθμὸν διακόσιοι δεκαεπτὰ, ὁπόσης τῆς σὺν Ἀφρικῇ συνόδου.

Domino beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, & ceteri qui præſentes adfuimus, numero CCXVII. ex omni Concilio Africæ.

ΕΠΕΙΔΗ τῷ κυρίῳ ἤρεσεν, ἵνα περὶ ὧν ἅμα ἡμῖν διεπράξατο οἱ ἁγιώτατοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, Φαυστῖνος

QVONIAM Domino placuit, vt de his quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, coepiſcopus Fauſtinus, & Concilium Afric. c. 101.

compresbyteri Philippus & Asellus, non beatæ memoriæ episcopo Zosimo, a quo ad nos mandata & literas attulerunt, sed tuæ venerationi, qui in eius locum es diuinitus constitutus, humilitas nostra rescriberet, ea breuiter insinuare debemus, quę vtrorumque concordia terminata sunt, non ea quæ prolixis gestorum voluminibus continentur, in quibus, salua quidem caritate, non tamen sine paruo altercationis labore demorati sumus, ea gestis deliberantes, quæ nunc ad causam pertinent. Quamquam & ille, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter, de cuius & ordinatione, & excommunicatione fuerat exortum non solum Siccensi, verum etiam totius Africanæ ecclesiæ non leue scandalum, de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus noster Siccensis Vrbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine vlla dubitatione correxit: quia vero paci & quieti ecclesiæ non tantum ad præsens, sed etiam in posterũ prospiciendum fuit; quoniam talia multa præcesserant, vt vel similia, vel etiam grauiora deinceps præcaueri oporteret: placuit nobis, vt de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, presbyter remoueretur Apiarius, & accepto epistolio, vbicumque alibi vellet & posset, presbyterii munere fungeretur. Quod eidem ipsi per literas

ὁ σὺν ἐπίσκοπος, καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἀσέλλος, μὴ τῷ τῆς μακαρίας μνήμης Ζωσίμῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ἀφ' οὗ πρὸς ἡμᾶς γράμματα & ἐντολὰς ἤγαγον, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ μιότητι εἰς τὸ ἐκείνου τόπον θεόθεν καταστᾶσαν ἡ ἡμετέρα βραχύτης αὐτηρέφη, τὰ τῇ ἑκατέρων ἡμῶν ὁμονοίᾳ περατωθέντα ὀφείλομεν διὰ βραχέων ἐμφανῆ καταστῆσαι, ἃ μὴν τὰ τοῖς ἐκτεταμένοις τῶν πεπραγμένων κυλίσμασι κατεχόμενα· ἐν οἷς σωζομένης μὲν τῆς ἀγάπης, οὐχωρὶς ὀλίγου μικροῦ τῆς ἀμφισβητήσεως καμάτου ἐφειλκύσαμεν, σκεπόμενοι τὰ εἰς τὸ πρᾶγμα συντείνοντα, τοῖς πεπραγμένοις ἐνδεῖναι. καὶ ἐκεῖνος δὲ, εἰ ἔτι ἐν τῷ σώματι τούτῳ, χαριέστερος ἐδέχετο, ὅπερ ἔβλεπεν εἰρηνικώτερον πραπῆναι, κύριε ἀδελφέ. Ἀπιάριος ὁ πρεσβύτερος, οὗ ὄνος καὶ περὶ τῆς χειροτονίας καὶ τῆς ἀκοινωνησίας καὶ πρεσκλίσεως αὐτοῦ οὐ μόνον τὴν ἐν Σίκῃ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν πάσῃ τῇ Ἀφρικῇ ἐκκλησίαν, ἃ μικρὸν σκάνδαλον, περὶ πάντων ὧν ἐπλημμέλησε, συγγνώμην αἰτήσας, τῇ κοινωνίᾳ ἀποκατέστη. πρῶτος δὲ ὁ συνεπίσκοπος ἡμῶν Οὐρβανὸς ὁ τῆς Σίκης, ὅσον ἐν αὐτῷ διορθωτέον, ἀναμφιβόλως διώρθωσε. ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καὶ ἡσυχίας οὐ μόνον πρὸς τὸ παρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἔδει προνοήσασθαι ποιήσασθαι, ὅπου πολλὰ τοιαῦτα προσηνέχθη, ὅπως ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἢ καὶ βαρυτέρων τὰ μὴ παῦτα προφυλαξώμεθα· ἤρεσεν ἡμῖν ἵνα ἐκ τῆς ἐν Σίκῃ ἐκκλησίας ἀποκινηθῇ ὁ πρεσβύτερος Ἀπάριος, φυλαττομένης αὐτῷ ὅλης τὸ τιμῆς καὶ βαθμοῦ αὐτοῦ· καὶ

λαμβάνων ἐπιστολὴν, ὁπουδήποτε ἄλλοσε βούλοιτο καὶ δύναιτο, τῷ κανόνι τῆς πρεσβυτερίας λειτουργήσῃ. ὅπερ τῷ αὐτῷ Ἀπαρίῳ δι' οἰκείων γραμμάτων

αἰτήσαντι χωρὶς τινος δυσχερείας συνεχωρήσαμεν. περὶ τοῦ δὲ ἡ αἰτία αὕτη τῷ τοιούτῳ πράγματι προσδοθῇ, μεταξὺ τῶν ἄλλων, ἃ τινα διὰ πλειόνων διαγνώσεσιν ἀνεσκεφόμεθα, αὐτῷ τοῦ λόγου ἀπαιτήσαντες, ὥστε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ζητῆσαι ἡμᾶς πρὸ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν Φαυστίνου τοῦ συνεπισκόπου, καὶ Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου τῶν συμπρεσβυτέρων, ἵνα περιενέγκωσιν εἴτι δήποτε πλὴν αὐτοῖς ἅμα ἡμῖν πρακτέον ὑπῆρχεν, πλὴ μὴ ἀγράφως διὰ λόγων ἐπεξειργάσαντο· ἡμῶν δὲ ἀπαιτησάντων ὅπερ ἐπεφέροντο ἔγγραφον κομμονιτώριον, τοῦτο προήγαγον· ὅπερ διαγνωσθὲν πρὸ ἡμῶν, τοῖς πεπραγμένοις ἔπι μὲν ἐνέπαγη, τοῖς καὶ πρὸς ἡμᾶς δι' αὐτῶν ὑπὸ τοῦ πρόσθεν φερομένοις. εἰ ὡ τέταρτα αὐτοῖς τινα ἅμα ἡμῖν πρακτέα ἐνεβλήθησαν· ἐν πρὸ ἐκλήτων ὑποσκόπων πρὸς τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἱερέα· δεύτερον, ἵνα ὑπὲ τὸ κομιτᾶτον ὑποσκοποι ὡς ἔτυχε μὴ πλεύσωσι· τρίτον, περὶ τοῦ, τὰς αἰτίας τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ζητεῖσθαι πρὸ τοῖς ὁμόροις ὑποσκόποις, ἐὰν ὑπ' αὐτῶν ἰδίων ὑπὸ κοινωνίας πρεπόντως γένωνται· τέταρτον, περὶ Οὐρβανοῦ τοῦ ὑποσκόπου ὑποκοινωνητέου, ἢ ἔπι μὲν εἰ Ρώμῃ κληθέν, εἰ μὴ τὰ ὀφείλοντα διορθωθῆναι, διορθώσηται. ἐξ ὧν πάντων περὶ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου, τοῦτ' ἔστιν ἵνα ἔξεστιν εἰς Ρώμην τοῖς ὑποσκόποις ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὅπ τῶν κλητικῶν αἱ αἰτίαι πρὸ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν * αὐτοῖς ἐποσκόποις περατοῦν), ἤδη εἰ τῷ προλαβόντι ἐνιαυτῷ γράμμασιν ἔπι μὲν ἡμετέροις πεμφθεῖσι τῷ αὐτῷ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Ζωσίμῳ τῷ ὑποσκόπῳ ἐσυνυδάσαμεν ἐμφανίσαι, ἵνα ταῦτα χωρὶς τινος ὕβρεως αὐτῷ πρὸς ὀλίγον φυλά-

* lege αὐτῶν

proprias postulanti sine difficultate concessimus. Sane priusquam hæc causa isto termino clauderetur, inter alia quæ diuturnis disceptationibus versabamus, quia ratio ipsa poscebat vt apud acta ecclesiastica a fratribus nostris Faustino coepiscopo, & Philippo & Asello compresbyteris quæreremus, vt promerent quidquid eis nobiscum agendum fuisset iniunctū, nonnulla quidem sine vllo scripto prosecuti sunt verbis: sed cum id potius flagitaremus, quod in literis ferrent, commonitorium protulerunt, quod recitatum nobis, etiam gestis quę secum ad nos deferunt, est allegatum. In quo eis quatuor quædam nobiscum gerenda mandata sunt; vnum de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem; alterum, ne ad comitatum episcopi importune nauigent; tertium de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati perperam fuerint: quartum de Vrbano episcopo excommunicando, vel etiam Romæ vocando, nisi ea quę videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, vt Romã liceat episcopis prouocare, & vt clericorum causæ apud suarum prouinciarum episcopos finiantur, iam priore anno etiam literis nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis, insinuare curauimus, vt ea seruare sine vlla eius iniuria paulisper sineremus, vs-

que ad inquisitionem statutorum Concilii Nicæni. Et nunc de tua poscimus sanctitate, vt quemadmodũ ea apud Nicæam a patribus acta vel constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est: Si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit vt renouetur examen; scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt e latere suo presbyterum mittat; erit in potestate quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit, mittendos esse qui præsentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, vt negotio terminum imponant: faciat quod sapientissimo suo consilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconis. Si episcopus quis iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoueatur aduersus presbyterum siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut

ξωμεν, ἕως οὗ ζήτησις γένηται τοῦ ὅρου τῆς σὺν Νικαίᾳ συνόδου. Ϲ νυῦν δὲ ἀπὸ τῆς σῆς ἀγαπύμεθα ἀγιωσύνης, ἵνα οὕτω ζήτον ταῦτα τὰ σὺν Νικαίᾳ ἀπὸ τῶν πατέρων ἐπράχθησαν καὶ ὡρίσθησαν, οὕτως αὐτὰ παρ' ἡμῶν φυλαχθῆναι ποιήσῃς, καὶ αὐτόθι παρ' ὑμῖν τὰ σὺν τῷ ἁγίῳ κείμενα κομμονιτωρίῳ γυμναθῆναι ποιήσῃς· τοῦτ' ἔστιν, ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ οἱ συνελθόντες * ἐπισκόπῳ τοῦ αὐτοῦ ἐπαρχίας κρίνωσι, Ϲ ἐκ τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ καθέλωσιν αὐτὸν, ὅταν δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι, Ϲ πρὸς Ⓜ μακαριώτατον τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπ Ⓜ καταφύγῃ· ἐὰν συνίδῃ αὐτὸν ἀκουσθῆναι, καὶ δίκαιον λογίσηται, ὥστε ἀνεξετασθῆναι τὴν κρίσιν, χρέαν καταξιώσῃ τοῖς σὺν τῇ ὁμόρῳ καὶ ἐγγιζούσῃ ἐπαρχίᾳ καθεστῶσιν ἐπισκόποις, ἵνα αὐτοὶ πάντα ἐπιμελῶς ἀναζητήσωσι, Ϲ κατὰ τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας πρατώσωσιν. ἐὰν δὲ καὶ ὁ παρακαλῶν τὴν αἴτησιν αὐτοῦ δύνηται ἀκουσθῆναι, ἰδίᾳ ἱκεσίᾳ κινήσῃ τὸν Ρωμαϊκὸν ἐπίσκοπον, ἵνα ἐκ τοῦ ἰδικοῦ αὐτοῦ πλευροῦ πρεσβύτερον ἀποστείλῃ, σὺν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦτ' ἔστι τοῦ ἐπισκόπου, τί βουληθῇ Ϲ τί κρίνῃ. καὶ ἐὰν ψηφίσηται τοὺς ὀφείλοντας μὴ τὸν ἐπισκόπων παρόντας κρῖναι, ἔχοντας τὴν αὐθεντίαν αὐτοῦ ἐξ οὗ ἀπεστάλησαν, ἔσαι σὺν τῇ κρίσει αὐτοῦ· ἐὰν δὲ καὶ πιστεύσῃ ἀρκεῖν τοὺς ἐπισκόπους πρὸς τὸ πρατῶσαι τὰ τοῦ πρεσβυτέρου, ποιήσῃ ὅπερ τῷ σοφωτάτῳ αὐτοῦ συνείδῃ βουλεύσαιτο. ὁμοίως πρὸ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἐάν τις ἐπίσκοπος ὀργίλος· ὅπερ εἴη ἐκ ὀφειλῆ· ταχέως ἢ πραχέως κινηθῇ κατὰ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, καὶ θελήσει τοῦτον ἐκ τῆς ἰδίας ἐξορίσαι ἐκκλησίας· προνοητέον ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀδίκως καταδικασθῇ ἢ ἀποτέσῃ τὸν

* τὸν ἐπίσκοπον

τ̃ κοινωνίαν. κ̀ ἐχέτω ὁ ἐκβληθεὶς ἐξουσίαν προσελθεῖν τοῖς ὁμορόσι, κ̀ ἡ αἰτία αὐτ̃ ἀκουσθῇ, καὶ ἐπιμελέστερον ζητηθῇ· ὅτι ἐκ ὀφείλ προκαλουμένῳ αὐτ̀ ἡ ἀκρόασις ἐρνηθῆναι. κ̀ ἐκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ ἢ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν, ἀνεξικάκως καταδεξάσθω τὰ τ̃ πράγματος ἐξετασθῆναι, ἵνα ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἡ γνώμη αὐτ̃. ταῦτα δηλονότι ἕως τ̃ παρουσίας τ̃ ἁγιωτάτων ἐξέμπλων τῆς σὺν Νικαίᾳ συνόδου, τοῖς πεπραγμένοις ἐνεβλήθη, ἅπινα, ἐὰν ἐκεῖ ὂν ζήτον σὺν αὐτ̀ τῷ κομμονιτωρίῳ πρεσέχονται, τῷ ἡμῖν διὰ τ̃ ἀποσταλέντων ἀδελφῶν ὅτι τ̃ ἀποστολικῆς καθέδρας ἐμφανισθέντι, καὶ πρ̀ ὑμῖν τῇ αὐτῇ τάξει σὺν Ἰταλίᾳ φυλάσσον), οὐδαμῶς ⊛ ἡμεῖς τ̃ τοιούτων μεμνῆσθαι βουλόμθα· ἢ οὐχ ὑποφέρειν ἐπιζόμθα, ἀλλὰ πεποίθαμεν ὅτι βοηθοῦντος τ̃ ἐλέους κυρίου τ̃ θεοῦ ἡμῶν, τ̃ σῆς ἁγιωσύνης πρεσεπούσης τ̃ Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, οὐκέτι λοιπὸν ὑπομένομεν τὸν τύφον τοῦτον· φυλαχθῆναι γ̀ πρὸς ἡμᾶς ἅπινα καὶ μὴ λαληθέντων ἡμῖν ὀφείλεται φυλαχθῆναι ἀδελφικὴ ἀγάπη, ἀπ̀ κ τ̃ σοφίαν ⊛ δικαιοσύνην, ἣν ὁ ὕψιστος ἐδωρήσατο, κ̀ αὐτὸς ἐπ μὲν σωφρονεῖς ὀφείλειν φυλαχθῆναι, ἐὰν τυχὸν ἄλλοις ἔχωσιν οἱ κανόνες τ̃ σὺν Νικαίᾳ συνόδου. ἡμεῖς γ̀ πλείστοις ἐντυχάνοντες βιβλίοις, οὐδαμοῦ ἀνέγνωμεν εἰς τ̃ σὺν Νικαίᾳ σύνοδον σὺν Ρωμαϊκοῖς βιβλίοις, ὂν ζήτον σὺν τῷ προσελθέντι κομμονιτωρίῳ αὐτόθεν ἀπεστάλησαν. ὅμως, ἐπειδὴ σὺ ταῦτα εἰς οὐδὲν βιβλίον Γραικὸν ταῦτα εὑρεῖν ἠδυνήθημεν, ὅτι τ̃ ἀνατολικῶν ἐκκλησιῶν, ἔνθα λέγονται τὰ αὐτὰ ψηφίσματα δυνάσθαι τὰ αὐθεντικὰ ἐπ μὲν εὑρεθῆναι, ἡμῖν προσενεχθῆναι

perdat communionẽ. Et habeat poteſtatem eiectus vt finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiã roganti: & ille epiſcopus qui aut iuſte aut iniuſte eum reiecit, patienter accipiat, vt negotia diſcutiantur, vt aut probetur eius aut emendetur ſententia. Hæc vtique vſque ad aduentum veriſſimorum exemplariorum Nicæni Concilii, inſerta geſtis ſunt: quæ ſi ibi, quemadmodum ipſo quod apud nos fratres ex apoſtolica ſede directi commonitorio allegauerunt, continentur, eoque ordine, vel apud vos in Italia cuſtodiuntur, nullo modo nos talia, qualia commemorata iam nolumus, vel tolerare cogemur: ſed credimus adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri, quod tua ſanctitate Romanæ eccleſiæ præſidente, non ſumus iam iſtum typhum paſſuri. Et ſeruabuntur erga nos, quæ nobis etiam non diſſerentibus cuſtodiri debeant cum fraterna caritate, quæ ſecundum ſapientiam atque iuſtitiam, quam tibi donauit altiſſimus, etiam ipſe perſpicis eſſe ſeruanda, ſi forte aliter ſe habent Canones Concilii Nicæni. Quamuis enim plurimos codices legeremus, ſed nuſquam in Nicæno Cõcilio, in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in ſupradicto commonitorio inde directa ſunt. Tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex orientalibus eccleſiis, vbi perhibentur eadem decreta poſſe etiam authentica reperiri, magis

nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque veneration-nem obsecramus, vt scribere etiã ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, & si aliis etiã tuæ placuerit sanctitati, vt inde ad nos iidem Canones apud Nicæam ciuitatem a patribus constituti veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesiis in Domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria esse verissima Concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diuersis locis, & de nobilibus Græcis ecclesiis allata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellationibus episcoporũ ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorũ causis apud suarum prouinciarũ episcopos terminandis, nos vsque ad probationem seruaturos esse profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam in Dei voluntate confidimus. Cetera vero, quæ in nostra Synodo gesta vel cõfirmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri, Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus presbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. & alia manu. Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Augustinus, Possidius, Marinus, & ceteri episcopi.

μᾶλλον ποθοῦμεν. διὸ καὶ τὸ σὸν σεβασμιότητα δυσωποῦμεν, ἵνα γράψαι καὶ αὐτὸς ἐπιμελῶς καταξιώσῃς πρὸς τοὺς ἐκείνων τὰ μεγάλα ἱερεῖς, τοῦτ' ἔστι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας, καὶ τὰ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἄλλοις δέ, ἐὰν πρᾶξαι τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ, ὅπως ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ἐν Νικαίᾳ πρὸ τῶν ἁγίων πατέρων ὁρισθέντες ἔλθωσι κανόνες, σοῦ κατ' ἐξαίρετον τιμὴν ὑπεργεσίαν ταύτην πάσαις ταῖς δυτικαῖς ἐκκλησίαις, τῆς τοῦ κυρίου βοηθείᾳ, σωφσάγοντος. ἵνα γὰρ ἀμφιβάλλει τὰ ἴσα ἀληθέστατα εἶναι ἐν Γραικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθείσης συνόδου, ἅπερ ἀπὸ οὕτως διαφόρων τόπων καὶ ἐπισήμων Γραικῶν ἐκκλησιῶν πρόσενεχθέντα καὶ συγκριθέντα ὁμονοοῦσιν; ὅπερ ἕως οὗ γένηται, τὰ ἐν τῷ προλεχθέντι κομμονιτωρίῳ ἡμῖν προσενεχθέντα περὶ τῶν πρὸς τὴν Ρωμαϊκὴν ἐκκλησίαν ἱερέα ἐκκλήτων τῶν ἐπισκόπων, καὶ περὶ τῶν αἰτιῶν τῶν κληρικῶν, τῶν ὀφειλουσῶν πρατεῖσθαι πρὸ τοῖς τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκόποις, ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν καὶ φυλάξοντας ἕως τῆς ἐπιφορᾶς, καὶ τὴν ὑμετέραν μακαριότητα, θέλοντος τοῦ θεοῦ, πρὸς τοῦτο ἡμῖν βοηθήσουσαν παρρησιάζομαι. τὰ δὲ λοιπὰ τὰ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ συνόδῳ πραχθέντα καὶ βεβαιωθέντα, ἐπειδὴ οἱ προλεχθέντες ἀδελφοὶ ἡμῶν Φαυστῖνος ὁ συνεπίσκοπος, Φίλιππος καὶ Ἀσέλλος οἱ πρεσβύτεροι, μεθ' ἑαυτῶν ἐπιφέρονται, ἐὰν καταξιώσητε, γνωστὰ ποιήσουσι τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωσύνῃ. καὶ ὑπέγραψαν. ὁ κύριος ἡμῶν φυλάξει σε ἡμῖν ἐπὶ πλείοις χρόνοις, μακαριώτατε ἀδελφέ. ὑπέγραψαν ὁμοίως, Ἀλύπιος, Αὐγουστῖνος, Ποσσίδιος, Μαρῖνος, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι.

Αρχεται τὰ πρὸς τὴν σὺν Αφρικῇ συνόδον ἀντιγραφα Κυρίλλου τοῦ τῆς Αλεξανδρέων ἐπισκόπου, σὺν οἷς τὰ αὐθεντικὰ τῆς σὺν Νικαίᾳ συνόδου ἀπὸ Γραικοῦ μεταβληθέντα διὰ Ιννοκεντίου πρεσβυτέρου ἀπέστειλεν· αἵπινες ἐπιστολαὶ μετὰ τῆς σὺν Νικαίᾳ συνόδου διὰ τοῦ μνημονευθέντος Ιννοκεντίου πρεσβυτέρου, καὶ Μαρκέλλου ὑποδιακόνου τῆς σὺν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ ἁγιωτάτῳ Βονιφατίῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν δεκεμβρίων ἀπεστάλησαν.

Incipiunt rescripta ad Concilium Africanum Cyrilli Alexandrini episcopi, vbi authentica Concilii Nicæni translata de Græco per Innocentium presbyterũ transmisit: quæ etiam epistolæ cum eodem Concilio Nicæno permemoratum presbyterum Innocentium & Marcellum subdiaconum ecclesiæ Carthaginensis, sancto Bonifacio episcopo ecclesiæ Romanæ sub die VI. *Kalendas Decembris anno* CCCCXIX. *sunt directæ.*

ρλέ.

CXXXV.

Κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συνεπισκόποις, Αὐρηλίῳ, Βαλεντίνῳ, καὶ πάσῃ τῇ σὺν Καρχηδόνι συναθροισθείσῃ ἁγιωτάτῃ συνόδῳ, Κύριλλος ἀσπάζομενος σὺν κυρίῳ τῷ ὑμετέρῳ ἀγάπῳ.

Dominis honorabilibus, sanctis fratribus & coepiscopis, Aurelio, Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Carthaginensi Synodo congregatæ, Cyrillus salutans in Deo caritatem vestram.

ΤΑ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος πολλὴν ἔχοντα θρησκείαν, μετὰ πάσης χαρᾶς διὰ τοῦ τέκνου ἡμῶν Ιννοκεντίου τοῦ πρεσβυτέρου ἐδεξάμην· τούτων δὲ παρ' ὑμῶν ἐλπιζόντων, ὥστε ἐν τῷ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας σκευοφυλακίῳ τὰ ἀληθέστατα ἴσα τὰ σὺν τῇ Νικαέων μητροπόλει τῆς Βιθυνίας αὐθεντικῆς συνόδου, τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁρισθέντα καὶ βεβαιωθέντα, ὑποκάτω τῆς ὁμολογίας τῆς ἡμετέρας πίστεως, τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ ἡμᾶς ὑποτρέχειν, φιλικαίως ἠξιώσατε, κύριοι τιμιώτατοι ἀδελφοὶ, ἀσπασμοῦ προηγουμένου, διὰ

SCRIPTA venerationis vestræ multam habentia pietatem, cum omni lætitia per filium nostrum Innocentium presbyterum suscepi, quibus a nobis speratis, vt de scrinio nostræ ecclesiæ verissima exemplaria ex authentica Synodo apud Nicæam ciuitatem, metropolim Bithyniæ, a sanctis patribus constituta atque firmata, sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Vnde enim, domini honorabiles fratres, salute præeunte, necesse habui per ha- Concilium Afri. c. 102.

rum latorem filium noſtrum Innocentium preſbyterum, fideliſſima exemplaria ex authentica Synodo in Nicæna ciuitate Bithyniæ habita, veſtræ caritati dirigere. Quod & in eccleſiaſtica hiſtoria requirentes, inuenietis. De Paſcha vero, vt ſcripſiſtis, nuntiamus vobis XVII. Kalendas Maias nos futura indictione celebrare. & alia manu. Deus & Dominus noſter ſanctam veſtram congregationem cuſtodiat, quod optamus, cariſſimi fratres.

τοῦ αὐτοῦ τέκνου ἡμῶν Ἰννοκεντίου τοῦ πρεσβυτέρου, τὰ πιστότατα ἴσα τὰ τῆς αὐθεντικῆς συνόδου τῆς ἐν τῇ Νικαέων πόλει τῆς Βιθυνίας ἐχόμενα, τῇ ὑμετέρᾳ ἀποστείλαι ἀγάπῃ· ὅπερ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ζητοῦντες εὑρήσετε. περὶ δὲ τοῦ πάσχα, ὡς ἐχρήσατε, ἀγγέλλομεν ὑμῖν, τῇ πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν Μαΐων ἡμᾶς ἐπιτελέσοντας τῇ ὑπεισερχομένῃ ἰνδικτιῶνι. ἡ ὑποταγή. ὁ θεὸς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν τὴν ἁγίαν ὑμῶν συνοδον φυλάξῃ, ὅπερ εὐχόμεθα, τιμιώτατοι ἀδελφοί.

Incipit epiſtola Attici epiſcopi Conſtantinopolitani ad eoſdem.

Ἀρχεται ἡ ἐπιστολὴ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς τοὺς αὐτούς.

CXXXVI.

ρλϛ'.

Dominis ſanctis, merito beatiſſimis fratribus & coepiſcopis, Aurelio, Valentino, vel ceteris cariſſimis in Synodo apud Carthaginẽ habita conſtitutis, Atticus epiſcopus.

Τοῖς κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ μακαριωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συνεπισκόποις, Αὐρηλίῳ, Βαλεντίνῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνελθοῦσι συνόδῳ, Ἀττικὸς ἐπίσκοπος.

Concilium Afri. c. 103.

PER filium noſtrum Marcellum ſubdiaconum veſtrum ſcripta veſtræ dilectionis cum omni gratiarum actione ſuſcepi, Domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui. Domini beatiſſimi fratres, ſcripſiſtis ſane, vt veriſſimos Canones apud Nicæam ciuitatem, metropolim Bithyniæ, a patribus conſtitutos ſub fidei adſtipulatione dirigam. Et quis eſt, qui communem fidem, vel ſtatuta a patribus firmata ſuis fratribus deneget? Quade re per eumdem filium meum Marcellum, ſubdiaconum veſtrum ὑπογράψας; ὅθεν διὰ τοῦ αὐτοῦ τέκνου ἡμῶν Μαρκέλλου τοῦ ὑποδιακόνου

ΔΙΑ τῶν τέκνου ἡμῶν Μαρκέλλου τοῦ ὑποδιακόνου ὑμῶν, γράμματα τῆς ὑμετέρας ἀγάπης μετὰ πάσης εὐχαριστίας ἐδεξάμην, τῷ κυρίῳ εὐχαριστῶν, ὅτι ἠξιώθην τοσούτων ἀδελφῶν εὐλογίας ἀπολαῦσαι. κύριοι μακαριώτατοι ἀδελφοί, ἐχρήσατε δηλαδή, ἵνα σοὶ ἀληθεστάτους κανόνας σοὶ ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν πατέρων ὁρισθέντας μετὰ τῆς τῶν πίστεως ἐκθέσιν ἀποστείλω. τίς ἐστιν ὁ τὴν κοινὴν πίστιν καὶ σοὶ ὅρους σοὶ ἀπὸ τῶν πατέρων βεβαιωθέντας τοῖς ἰδίοις ἀδελ-

ὑμῶν παύσασθαι σπεύδοντος, καθὼς οἱ ἐν Νικαίᾳ ἀπὸ τῶν πατέρων ὡρισμένοι κανόνες, ἐν ὁλοκλήρῳ, ὡς ἐκελεύσατε, ἀπέστελλα, αἰτῶν τὴν ὑμετέραν ἁγίαν συνοδον ὑπὲρ ἐμοῦ πλείστας εὐχὰς καταξιῶσαι. ἡ τοιαύτη σφή. ὁ κύριος ἡμῶν φυλάξει τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὅπερ εὐχόμεθα, ἁγιώτατοι ἀδελφοί.

Strum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa ciuitate a patribus, Canones, in integro, vt iussistis, direxi; petens, vt pro me plurimum vestra sancta congregatio orare iubeat. & alia manu. Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sanctissimi fratres.

Ἀρχεται τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τὰ ὑποταλέντα τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν Δεκεμβρίων, μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ονωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ἔννατον, τῶν Αὐγούστων, Βονιφατίῳ τῷ ὑποκόπῳ Ρώμης.

Incipiunt exemplaria Concilii Nicæni directa sub die VI. *Kalendas Decembris, anno* CCCCXIX. *post consulatum glorioſiſſimorum imperatorum Honorii* XII. *& Theodoſii* IX. *Auguſtorũ, Bonifacio vrbis Romæ epiſcopo.*

ρλζ'.

CXXXVII.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς· θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν καιρὸς ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

CREDIMVS in vnum Deum patrem omnipotentem, visibilium, necnon & inuisibilium creatorem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum ex Patre vnigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non creatum, eiusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, cælestia & terrena. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est. Et resurrexit tertia die, ascendit in cælum, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritũ sanctum. Eos vero qui dicunt, erat tempus quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia substantia vel essentia esse, aut mutabilem, aut conuertibilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Concilium Afri. c. 104.

Huic symbolo fidei etiam exemplaria statutorum eiusdem Concilii Nicæni a memoratis pontificibus annexa sunt, sicut superius per omnia continentur; quæ nos hic iterum conscribi necessarium non esse credidimus.

Τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τῆς πίστεως καὶ τὰ ἴσα τῷ ὅρῳ τῆς αὐτῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐκ τῶν μνημονευθέντων ἱερέων προσεζήτησαν, ὡς μᾶλλον ἐν πᾶσι προελέγοντας ἅπερ ἡμεῖς ἐνταῦθα πάλιν τὰ αὐτὰ γραφῆναι ἀναγκαῖον οὐχ ἡγησάμεθα.

Incipit epistola Concilii Africani ad papam Cælestinum urbis Romæ episcopum.

Ἀρχεται ἡ ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Κελεστῖνον τὸν πάπαν, τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπίσκοπον.

CXXXVIII.

ρλη'.

Domino dilectissimo & honorabili fratri Cælestino, Aurelius, Palatinus, Antonius, Totus, Seruusdei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Januarius, Optatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & ceteri, qui in vniuersali Africano Concilio Carthaginis adfuimus.

Δεσπότῃ ἀγαπητῷ καὶ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ Κελεστίνῳ, Αὐρήλιος, Παλατῖνος, Αντώνιος, Τοῦτος, Σερβουσδεΐ, Τερέντιος, Φουρτουνᾶτος, Μαρτῖνος, Ιαννουάριος, Ὀπτᾶτος, Κελτίκιος, Δονᾶτος, Θεάσιος, Βικτόριος, Φουρτουναπανὸς, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν πάσῃ τῇ συνόδῳ τῆς Καρχηδόνος εὑρεθέντες.

Concilium Afric. c. 105.

OPTAREMVS, vt quemadmodum sanctitas tua de aduentu Apiarii lætatos vos fuisse, missis per compresbyterum nostrum Leonem literis, intimauit, ita nos quoque de eius purgatione hæc scripta cum lætitia mitteremus. Esset profecto & nostra & vestra modo alacritas certior, nec festinata, nec præpropera videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quam de audito præcesserat. Aduenientе sane ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino, Concilium congregauimus, & credidimus ideo eum cũ illo missum, quoniã sicut per eius operam presbyterou πεμφθέντα, ἵνα ὥσπερ * ὁ τούτου τῇ αὐτῇ σπουδῇ τῷ * πρεσβυτέρῳ

ΗΥΧΟΜΕΘΑ ὄν τρόπον ἡ σὴ ἁγιωσύνη περὶ τῆς προόδου τοῦ Ἀπιαρίου χαίρειν ὑμᾶς ἐδήλωσε, γραμμάτων πεμφθέντων διὰ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Λέοντος, οὕτως κἀ ἡμεῖς ὁμοίως περὶ τῆς καθαρισμοῦ αὐτοῦ τὰ πρόπαλαι γράμματα μετὰ χαρᾶς ἀπεστείλαμεν. ἐν ᾧ δηλαδὴ καὶ ἡ ἡμετέρα καὶ ἡ ὑμετέρα προθυμία ἀσφαλεστέρα, κἀ οὐδὲ προπετὴς ἐδόκει ἡ ὅπη τοῦ ἀκμὴν ἀκουστέου, ἅπερ ὡς περὶ ἀκουσθέντος προηγησαμένη. παραγινομένου τοίνυν πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἁγιωτάτου ἀδελφοῦ κἀ συνεπισκόπου ἡμῶν Φαυστίνου, συνηξάμεθα σύνοδον, καὶ ἐπεπέμψαμεν διὰ τοῦτο αὐτὸν μετ' ἐκεί-

* ἐκείνου
* πρεσβυτέρου

ἀπεδόθη, οὕτως ἐνῦν δωνηθῇ τῷ αὐτῷ σκοπῷ ἐκ τῆς ὑπὸ τῆς ἐν Θαβρακλωαῖς ὑποβληθέντων τοσούτων ἐγκλημάτων καθαρθῶναι· οὗ γὰρ τὰ τοσαῦτα καὶ οὕτως παμμιγέθη ἀποπίμπλασθαι ἡ πληθὺς καταδραμοῦσα τῆς ἡμετέρας συνόδου εὗρεν, ὅπ ἐν τῷ μνημονευθέντος τιὼ παρωνίαν μᾶλλον ἢπερ κρίσιν, καὶ τιὼ ὡς ἐκδίκου ὑπουδιὼ μᾶλλον ἢπερ διαγνώστου δικαιοσύνιω ὑπερενίκησεν. πρῶτον μὲν γὰρ ἀντέστη μεγάλως πάσῃ τῇ συνόδῳ διαφόρους ὕβρεις ἐπιφέρων, ὡσανεὶ τὰ περιβλήματα τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας διεκδικῶν, καὶ θέλων αὐτὸν παρ' ἡμῖν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι, ὃν ἡ σὴ ἀγιωσύνη πιστώσασα ἐκκαλεῖται, ὅπερ ἀποδεῖξαι ἐκ ἠδυνήθη, τῇ κοινωνίᾳ ἀποδέδωκεν. ὅμως ἦλον αὖπω τοῦτο ἐζεγένετο, ὅπερ ἐπὶ μὲν τῇ ἀναγνώσει τῶν πεπραγμένων κρεῖττόνως γνοίης. τελευμέρου μὲν τοι δίκης ἐπὶ μόχθου κινηθείσης, ἐν ὅσῳ τὰ διάφορα τῷ αὐτῷ ὑποβληθέντα συντελούμενοι ἐζητοῦμεν, ὁ θεὸς ὁ δίκαιος κριτὴς, ὁ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, τάς τε παρολκὰς ἔ συνεπισκόπου ἡμῶν Φαυστίνου, ἔ τὰς τεψερείας τοῦ αὐτοῦ Απαείου, οἷς τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ αἰσχρότητας συνεκάλυψαν ἐπηρείσθη, μεγάλῃ συντομίᾳ ἔτεμε, τῆς σχαντῆς δηλασθῆ καὶ δυσωδεστέρας ὑπομονῆς καταργηθείσης, καὶ τῆς αἰσχυντίας τῆς ἀρνήσεως, δι' ἧς τῶν τοσούτων ἡδονῶν (ν) βόρβορον ἐβούλετο καταβυθίσαι. τοῦ γὰρ θεοῦ ἡμῶν τὴν συνείδησιν αὐτοῦ ξενοχωρήσαντος, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ κρυπτὰ ὡς ἐν ἰλυῖ τῶν ἐγκλημάτων ἤδη καταδεδικασμένα, πᾶσιν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσθητοῖς δημοσιοῦσαντος, ἀφθονίως εἰς ὁμολογίαν παντῶν τῶν ὑποβληθέντων αὐτῷ ἐγκλημάτων ὁ δόλιος ἀρνητὴς ἐξέρρηξεν. καὶ μόλις ποτὲ τοῦ παντὸς τὰ ἀπιθανὼν

rio antea redditus fuerat, ita nũc posset de tantis criminibus a Tabracenis obiectis, eo laborante, purgari: cuius tanta ac tam immania flagitia decursũ nostri Concilii examen inuenit, vt & memorati patrocinium potius quam iudicium, ac defensoris magis operam, quam disceptatoris iustitiam superarent. Nam primum, quantũ obstiterit omni congregationi diuersas iniurias ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens priuilegia, & volens eum a nobis in communionem susci pi, quem tua sanctitas credens appellasse, quod probare non potuit, communioni reddiderat: quod minime tamen licuit, quod etiam gestorum ex lectione melius cognosces. Triduano tamen laboriosissimo agitato iudicio, cum diuersa eidẽ obiecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiuersationes ipsius Apiarii, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, *Deus iudex iustus, fortis & longanimis*, magno compendio resecauit. Tetriore quippe ac putidiore obstinatione compressa, qua tantum libidinum cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro eius conscientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde tamquam in volutabro criminũ iam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum obiectorum flagitiorum dolosus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibili- *Psalm. 7.*

bus opprobriis vltroneus se ipse conuicit, atque ipsam quoque nostram spem, qua eum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, conuertit in gemitus: nisi quoniam istam nostram mœstitiam vno tantum solatio mitigauit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absoluit, & suis vulneribus qualemcumque medelam, etsi inuite, ac sua conscientia reluctante, confessione prouidit, domine frater. Præfato itaque debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem vltra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facile aduertet venerabilitas tua. Nam & si de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi præcaueri, quanto magis hoc de episcopis voluit obseruari, ne in sua prouincia a communione suspensi, a tua sanctitate vel festinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni restitui? Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia, sicuti te dignum est, repellat sanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africanæ, & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos, suis metropolitanis apertissime cõmiserunt. Prudentissime enim iustissimeq; prouiderunt, quæcumq; negotia in suis locis,

Modũ prosequendæ appellationis alium instituirogant.

Nicæni Concil. c. 6.

ὀνειδῶν ἑκοντὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἤλεγξε, καὶ αὐτὴν ὁμοίως τὴν ἡμετέραν ἐλπίδα, ἣν ἵνα καὶ ὑπεβάλλομεν αὐτὸν, καὶ ηὐχόμεθα ἐκ τῆς οὕτως ἐπαχθῶν αἰτίων δυνάσθαι καθαρθῆναι, μετέστρεψεν εἰς στεναγμούς· εἰ μὴ ὅτι τοῦτο τὴν ἡμῶν τὴν λύπην μιᾷ & μόνῃ παραμυθίᾳ κατεπράϋνεν, ὅτι & ἡμᾶς τὸν ὀδυρμὸν τὸν διὰ λογισμοῦ καμάτου βιλύπωσε, καὶ τοῖς ἰδίοις τραύμασιν ὁτεδήποτε ἴασιν, εἰ & ἀκουσίως, καὶ τῆς ἰδίας συνειδήσεως ἀντιμαχομένης, ὁμολογήσας προενοήσατο, κύριε ἀδελφέ. ἐν προφάτῳ τοίνυν τῇ καθηκόντος τὴν ὀφειλομένης προσκυνήσεως ἐκπληρουμένου, ἱκετεύομεν, ἵνα τὰ λοιπὸν πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἔνθεν ἐντεῦθεν παραγινομένους βιαίως μὴ προσδέχησθε, μηδὲ ἔνθα ἡμῖν ἀκοινωνητέους εἰς κοινωνίαν τὰ λοιπὸν θελήσητε δέξασθαι· ἐπειδὴ τοῦτο καὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ ὀφειλὲν βιαίως ὅρον ἢ σὴ σεβασμιότης. εἰ γὰρ καὶ περὶ κατωτέρων κληρικῶν καὶ λαϊκῶν φάναι ἐκεῖ παραφυλάττεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τοῦτο περὶ ἐπισκόπων βούλεται παραφυλαχθῆναι; μὴ οὖν οἱ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἀναρτηθέντες, παρὰ τὴν σὴν ἀγωστύνης ἀσυνδέτως καὶ καθὼς μὴ χρὴ φανῶσιν ἀποκαθιστάμενοι τῇ κοινωνίᾳ. καὶ τοὺς πρεσβυτέρων δὲ ὁμοίως, καὶ τὸ ἑπομένων κληρικῶν τὰς διαδρομὰς ἀποφυγὰς, ὡς ἔστι σοῦ ἄξιον, ἀποδιώξει ἡ ἀγωστύνη σή· ἐπειδὴ & οὐ διάφορος ὅρου τὸ παλαιὸν τοῦτο ἀπηγόρευται τῇ ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰ ψηφίσματα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, εἴτε κληρικοὺς τὸ κατωτέρου βαθμοῦ, εἴτε αὐτοὺς ἀπισκόπους τοὺς ἰδίους μητροπολίτας φανερῶς τάττει κατέπεμψαν. συνετῶς γὰρ καὶ δικαίως συνεῖδεν, ἅπερ σήποτε πράγματα ἀναφύσει, ταῦτα

ἐν

ἐν τοῖς ἰδίοις ὀφείλειν πρᾶτθαι τόποις. οὔτε γὰρ μιᾷ καὶ ἑκάστῃ προνοίᾳ ἐλογίσαντο ἐλλείπειν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος, δι' ἧς ἡ δικαιοσύνη ἀπὸ τοῦ τοῦ Χριστοῦ ἱερέων καὶ ὁρᾶται φρονίμως, καὶ κατέχεται σταθερῶς· μάλιστα, ὅπ ἐνὶ καὶ ἑκάστῳ συγκεχώρηται, ἐὰν πρὸ τῆς δίκης τοῦ διαγνωστῶν προείσηται ἀπὸ πρὸς τὰς συνόδους τῆς ἰδίας ἐπαρχίας, ἢ ἐπ μιᾷ εἰς οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐκκαλέσασθαι· εἰ μὴ ἄρα τίς ὅστιν, ὅστις πιθήσῃ, ἐνὶ ὡπινιδήποτε δυνάσθαι τὸν θεὸν ἡμῶν ἐμπνεῦσαι τὴν δικαιοσύνην, τοῖς δὲ ἀριθμήτοις εἰς σύνοδον συνηθροισμένοις ἱερεῦσιν ἀρνεῖσθαι. πῶς γὰρ αὕτη ἡ πραιτωρικὴ κρίσις βεβαία ἔσται, πρὸς τὴν μαρτύρων τὰ ἀναγκαῖα πρόσωπα, ἢ διὰ τὴν τῆς φύσεως, ἢ διὰ τὴν τοῦ γήρους ἀσθένειαν, ἢ πολλοῖς ἄλλοις ἐμποδισμοῖς συνισχῆναι οὐ δυνάμενα; πρὸ γὲ, πνας ὡσανεὶ ἐκ τοῦ πλήθους τῆς σῆς ἁγιωσύνης πέμπεσθαι, οὐδεμιᾷ τοῦ πατέρων συνόδῳ ὠφελεῖν ἀφείσκομεν. ἐπειδὴ ὅπερ πάλαι διὰ τοῦ αὐτοῦ συνεπισκόπου ἡμῶν Φαυστίνου, ὡσανεὶ ἐκ μέρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου αὐτόθεν ἀπέσταλτο ἐν ταῖς ἀληθεστέραις ἀπογραφαῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ, ἅσπερ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας συνεπισκόπου ἡμῶν, καὶ παρὰ τοῦ προσκυνητοῦ Ἀττικοῦ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπου, πεμφθείσας ἐκ τῶν αὐθεντικῶν· αἱ γὲνες ἐπ μιᾷ πρὸ τούτου διὰ Ἰννοκεντίου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ Μαρκέλλου τοῦ ὑποδιακόνου, δι' ὧν πρὸς ἡμᾶς παρ' ἐκείνων ἀπεστάλησαν, τῷ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Βονιφατίῳ τῷ ἐπισκόπῳ τῷ προσηγορευμένῳ ὑμᾶς παρ' ἡμῶν ἐξεπέμφθησαν, τοιοῦτό τι ποτε ἐκ ἠδυνήθη-

vbi orta sunt, finienda. Nec vnicuiq; prouidentiæ gratiã sancti spiritus defuturam: quæ æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxime, quia vnicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad Concilia suæ prouinciæ, vel etiã vniuersale prouocare. Nisi forte quisquam est qui credat, vnicuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam vt aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus patrum Synodo constitutũ. Quia illud quod pridem per eumdem coepiscopum nostrum Faustinum, tamquam ex parte Nicæni Concilii, exinde transmisistis, in Conciliis verioribus quæ accipiuntur Nicæni, a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinę ecclesię, & a venerabili Attico Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconũ, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori vestro a nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potui- Nicæni Concil. c. 5.

mus reperire. Executores etiam clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhũ sæculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amoto iam pro suis nefandis nequitiis de Christi ecclesia dolendo Apiario) securi sumus, quod eum probitate ac moderatione tuæ sanctitatis, salua fraterna caritate, vlterius Africa minime sustinere patiatur. Et alia manu: Dominus noster sanctitatem vestram æuo longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater.

μὴν δύρεῖν. ἐκβιβασας τοίνυν κληεικοὶς * ἡμῶν, ζενῶν αἰτέντων, μὴ θέλετε * al. ὑμῶν, ἀποστέλλειν, μήτε προσχωρεῖν, ἵνα ⁂ καπνώδη τύφον τῆς κόσμου δόξωμεν εἰσάγειν τῇ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ, ἥτις τὸ φῶς τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὴν ἡμέραν τοῖς τὸν θεὸν ἰδεῖν ἐπιθυμοῦσι προφέρει. τῆς γὰρ κλαυσίμου Απαεΐου ἤδη ἀπὸ τῆς ἀδελφοῦ ἡμῶν Φαυστίνου καὶ τὰς ἰδίας ἀθεμίτους ἀλλοτριοπραγίας ἐκ τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἐκκλησίας ἀποκηρυττόντες, ὅπερ τοῦτον τῇ δοκιμῇ καὶ ῥυθμίσει τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἐν τῷ σώζεσθαι πρὸς ἀδελφικὴν ἀγάπην, πρεσβεύω ἡ Αφρικὴ οὐδαμῶς ὑπομείνῃ. ἡ ὑποζαφή· ὁ θεὸς ἡμῶν πρὸς ἁγιωσύνην ὑμῶν ἐπὶ μήκιστον ⁂ χρόνον ⁂ φυλάξει ὑπὲρ ἡμῶν δυναμένην, κύριε ἀδελφέ.

NOTÆ IN CONCILIVM AFRICANVM.

Africanum non vnum est, sed ex multis collectum.

[a] *Concilium Africanum.*] Ita dictum est, quod (sicut in eius exordio declaratur) quæcumque Concilia sub Aurelio Carthaginensi illic celebrata fuerunt, per epitomen sunt collecta.

Causa Cõcilii.

Quinquennalem illam controuersiam Africanorum de modo prosequendæ appellationis ad sedem apostolicam interpositam, tempore Zosimi pontificis exortam, huic Concilio conueniendi causam dedisse, indicant epistolæ synodicæ ad Bonifacium & Cælestinum pontificem scriptæ. Horum quatuor priora, sub pontificatu Siricii: tria sequentia, sub Anastasii pontificatu: octo sub Innocentio; reliqua sub Zosimo, Bonifacio & Cælestino pontificibus celebrata fuerunt, vt patet ex notis Conciliorum eorum, quæ supra sub prædictis pontificibus posita fuerunt. Quo tempore, quamve ob causam singula habita fuerint, ex marginalibus notis, lector, cognoscere poteris. Plurimorum Conciliorum idem initium causam dedit, quod præter morem ea in margine notauerimus.

Quo tempore celebratum fuerit.

[b] *Tempore Bonifacii & Cælestini.*] Hoc aperte indicant synodales epistolæ in eadem Apiarii & prosequendæ appellationis causa scriptæ. Hac itaque ratione inductus, conuenientius esse putaui, vt hoc Concilium, quod prioribus editionibus sub Bonifacio collocatum fuit, ad primum annum Cælestini pontificis referrem. Vt id facilius & libentius præstarem, animum addidit Baronius, qui in additionibus suis ad annum 397. ita fieri debere expresse asseruit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EPISTOLA EPISCOPORVM AFRICÆ, QVAM CVM LEPORII LIBELLO miserunt ad episcopos Galliæ, Proculum videlicet Massilienſem, & alios.

Dilectiſſimis & honorabilibus fratribus & conſacerdotibus, Proculo & Cylinnio, Aurelius, Auguſtinus, Florentius & Secundinus, in Domino ſalutem.

FILIVM noſtrum Leporium apud veſtram ſanctitatem pro ſui erroris præſumptione merito idoneeque correptum, cum ad nos poſteaquam inde exturbatus eſt veniſſet, ſalubriter perturbatum, corrigendum ſanandumque ſuſcepimus. Nam ſicut vos obediſtis Apoſtolo vt corriperetis inquietos, ita & nos vt conſolaremur puſillanimes, ac ſuſciperemus infirmos. Cum enim præoccupatus eſſet, ſicut homo, in aliquo delicto, eodemque non paruo, vt de vnigenito filio Dei, quod erat in principio verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, cum autem venit plenitudo tẽporis, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, non recta quædam ſaperet, nec vera ſentiret, negans Deum hominem factum; ne videlicet ſubſtantiæ diuinæ, quæ æqualis eſt patri, indigna mutatio vel corruptio ſequeretur: nec videns quartam ſe ſubintroducere in Trinitate perſonam, quod a ſanitate ſymboli, catholicæque veritatis prorſus alienum eſt: eum ſicuti potuimus, adiuuante Domino inſtruximus in ſpiritu lenitatis; præſertim quia cum hoc admoneret vas electionis, adiecit: *Intendens teipſum, ne & tu tenteris:* ne ita ſe quidam ad prouectum ſpiritalem peruenisſe gauderent, vt ſe iam non poſſe tentari tamquam homines putarent. addiditque ſalubrem pacificamque ſententiam, vt alter alterius onera portemus, quoniam ſic adimplebimus legem Chriſti. Qui enim putat ſe eſſe aliquid, cum ſit nihil, ſeipſum ſeducit, dilectiſſimi & honorabiles fratres. Quam tamen eius emendationem nequaquam forte implere poſſemus, niſi vos ante quæ in eo mendoſa fuerant, damnaretis. Idem igitur

1. Theſſ. c. 5. v. 41.

Galat. c. 1. v. 1. & 2.

& dominus & medicus noſter vtens vaſis ac miniſtris ſuis, qui dixit: *Ego percutiam, & ego ſanabo:* per vos percuſſit tumentem, per nos ſanauit dolentem. Idem ſuæ domus adminiſtrator atque prouiſor, per vos deſtruxit male conſtructa, per nos bene compoſita reſtaurauit. Idem diligens agricola poſſeſſionis ſuæ ſterilia per vos eradicauit, & noxia; vtilia per nos & fecunda plantauit. Non itaque nobis, ſed eius miſericordiæ demus gloriam, in cuius manu ſumus & nos & ſermones noſtri. Et ſicut in ſupradicto filio noſtro miniſterium veſtrum humilitas noſtra laudauit, ſic etiam ſanctitas veſtra noſtro miniſterio gratuletur. Paterno igitur & fraterno corde ſuſcipite a nobis miſericordi ſeueritate correctum. Etſi enim aliud per nos, aliud per vos, vtrumque tamen fraternæ ſaluti neceſſarium vna caritas fecit. vnus ergo Deus fecit, quoniam Deus caritas eſt. Proinde ſicut per ſuam præſentiam ſuſceptus eſt a nobis, ſic per ſuam epiſtolam ſuſcipiatur a vobis. cui quidem epiſtolæ noſtra etiam manu ſubſcribendum putauimus, ipſius eſſe teſtantes. Hanc eius correctionem dilectionem veſtram minime dubitamus & gratanter accipere, & eis notam facere, quibus eius error ſcandalum fuit: quia & illi qui cum eo venerunt ad nos, cum illo correcti atque ſanati ſunt, ſicut eorum ſubſcriptionibus, quæ coram nobis factæ ſunt, tenetur expreſſum. Supereſt vt de fraterna ſalute lætati, reſcriptis beatitudinis veſtræ nos viciſſim lætificare dignemini. Optamus vos, dilectiſſimi & honorabiles fratres, in Domino bene valere memores noſtri.

Deut. c. 32. v. 39.

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[1] *Dilectiſſimis & honorabilibus*, &c.] Huic epiſtolæ titulus in hæc verba præfixus eſt in codice Leodienſi: *Epiſtola Aurelii, Auguſtini, Florentii & Secundini, ad conſacerdotes Proculum & Cylinnium, de quodam Leporio, qui pro eo quod non recta quædam ſaperet, nec vera de fide ſentiret, pro hac ſui erroris præſumptione a ſanctis memoratis patribus Proculo & Cylinnio correptus, & de loco ſuo eiectus, ad ſanctos Auguſtinum, & alios præmiſſos viros, peruenit gratia confugii. Vnde ab eis ſalubriter correctus, & ad ſanam doctrinam reductus, ſuo eſt epiſcopo per propriam epiſtolam catholice ſentientem cum ſociis reconciliatus.*

EPISTOLA,

SEV

LIBELLVS EMENDATIONIS LEPORII MONACHI AD EPISCOPOS GALLIÆ.

Integra non exstat. quæ autem sequuntur, ex Cassiano decerpta sunt lib. 1. de incarnatione Domini, vbi flebiles confessionis & planctus Leporii literas vocat.

QVID in me primum, o domini mei venerandi & beatissimi sacerdotes, accusem, nescio; & quid in me primum excusem, non inuenio. Sic imperitia & superbia, sic stulta simplicitas cum persuasione noxia, sic feruor cum intemperantia, sic, vt verius dicam, cum sui diminutione debilis fides, simul in me omnia recepta viguerunt, vt tot & tantis simul sit & obedisse confusio, & hæc eadem ab animo potuisse cedere, mihi stupenda gratulatio. Et post pauca. Si ergo minime percipientes hanc potentiam Dei, sensu nostro & propria ratione sapientes, quasi in inferiora se Deus agere videatur, ita hominem cum Domino natum esse dicamus, vt seorsum quæ Dei sunt soli Deo demus, & seorsum quæ sunt hominis soli homini reputemus; quartam manifeste introducimus in Trinitate personam, & de vno filio Dei non vnum, sed facere incipimus duos Christos: quod a nobis ipse Dominus Deus Christus auertat. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum, vnicum filium Dei, qui sibi ante sæcula natus ex patre est, nobis a tempore de Spiritu sancto ex Maria semper virgine factum hominem, natum Deum: & confitentes vtramque substantiam, carnis ac verbi, vnum eumdemque Deum atque hominem inseparabilem semper pia fidei credulitate suscipimus: & ex tempore susceptæ carnis sic omnia dicimus quæ erant Dei transisse in hominem, vt omnia quæ erant hominis in Deum venirent: & hac intelligentia verbum factum sit caro, non vt conuersione aut mutabilitate cœperit esse quod non erat, sed vt potentia diuinæ dispensationis verbum patris nunquam a patre discedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatusque sit vnigenitus secreto illo mysterio, quo ipse nouit. nostrum namque est credere, illius nosse. Ac sic ipse Deus

verbum totũ ſuſcipiens quod eſt hominis, homo ſit, & aſſumptus homo totũ accipiens quod Deus eſt, aliud quam Deus eſſe non poſſit. Non tamen, quia incarnatus dicitur & immixtus, diminutio eius eſt accipienda ſubſtantiæ. Nouit enim Deus ſine ſui corruptione miſceri, & tamen in veritate miſceri: nouit in ſe ita ſuſcipere, vt nihil ei creſcat augmenti; ſicut ſeipſum totum nouit infundere, vt nihil accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis noſtræ, ſecundum experimentorum viſibilia documenta, facientes coniecturam de æqualibus ſe inuicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confuſione carnis & verbi quaſi aliquod corpus effectum. Abſit ita credere, vt conflatili quodammodo genere duas naturas in vnam redactas arbitremur eſſe ſubſtantiam. Huiuſmodi enim commixto partis vtriuſque corruptio eſt. Deus enim, qui capax non capabilis eſt, penetrans non penetrabilis, implens non implebilis, qui vbique ſimul totus eſt, & vbique diffuſus eſt, per infuſionem potentiæ ſuæ miſericorditer naturæ eſt mixtus humanæ. Et poſt pauca. Naſcitur ergo nobis proprie de Spiritu ſancto & Maria ſemper virgine Deus homo Ieſus Chriſtus filius Dei: ac ſic in alterutrum vnum fit verbum & caro, vt manente in ſua perfectione naturaliter vtraque ſubſtantia, ſine ſui præiudicio & humanitati diuina communicent, & diuinitati humana participent; nec alter Deus, alter homo, ſed idem ipſe Deus qui & homo, & viciſſim homo qui & Deus Ieſus Chriſtus, vnus Dei filius nuncupetur & vere ſit. Et ideo id agendum nobis ſemper eſt & credendum, vt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei Deum verum, quem cum patre ſemper, & æqualem patri ante ſæcula confitemur, eumdem a tempore ſuſceptæ carnis factum Deum hominem non negemus: nec quaſi per gradus & tempora proficientem in Deum, alterius ſtatus fuiſſe ante reſurrectionem credamus, alterius poſt reſurrectionem, ſed eiuſdem ſemper plenitudinis atque virtutis. Et item paulo poſt. Sed quia verbum Deus in hominem dignanter hominem ſuſcipiendo deſcendit, & per ſuſceptionem Dei homo aſcendit in verbum, totus Deus verbum factus eſt totus homo. Non enim Deus pater homo factus eſt, nec Spiritus ſanctus,

Ioannes II. papa epiſt. 3. Facundus lib. 1.

sed vnigenitus patris. ideoque vna persona accipienda est carnis & verbi, vt fideliter sine aliqua dubitatione credamus vnum eumdemque Dei filium inseparabilem semper, geminæ substantiæ etiam gigantem nominatum, in diebus carnis suæ, & vere omnia semper gessisse quæ sunt hominis, & vere semper possedisse quæ Dei sunt: quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. *Cetera desiderantur.* *Psal.18.* *2. Cor. 13.*

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[1] *Libellus emendationis Leporii.*] Leporius monachus Massilia ob hæresim eiectus, cum in Africa resipuisset, ibi conscripsit libellum emendationis, atque inde in Galliam ad episcopos misit, circa annum Christi 425. Baronius ad annum refert 420. Ioannes II. papa in epistola 3. ad Auienum & alios senatores, locum recitans ex hoc libello seu epistola Leporii, a Synodo Africana confirmatam testatur: *Leporius*, inquit, *in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & Augustinus, & Synodus Africana firmauit.* Quod si Africanam eam dixit, quam habemus, post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. anno Christi 419. celebratam, in eumdem scilicet annum Leporii emendationem incidisse statuendum est.

De illo tunc monacho, postea presbytero, præter Cassianum lib. 1. de incarnatione Domini cap. 4. & Gennadium de viris illustribus cap. 59. scribit etiam Facundus Hermianensis episcopus lib. 1. de tribus capitulis Synodi Calchedonensis, ad Iustinianum imperatorem his verbis: *Cum quidam Leporius presbyter apud Gallias, deprauatus a vera & antiqua ecclesia fide, eadem dicere præsumeret quæ postea Nestorius docuit, atque inde pro tali errore depulsus in Africam docendus veniret, illic instructus, vt docet Apostolus, in spiritu mansuetudinis a spiritalibus patribus Aurelio Carthaginensi, & Augustino, atque aliis Africanis episcopis, prauissimam nouitatem sui dogmatis abdicauit. Scripsit autem libellum satisfactionis idem Leporius ad Gallos episcopos, quem memorati venerabiles patres, Aurelius atque Augustinus, & ceteri sic probauerunt, vt ad faciendam veritatis fidem etiam suas ei subscriptiones adiicerent. In quo libello post multa sic dixit: Nascitur ergo proprie de Spiritu sancto ex Maria virgine Deus homo Iesus Christus,* &c.

VALENTINIANI III. CÆSARIS CONSTITVTIO

De diuersis ecclesiasticis capitibus in Galliam missa Theodosio Augusto XI. & Valentiniano Cæsare consulibus, anno Christi CCCCXXV.

I. *Vt priuilegia ecclesiis seruentur.*
II. *Clerici ad sæculares iudices non trahantur.*
III. *Vt pellantur episcopi Pelagiani.*
IV. *Manichæi item, omnesque hæretici, cum mathematicis.*
V. *Vt Iudæis causas agere, aut militare non liceat, nec mancipia Christiana habere.*

Imperator Theodosius Augustus, & Valentinianus Cæsar, Armatio viro illustri præfecto prætorio Galliarum.

I.

Codicis Theod. de episcop. eccles. & cler. lib. 47.

PRIVILEGIA ecclesiarum, vel clericorum omnium, quæ sæculo nostro Tyrannus inuiderat, prona deuotione reuocamus. scilicet vt quidquid a diuis principibus singuli quique antistites impetrarunt, iugi solidata æternitate seruetur: nec cuiusquam audeat titillare præsumptio, in quo nos nobis magis præstitum confitemur.

II.

Clericos etiam, quos indiscretim ad sæculares iudices debere deduci infaustus præsumptor edixerat, episcopali audientiæ reseruamus: his manentibus, quæ circa eos sanxit antiquitas. Fas enim non est, vt diuini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Inlustris auctoritas tua omni æuo mansura, quæ iussimus in prouinciarum missa notitiam, præcipiet etiam sub pœna sacrilegii custodiri; specialiter id inlustribus comprehensura præceptis, vt in omnibus circa ecclesiastica priuilegia veterum principum statuta seruentur.

III.

Diuersos vero episcopos nefarium Pelagiani & Cælestiani dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacrosanctæ legis antistitem præcipimus conueniri. Quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conuentionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultа-

tem, errata correxerint, seseque catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco sacerdotium fidelius subrogari: quatenus præsentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum disciplinæ iustioris instituatur.

IV.

Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus deprauari, Manichæos, omnesque hæreticos, vel schismaticos, siue mathematicos, omnemque sectam catholicis inimicam, ab ipso aspectu vrbium diuersarum exterminari debere præcipimus, ne præsentiæ quidem criminosorum contagione fœdentur. Cod. Theodos. De hæreticis l. 64.

V.

Iudæis quoque, vel paganis, causas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianæ legis nolumus seruire personas, ne occasione dominii sectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subuenerit. Data VII. Idus Iulias Aquileiæ, conss. D. N. Theodosio Augusto XI. & Valentiniano Cæsare consulibus.

NOTA IACOBI SIRMONDI SOCIETATIS IESV.

[1] *Valentiniani III. Cæsaris constitutio.*] In optimo & antiquissimo codice ecclesiæ Lugdunensis, in quo post Synodos Gallicanas adiectæ ad finem sunt integræ diuersorum principum constitutiones 16. de rebus ecclesiasticis, ducto ab iis tribus initio, quæ iam editæ sunt ad calcem codicis Theodosiani, huic Valentiniani Cæsaris constitutioni, qui sexta ordine numeratur, titulus argumenti loco est huiusmodi: *Non licere clericos iudicio publico litigare, & omnes hæreticos debere de ciuitatibus proiici, & Christianos seruos non debere Iudæis seruire, & Iudæos non debere militare.*

Anno Christi 427.

[a] CONCILIVM CONTRA MASSALIANOS HÆRETICOS IN ORIENTE CELEBRATVM ANNO CCCCXXVII. sub Cælestino pontifice.

NOTA.

[a] *Concilium.*] Anno Christi 429. Cælestini 4. Theodosii 20. celebrata est Synodus in oriente, in qua aduersus Massalianos hæreticos, Causa, locus & tempus Concilii.

alias ſępe damnatos, conſtitutum fuit, ne, licet ſummam prę ſe ferrent pœnitentiæ ſpeciem, amplius in eccleſiam reciperentur, quam ſæpius grauiſſime eluſerant. Hunc conuentum epiſcoporum celebrem fuiſſe, ex præſentia Siſinnii Conſtantinopolitani, & Theodoti Antiocheni epiſcopi, euidenter intelligi poteſt. Acta huius Synodi perierunt: Canon, quem Photii bibliotheca ſeruauit, reliquus reperitur hic dumtaxat vnus: *Si quis poſt anathematiſmum fuerit aliquando deprehenſus vel verbo, vel opere in ſuſpicionem huius morbi lapſus, nunquam amplius in poſterum locum habeat, neque ſi decies millies polliceatur ſe eſſe paratum ad omnia, quæ ad pœnitentes attinent.* Vide Baronium anno 427. num. 23.

Anno Christi 427.

CONCILIVM [a]ROMANVM SVB CÆLESTINO CONTRA NESTORIVM.

Anno Christi 430.

NOTA.

Cauſa Cōcilii.

[a] *Romanum.*] Cauſa habiti Concilii hæc eſt. Scripſerat Neſtorius ad Cæleſtinum pontificem epiſtolam de Pelagianis epiſcopis, qui ob hæreſim Pelagianam ſuis epiſcopatibus priuati, Conſtantinopolim ad Theodoſium confugerant, de iniuria ſibi illata conqueſturi. Atque vt Cæleſtinum in ſuas partes callide pertrahere poſſet, ſemine ſuæ impietatis totam illam epiſtolam replet, quaſi hæreticos ille correxiſſet, ac S. Mariam non theotocon, ſed Chriſtotocon appellandam eſſe docuiſſet. Suos hac de re ſcriptos commentarios addidit, eoſque cum literis per Antiochum virum illuſtrem tranſmiſit. Eodem tempore Poſſidonius diaconus cum literis Cyrilli, & commentariis, quibus Neſtorii impietas confutabatur, ſuperuenit, expectans quid de Neſtorio excommunicando pontifex ſentiret. His itaque literis acceptis, Cæleſtinus congregata Synodo, Neſtorii hæreſim nemine refragante condemnauit; ipſique Neſtorio decem dierum ſpatium ad reſipiſcendum, per literas ad eum miſſas, præſcripſit: demum niſi reſipiſcat, anathema comminatur. Scripta epiſtola ad Cyrillum de rebus in hac Synodo geſtis, extat infra part. 1. cap. 15. in actis Concilii Epheſ. ſuas illi vices committens, mandat, vt niſi Neſtorius intra decem dierum interuallum, tam verbi prædicatione ad populum, quam ſcriptis palinodiam recantet, anathemate illum feriat, aliumque epiſcopum Conſtantinopolitanæ ſedi præficiat. Baron. an. 430. num. 1. & ſequentibus. De vita, moribus & doctrina Neſtorii infra Concilio Epheſino plura.

Neſtorius cum ſua hæreſi condemnatus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EPISTOLA I. NESTORII AD CÆLESTINVM.

FRATERNAS nobis inuicem debemus collocutiones, vt vna * inter nos ſecundum obtinente concordia, &c. *infra Concil. Epheſ. part. 1. cap. 16. pag. 345.*

EPISTOLA II. NESTORII AD CÆLESTINVM.

SÆPE ſcripſi beatitudini tuæ propter Iulianum, Orontium & ceteros. *Extat infra in Concil. Epheſ. part. 1. cap. 17. pag. 347.*

EPISTOLA CÆLESTINI AD NESTORIVM.

Extat infra in actis Concilii Epheſ. part. 1. cap. 18. pag. 349.

EPISTOLA CÆLESTINI AD CYRILLVM.

Ibidem cap. 15. extat pag. 340.

ANNO CHRISTI 430.


[a] CONCILIVM ALEXANDRINVM IN CAVSA NESTORII.

NOTA.

[a] *Concilium Alexandrinum.*] Cyrillus acceptis Cæleſtini literis, quibus delegatam in cauſa Neſtorii poteſtatem acceperat, ſtatim coegit Synodum, in qua quatuor legati decernuntur hi: Theopentus & Daniel epiſcopi: Potamon atque Macarius eccleſiæ Alexandrinæ miniſtri. Hos cum literis Romani pontificis ad Neſtorium ablegauit, præſcripturos ei decem dierum ſpatium ad hæreſin ſuam abiurandam. Addidit quaſdam epiſtolas ſynodales, quarum vna cum duodecim anathematiſmis, ad Neſtorium delata eſt: reliquæ ad clerum Conſtantinopolitanum, & patres monaſteriorum ſcriptæ fuerunt. Legati Conſtantinopolim profecti, die Dominica, dum ſynaxis in baſilica haberetur, acceptas literas & anathematiſmos Neſtorio obtulerunt: quibus ille cum ſe in craſtinum reſponſurum pollicitus eſſet, toto biduo deluſit: tandem nec reſpondere quidquam dignatus eſt. In peruerſis dogmatibus docendis perſeuerans, pro more hæreticorum ad declinandum iudicium eccleſiaſticum, & ad eluden- Acta huius Concilii.

dam sententiam in se prolatam, Theodosium imperatorem aduersus Cyrillum velut dirum persecutorem commouet, anathematismos Cyrilli ad Ioannem Antiochenum aliosque sibi amicitia coniunctos episcopos Syriæ missos cauillatur, & de Apollinaristarum hæresi suspectos in crimen adducit; eo sane consilio, vt sententiæ contra se latæ executionem effugeret, & Romani pontificis decretum eluderet. Arbitrabatur enim nequaquam fieri debere, vt sententia contra hæreticum prolata, illi exequenda committeretur, qui ipse de hæresi accusatus esset. Theodosius imperator hanc ob causam arbitratus, quod ad has turbas componendas opus esset vniuersali Concilio, de illo in annum sequentem Ephesi celebrando apud Cælestinum pontificem egit, vt infra dicemus. Vide Baron. anno 430. num. 50. & sequentibus. ANNO CHRISTI 430.

Synodicæ epistolæ huius Concilii cum anathematismis Cyrilli extant in actis Ephesini Concilii cap. 14. & 15.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIO-
ORUM.
TOM. IV.

402
430.

Th
1001a